PROSOPOGRAPHIA
IMPERII ROMANI
SAEC. I. II. III

EDITA

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE SCIENTIARVM REGIAE BORVSSICAE

BEROLINI
APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXVII

PROSOPOGRAPHIA

IMPERII ROMANI

SAEC. I. II. III

PARS I

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE SCIENTIARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

ELIMARVS KLEBS

BEROLINI
APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXVII

ACADEMIAE SCIENTIARUM REGIAE BORUSSICAE

PRAEMONITVM

Per multorum annorum multorumque virorum labores Academia scientiarum eo pervenit, ut Graecorum Romanorumque hereditas, quatenus ea per aera et marmora scripta ad nos perlata est, prostet collecta et regionatim ordinata. Sane non plene executi sumus adhuc quod nobis proposueramus infortunio eo quod magnorum inceptorum comes est adsiduus; praeterea hereditas illa iam non casibus tantum, sed data opera exploratorum omnigenarum quotidie locupletata ita continuo crescit, ut quae hodie absoluta videbantur, cras inveniantur manca et imperfecta. Nihilominus id iam nobis videmur adsecuti esse, ut post messem in horreis conditam manus admoveri possint ad messorum operas secutorias. Nam ingens illa monumentorum scriptorum farrago quae continet in se eximia et per se digna quae expendantur sufficit publice proposita haberi emendate recensita. Sed longe plurimi qui extant tituli cum versentur in rebus aut privatis aut inferioris ordinis publicis, singillatim quidem examinati utilitate carent, at coniuncti inter se et compositi cum reliquis vetustis copiis multa et aperuerunt et aperient aliunde nullo modo petenda et ad priscorum temporum memoriam redintegrandam utilia. Tanta tamen est scriptorum monumentorum copia tantaque argumentorum diversitas, ut in messe collecta subsisti non possit, sed spicae oporteat terantur, grana diversa discernantur, excutiantur, condantur. Ei desiderio quamquam aliquatenus provisum est indicibus, quos singulis corporum nostrorum partibus addi iussimus, ne sic quidem eo perventum est, quo perveniri et potest et debet. Hoc efficiendum est, ut componantur exempli gratia onomatologica et Graecae linguae et Latinae et nationum reliquarum; item insigniorum virorum laterculi ex plebeiorum turba

exempti; item ad sacra diversa quae pertinent; item cum rei publicae Atheniensium imperiique Romani monumenta per se satis emineant, rerum publicarum minorum condicionem et ordinationem municipalem quae illustrant; item de re militari maxime imperii Romani quae extant; alia multa spectantia ad mores hominum et sermonis per orbem Romanum diversitatem. Haec omnia ita concinnanda erunt, ut non titulorum solum ratio habeatur, sed ut quae auctores papyri nummi similia subministrant, simul digerantur; ita enim tandem aliquando pro litteraria epigraphica numismatica eruditione particulari ob eamque causam necessario imperfecta substituetur doctrina pendens non a copiarum specie, sed ab ipsa rerum cognitione.

Ad finem eum pervenietur cura virorum doctorum qui sunt eruntque, non Academiae nostrae. Sed adiuvari posse studia haec indicavimus specimine eius generis aliquo proposito, et selegimus quae iam prodit notitiam hominum notabilium qui vixerunt ab imperatore Augusto ad imperatorem Diocletianum per prima tria aerae nostrae saecula. Prosopographia haec quam appellavimus vocabulo non optimo, sed recepto ut pendet ex parte magna ab inscriptionum corporibus nostris, ita imprimis diversarum terrarum monumenta in illis secundum linguas regionesque dispersa exhibet composita; deinde cum titulis coniuncta sunt quae similis argumenti tam auctores quam nummi papyrique praebuerunt. Exclusimus tempora liberae rei publicae Romanae propterea quod ad ea quae pertineant tituli exhibent pauca eaque satis cognita et illustria. Exclusimus item homines qui fuerunt inde ab aetate Constantiniana, non solum propterea quod ad eorum quoque notitiam tituli non multa suppeditant, sed etiam propter nominum rationem ita diversam, ut vix recte eadem cum antiquioribus forma comprehendantur. Recensum eum per litteras ordinari iussimus. Ei adiungentur laterculi consulum eius temporis et reliquorum magistratuum maiorum ex recensu illo ita effecti, ut per singula capita plerumque sufficiat remisisse ad recensum. Quae temptata sunt similia laterculis compositis modo ad scriptorem aliquem, modo de magistratu aliquo, viam monstraverunt, qua procederetur, sed simul docuerunt rem absolvi non posse nisi terminis operis latius prolatis.

Erunt fortasse qui ad incepta similia sese accingant sive suis viribus freti sive nostra opera adiuti; quod ubi eveniet, laetabimur. Interim elaboratis hisce speramus fore ut bonae litterae adiuventur.

PRAEFATIO EDITORIS

Postquam ea quae scriptores antiqui tradiderunt cum memoria earum rernm de quibus monnmenta certissime testantur coninngi atqne componi coepta sunt, cum totius fere antiquitatis historia saeculo nostro correcta aucta amplificata sit, tum aetas Romanorum imperatoria ex ingenti monumentorum copia quasi nova quadam luce illustrata est. Atque etiam hominum qui illa aetate vel in rebus publicis vel in litteris clari fuerunt memoriam cum scripta quae aetatem tulerunt mancam reliqnissent vel ininria temporum prorsns oblivione obruisset, adhibitis titulorum nummorumque testimoniis redintegrari posse virorum doctorum temptamina quaedam veluti indices ad Plinii epistulas a Mommseno, ad Acta Arvalinm ab Henzeno confecti omnibus ante oculos posuerant. Qui indices quamqnam artis finibus circumscripti erant, cnm opera eiusmodi permultnm ad aetatis imperatoriae meliorem cognitionem conferre posse lnculenter demonstrassent, Academia Regia Borussica decrevit ut totius aetatis principatus inde ab Augusto nsque ad Diocletianum Prosopographia conderetur, eo consilio ut quaecunque de hominibus illius aetatis notabilibus vel per scriptores vel per titulos nummosque memoriae tradita sunt colligerentur et componerentur. Cnius operis curam Academia munere tripartito Elimaro Klebs, Hermanno Dessau, Panlo von Rohden mandavit. Atqne volumen primum Klebs, alterum Dessau confecit; tertium ne simul cum his quae nunc in publicum prodeunt ederetur, gravis Pauli von Rohden valetndo obstitit. Vnde tertii voluminis ad finem perducendi curam Dessan in se suscepit. Quo confecto quartum addere in animo est, quod fastos consulares et laterculos eorum qni honoribus et mnneribus publicis functi sunt continebit.

Ex legibus autem quibus ut editores in opere tractando tenerentur Academia decrevit, haec fere ad syllogen recte adhibendam digna videntur quae paucis hoc loco repetantur:

Terminos operis Academia constituit annum pugnae Actiacae et initium imperii Diocletiani. Sed etiam eorum quorum aetas utrum paullo superior an inferior fuerit non certe diiudicare licet nonnunquam ratio habita est.

Romanorum recepti sunt homines ordinis senatorii quicunque innotuerunt, ordinis equestris ii qui imperatorum negotia gesserunt, item eorum cognati familiaresque. Neque minus Romanorum quorum praeterea apud scriptores mentio fit plerique memorati sunt, inprimis ii quorum nomina apud rerum scriptores inveniuntur. Sed hominum plebeiorum infinita illa turba qua scripta ecclesiastica et auctorum iuris referta sunt procul semota est. Haec de Romanis. Graecorum autem et barbarorum hominum selecti tantum recepti sunt et ii quidem qui cum Romanis vel rebus vel hominibus quodam modo coniuncti fuerunt.

Quae ex scriptoribus titulis nummis de iis quorum nomina recepta sunt adhuc innotuerunt, ea plene, quantum in materia maxime dispersa fieri potuit, allata sunt. Sed et in imperatoribus Romanis omissis rebus quas imperium adepti gesserunt ea quae ad vitam privatorum spectant memorata sunt et de regibus barbarorum quae scitu maxime digna erant afferre satis visum est. Denique de scriptis eorum qui litterarum laude floruerunt pluribus agere non fuit consilium, quoniam qui litterarum historias condiderunt satis copiose de iis disputaverunt.

Romanorum hominum nomina per litterarum ordinem ex gentiliciis, quatenus innotuerunt vel probabiliter restitui potuerunt, sunt disposita. De Graecis autem et barbaris iis qui civitate Romana ornati tria nomina gesserunt plerumque sub cognominibus actum est. Homines polyonymi vel sub primo nomine vel sub eo quod fuit principale ac re vera paternum tractati sunt. Quicunque pluribus nominibus more Romano formatis usi sunt, eorum nomina nuda sub uno quoque nomine repetita sunt. Veluti de C. Antio Iulio Quadrato sub Iulio disputatum est, nomina repetita sunt sub Antio et sub Quadrato.

De forma denique operis monendum est litteris quadratis nomina hominum ordinis senatorii impressa esse, titulos qui Corpore Inscriptionum Latinarum continentur plerumque per numeros nudos indicari. 'Fasti' ad quos lectores saepe ubi de consulatuum indicationibus agitur relegantur, sunt fasti consulares quos volumen quartum exhibebit.

In eodem volumine etiam 'Additamenta' totius operis edentur. Nam cum opus per quinquennium prelo subiciatur, fieri non potest quin ex scriptis virorum doctorum quae interim prodierunt vel ex titulis recens repertis vel rectius quam antea lectis alia addenda, alia corrigenda sint neque iam in foliis impressis mutari potuerint. Itaque quae his de causis ut mutentur restat et si quae alias ab editoribus omissa vel minus recte exposita sunt, ea in Additamentis corrigere atque supplere consilium est.

Scr. Berolini mense
Decembri a. 1896.

E. Klebs.

PROSOPOGRAPHIA

IMPERII ROMANI.

SAEC. I—III.

PARS I.

A—C.

A

— FL(AVIVS) VLP(IVS) A .... IVS.
— M. POMPEIVS A ...
— Ti. Claudius Abascantus.
— T. Flavius Abascantus.
— L. Satrius Abascantus.
1 Abdagaeses Parthus, pater Sinnacis *Tac. a. 6, 36. 37. 43. 44.*
2 Abdus, eunuchus Parthus *Tac. a. 6, 31. 32.*
3 Abennerigus (Ἀβεννήριγος), rex Characenorum aetate Claudii Izaten Monobazi regis filium a patre ad se missum agris donavit et filiam ei in matrimonium dedit *Ioseph. ant. 20, 2, 1.*
4 Abgarus, rex Arabum (= *Osroenorum*) a. 49 *Tac. a. 12, 12. 14;* Acbarus *Tac.* Abgarum (Αὔγαρος *saepe apud Graecos*) *rectam nominis formam fuisse nummi titulique docent regum qui sequuntur. De quibus egit Gutschmid in actis acad. Petropolitanae XXXV p. 1–49.*
5 Abgarus (Αὔγαρος), rex Osroenorum Traiano imperatori anno 114/115 apud Antiochiam agenti dona misit *Dio 68, 18, Suidas s. v.* φυλάρχης, ὠνητή, deinde Arbandem filium *Dio 68, 21, Suid.* ἄκρα, ἐλλόβια. Ipse cum imperatore Edessae a. 115 amicitiam composuit *Dio 68, 21, Suid.* Ἔδεσα, ἀπὸ θυμοῦ.
6 Abgarus rex ex orientis partibus sola auctoritate imperatoris Pii deductus *vit. Pii 9, 6.*
7 L. Aelius Septimius Abgarus. *Plena nomina exhibent nummi Gutschmid l. l. p. 38 seq.* Rex Osroenorum (*male* Persarum *vit. Sev. 18, 1 = Vict. Caes. 20, 14*) sub Commodo et Septimio Severo *nummi.* Pescennii Nigri partes secutus a Severo subactus *Dio 78, 1. 2 (cf. Mommsen R.G. V 409 adn.), vit. Sev. l. l.* filios obsides dedit *Herodian. 3, 9, 2 ratione temporum confusa, ut videtur.* Severo imperante Romam venit *Dio 79, 16, 2.* Christianus factus *Euseb. chr. 2235 = Hieronym. 2234. Nominatur* ὁ πρὶν βασιλεὺς Ἄβγαρος *in t.* Severi Abgari filii.
8 Severus Abgarus. *Plena nomina exhibent nummi sub Antonino Severi f. cusi Gutschmid l. l. p. 40 seq.* Abgarus *Dio.* Rex Osroenorum ab Antonino regno exutus et in vincula coniectus *Dio 77, 12, 1 (Zon. 12, 12).*

Ad hunc referendus videtur t. IGI 1315 = CIG 6196 quem posuit Romae Abgaro vicesimo sexto anno aetatis mortuo, filio Abgari quondam regis, Antoninus frater.

9 Abgarus Phrahates filius rex principis *(sic)* Osrhenorum Hoddae coniugi *t. posuit Romae VI 1797. Referri potest ad* Abgarum regem *quem per annos fere 242—244 regnasse a Gordiano III restitutum in expeditione Persica docent nummi Gutschmid l. l. p. 45.*

10 Ablabius Murena (Ablavius *libri*), praefectus praetorio sub Valeriano *vit. Claud. 15 in epistula.*

11 (M.) ABONIVS .... ICVS, consul *(suff. a. inc.) in t. mutilis Vicetinis V 3120 cf. Add. p. 1074 positis a liberto. Cognominis litterae extremae sunt incertae.*

12 ABVDIVS RVSO, aedilicius, dum Lentulo Gaetulico, sub quo legioni praefuerat, periculum facessit, damnatur atque urbe exigitur a. 34 *Tac. a. 6, 30.*

13 T. Abudius Verus, subpraefectus classis Ravennatis *V 328.*

14 D. ABVRIVS BASSVS, consul (suff.) non. Septembr. a. 85 cum Q. Iulio Balbo *III dipl. mil. 12.*

— C. SENTIVS ABVRNIANVS.

15 Q. ABVRNIVS CAEDICIANVS, legatus Augusti (Daciae) *III 1089, nominatur in tegulis urbanis a. 123 XV 603-608, intra a. 123 et 140 XV 227-234.*

— L. FVLVIVS ABVRNIVS VALENS.

16 Q. Ac .... Q. f. Quinctil[ianus] tri[b]. [mil.] [l]eg .... *in fragmento Mogontiaci reperto Westd. Korresp. Bl. 1884 p. 138, 152.*

17 Accaus Postumius, declamatio eius memoratur *Seneca contr. 7, 6, 20.*

18 M. ACCENNA HELVIVS AGRIPPA, M. f., tribu Gal., tribunus laticlavius Syriae leg. XVI Flaviae, item tribunus laticlavius Brittanniae leg. XX Valeriae Victricis, IIIvir capitalis, quaestor provinciae Africae, legatus provinciae Africae dioecesis Carthaginiensium, tribunus plebis, praetor; curio minor. Praetorius *obiit,* vixit annis XXXIIII *II 1262 t. prope Hispalim repertus, positus patri a filio.*

19 M. ACCENNA HELVIVS AGRIPPA, filius *patris cognominis II 1262.*

20 M. ACCENNA SATVRNINVS, L. f., tribu Gal., quaestor, tribunus plebis, praetor, proconsul provinciae Baeticae, maritus Atiliae L. f. Balbillae *XIV 3585 Tiburtinus.*

— Q. MVTILLIVS SVRA ACCIANVS NEPOS.

21 P. Accius Aquila, centurio cohortis sextae equestris *(sic) Plinius ad Tr. 106. 107.*

22 ACCIVS IVLIANVS, clarissimus vir, consul *(suff. anno incerto primi fere saeculi exeuntis) nom. in titulis Saepinatibus* Neratiorum Fufidiorum pronepotum *IX 2451. 2452.*

23 L. ACCIVS IVLIANVS ASCLEPIANVS, clarissimus vir, consul (suff.), curator et patronus reip. Vtik(ensis); Gallonia Octavia Marcella uxor,

Accia Heuresis Venantium et Accia Asclepianilla Castorea filiae *VIII 1181 saeculi III.*

24 ACCIVS SVRA, quem ut Traianus praetura exornet, ab eo petit Plinius *ad Tr. 12.*

25 ACCIA ASCLEPIANILLA CASTOREA, clarissima puella, L. Acci Iuliani Asclepiani et Galloniae Octaviae Marcellae filia *VIII 1181.*

26 ACCIA HEVRESIS VENANTIVM, clarissima puella, L. Acci Iuliani Asclepiani et Galloniae Octaviae Marcellae filia *VIII 1181.*

27 CN. ACERRONIVS PROCVLVS, consul a. 37 cum C. Petronio Pontio Nigrino. *In consulatu:* Cn. Acerronius Proculus *II 172, t. graec. Assi rep. papers of the american school I p. 50 n. 26 cf. Eph. ep. 5 p. 155, Suet. Tib. 73,* Cn. Acerronius *Tac. a. 6, 45, Dio ind. l. 59,* Cn. Proculus *Dio 58, 27,* Proculus *alibi.* — Cn. Acerronius Proculus proconsul Achaiae *honoratus t. CIA III 611 potest idem esse vel filius.*

28 Acerronia Polla *(sic Dio,* Acerronia *apud Tacitum)* familiaris Agrippinae, in naufragio eius occisa anno 59 *Tac. a. 14, 5. 6, Dio 61, 13. Filia fortasse Cn. Acerronii Proculi.*

29 ACHAEVS, legatus Palaestinae sub Gallieno *(circa a. 260) Euseb. h. eccl. 7, 15, 3.*

— MVMMIA ACHAICA.

— Aelius Achilles.

30 Achilleus, parens quidam Zenobiae *vit. Aurel. 31, 2.*

31 Acholius, magister admissionum Valeriani principis, scripsit acta eius; ex libro nono *verba afferuntur vit. Aur. 12–14.* Acholius historicus Alexandri temporis, qui et itinera (intima *Lipsius*) huius principis scripsit *vit. Alex. 64, 4, citatur ib. 14, 6; 48, 7.*

— Q. GARGILIVS MACER ACIDINVS.

32 [PRIS?]CILLA ACILIANA *filia ut videtur* [M'. Acilii Glab]rionis Cn. Cornelii Severi *(cos. a. 152) XIV 2484 cf. Add. p. 492.*

33 Acilianus, Plinius heres eius *Plin. ep. 2, 16.*

— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLCINIANVS.

— MINICIVS ACILIANVS.

— (M.?) Postumius Acilianus.

— CATINIA ACILIANA.

34 Acilius, ad quem scripsit Plinius *ep. 3, 14.*

35 M'. ACILIVS C. f. .... quaestor divi Cl[audi] ... [procos.] provinciae Narb[onensis] .... sodalis [Augustalis] *VI 1331 in fragmento, in cuius altero exemplo pro* NARB ... *traditur* ASTVR*iae.*

36 M. ACILIVS, cos. suff. kal. Iul. a. 721 = 33 *IX 422 fast. Venusini. Propter praenomen non recte cogitatum est de Acilio Aviola n. 38.*

37 P. Acilius, avunculus P. Minicii Aciliani *Plin. ep. 1, 14, 6.*

38 ACILIVS AVIOLA *Val. Max. 1, 8, 12,* Aviola consularis *Plin. n. h. 7, 173* in rogo vivus crematus.

39 ACILIVS AVIOLA, legatus Galliae Lugdunensis a. 21 *Tac. a. 3, 41.*

40 ACILIVS AVIOLA, unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministrarunt a. 183 et 186 *acta Arv. Potest nepos esse consulis a. 122, pater consulis a. 239.*

41 M'. ACILIVS AVIOLA, cos. a. 54 cum M. Asinio Marcello. *Nummi Ephesini in parte adversa 1) cum inscriptione* Νέρων Καῖσαρ *cum capite Neronis Mionnet III 93, 253, Waddington fast. n. 93, 3; 2)* Νέρων Ποππαῖα *cum capitibus Neronis et Poppaeae Mionnet VI 129. 338, Waddington n. 93, 1. 2, Friedlaender Beiträge I 183, 6; 3)* Μεσσαλῖνα *cum capite Messalinae Eckhel II 519, Waddington n. 93, 5: in parte aversa cum inscriptione* 'Αουιόλα ἀνθυπάτῳ.

In consulatu: M'. Acilius Aviola *tab. cer. Pomp. 3. 4. 6. 112,* M'. Acilius *tab. cer. 5, Tac. a. 12, 64,* Acilius Aviola *Suet. Claud. 45,* Aviola *alibi.* — Aviola *nummi,* Acilius Aviola *Frontin.*

Consul a. 54; proconsul Asiae a. 65/66, *annos indicant nummi partim ad Poppaeam, partim ad Messalinam pertinentes;* curator aquarum a. 74—97 *Frontin. de aq. 102. Memoratur in titulo VI 353 posito imperatori Claudio a. 51 a liberto* (Aidiai) Serviliai Aviol[ai] *uxoris.*

42 M'. ACILIVS AVIOLA consul a. 122 cum Corellio Pansa. *In consulatu:* Acilius Aviola *VI 10048,* Aviola *alibi. Idem intellegendus est* M'. Acilius Aviola cos. bonorum possessor Ser. Cornelii Dolabellae Metiliani *IX 3152.*

43 M'. ACILIVS AVIOLA, consul a. 239 cum imp. M. Antonio Gordiano. M'. Acilio Aviola *XIV 461 = VI 1159 b, ceterum* Aviola *fasti.*

44 ACILIVS BVTA, praetorius aetate Tiberii ingens patrimonium consumpsit *Seneca ep. 122, 10. 12. 13.*

45 M. ACILIVS CANINVS, M. f., quaestor urbanus *I 636 = XIV 153. Titulum posuerunt* negotiatores ex area Saturni, *unde antiquior videtur a. 726 = 28.* M. Acilius Canianus *sive* Caninianus *(sic libri meliores Caes. b. c. 3, 39, 1)* legatus Caesaris, proconsul Siciliae 707/710 = 47/44 *necessitudine quadam cum hoc quaestore coniunctus videtur.*

— CL(AVDIVS) ACILIVS CLEOBOLES.

46 M'. ACILIVS FAVSTINVS, consul a. 210 cum A. Triario Rufino. *Memoratur in titulis Allifanis filiae IX 2333 (1) et neptis IX 2334 (2).* M'. Acilius Faustinus *tituli; in consulatu* M'. Acilius Faustinus *VI 1984, praenomen periit VI 864,* Faustinus *alibi,* Faustinianus *falso Fragm. Vatic. 295.*

Filius M'. Acilii Glabrionis cos. II *(a. 186),* nepos M'. Acilii Glabrionis cos. *(a. 152),* pater *(naturalis)* Claudii Acilii Cleobolis et Aciliae Manliolae, avus Aciliae Gaviniae Frestanae *t. 1. 2.*

47 Q. Acilius Fuscus. *Tituli: Thibursicanus positus a civitate Thibursici Bure VIII 1439 (1), Ostiensis positus a* corpore mesorum frument(ariorum) adiutorum et acceptorum Ost(iensium) *XIV 154 (2).* C. f., tribu Papiria *t. 1. 2,* origine Thibursicanus *t. 1,* procuratur annonae

Auggg. *(= Severi Antonini Getae 209/211)*, procurator operis theatri Pompeiani, fisci advocatus codicillaris stationis hereditatium et cohaerentium *t. 1. 2.* Curator Laurentium Lavinatium vico Augustanorum *t. 1*, sacerdos Laurentium Lavinatium *t. 1. 2;* patronus reip. municipi Severiani Antoniniani lib(eri) Thibursici Bure *t. 1*, p(atronus) c(oloniae) Ost(iensis). — *In t. 1 in* AVGGG. NNN. *tertia* G *et tertia* N *erasae sunt, item in t. 2, ubi litterae* P. C. *intrusae sunt.*

48 ACILIVS GLABRIO, Acilii Glabrionis *nescio cuius* servus *nom. VI 809 = XIV 74*, Glabrionis *VI 622.*

49 ACILIVS GLABRIO, consularis et proconsul Africae *CIG 2979 t. Ephesinus, quem ei posuit* Aemilius Latinianus συγκλητικός. *Cf. n. 56.*

50 ACILIVS GLABRIO filius *t. repertus in coemeterio Priscillae quod vocatur Notizie degli scavi 1888 p. 140. Fortasse Christianus.*

51 ACILIVS GLABRIO, quem Severus et Antoninus non audierunt desiderantem restitui adversus fratrem *Dig. 4, 4, 18, 1.*

52 ACILIVS GLABRIO, adiutor quidam tabulariorum Acilii Glabrionis *legati fortasse Lusitaniae nominatur in t. Lusit. mutilo Eph. ep. 4, 9 = II S. 5210.*

53 ACILIVS (GLABRIO), octoginta fere annos natus interfuit consilio Domitiani cum filio *(cos. a. 91) Iuvenalis 4, 94 seq.;* consul sub Domitiano fuit *perperam scholiasta patrem cum filio confundens.*

54 M'. ACILIVS GLABRIO, consul a. 91 cum M. Vlpio Traiano *fasti. Praenomen extat VI 1988 = XIV 2392.* Filius Glabrionis *(qui praecedit)*, Papinii Statii carmine do bello Germanico quod Domitianus egit *(a. 83)* probatus *schol. Vallae ad Iuvenal. 4, 45;* consul una cum patre interfuit consilio Domitiani in Albano ibique cum bestiis pugnavit *Iuvenalis 4, 95–103, Dio 67, 14 cf. Fronto ad Marc. Caes. 5, 23.* In exilium actus crimine rerum novarum interfectus est a. 95 *Suet. Domit. 10, Dio 67, 12. 14.*

55 M'. ACILIVS GLABRIO, consul a. 124 cum C. Bellicio Torquato Tebaniano. *In consulatu:* M'. Acilius Glabrio *VI 10048, XIV 51, plerumque* Glabrio *fasti.* Epistula divi Hadriani ad Glabrionem consulem *memoratur Dig. 48, 2, 12, 1. Filius videtur M'. Acilii Glabrionis cos. a. 91, pater M'. Acilii Glabrionis Cn. Cornelii Severi cos. a. 152.*

56 M'. ACILIVS GLABRIO, consul II a. 186 cum imp. M. Aurelio Commodo. *Memoratur in t. Allifanis neptis IX 2333 (1), proneptis IX 2334 (2). In consulatu:* M'. Acilius Glabrio *VI 420. 1980*, Glabrio *alibi.* — M'. Acilius Glabrio *t. 1. 2*, Acilius Glabrio *Dio*, Glabrio *Herodian.*

Filius M'. Acilii Glabrionis sen. cos. *(a. 152) t. 1, consul I suff. anno incerto*, consul II a. 186 *fasti, t. 1. 2, Herodian. 2, 3, 4.* Amicus Pertinacis imperium a Pertinace in senatu oblatum *(cal. Ian. a. 193)* respuit *Herodian. l. l., Dio 73, 3, 3. Vtrum hic an pater fuerit Africae proconsul n. 49 diiudicari nequit.* — IIvir q(uin)q(uennalis) (Allifis) *t. 2.* — Pater M'. Acilii Faustini cos. *a. 210 t. 1. 2.*

57 M'. ACILIVS GLABRIO cos. *(incertum quis) nom. in titulo* Arriae Plariae Verae Priscillae *(uxoris) Orelli 2228.*

58 M. ACILIVS GLABRIO, consul a. 256 cum L. Valerio Maximo II. *Plena nomina extant in t. Notizie degli Scavi 1880 p. 261, ceterum* Glabrio *fasti.*

59 M'. ACILIVS GLABRIO CN. CORNELIVS SEVERVS, consul a. 152 cum M. Valerio Homullo. *Tituli Tiburtini: XIV 4237 (1) ordine honorum turbato, quem ei posuit* S. P. Q. Tiburs, *alter mutilus XIV 2484 (2) cf. Add. p. 492, qui quo modo conceptus fuerit non liquet, positus est fortasse ab ipso filiabus; memoratur in t. Allifano proneptis IX 2333 (3).*

Plena nomina exhibet t. 1, ...rio Cn. Cornelius Severus *superest in t. 2* M'. Acilius Glabrio sen. *t. 3 (ubi sequuntur filius neposque). In consulatu:* M'. Acilius Glabrio *XIV 250* Glabrio *alibi.* M'. f., tribu Gal., municeps Tiburtinus *t. 1, filius omnino M'. Acilii Glabrionis cos. a. 124.* IIIvir auro argento aere flando feriundo, VIvir turmarum equitum Romanorum, tribunus militum leg. XV Apollinaris, legatus provinciae Cretae Cyrenarum, legatus provinciae Africae, quaestor imp. Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii, praetor, leg. Asiae *t. 1,* consul a. 152 *fasti et t. 1. 3.* — Pontifex, salius Collinus; patronus municipi Tiburtis, qq. designatus *t. 1. Mulieres quae nominatae fuerunt in t. 3 quomodo conexae sint cum hoc incertum est. Probabiliter coniecit Dessau Add. p. 492* Faustinam *uxorem cum marito posuisse t. sepulcralem filiis* Faustinae *et* ...cillae Acilianae. *Quod si recte positum est,* Arria Plaria Vera Priscilla M'. Acili Glabrionis *(uxor)* cos. *t. Pisaurensis Orelli 2228 vix ad cos. a. 152 pertinet.*

60 Acilius Lucanus, Cordubensis, orator, pater Aciliae, avus Annaei Lucani poetae *Vaccae vit. Luc. Suet. rel. Reiff. 76.*

61 M. ACILIVS MEMMIVS GLABRIO, curator riparum et alvei Tiberis *aetate Tiberii ut videtur t. urban. Röm. Mittheil. 1889 p. 284.*

62 M. ACILIVS PRISCVS EGRILIVS PLARIANVS. *Tituli: ipse posuit XIV 72 (1) Ostiensem et XIV 2212 (2) originis incertae, ei positus fuisse videtur titulus acephalus XIV 155 (3) = VI 1550 add. quem qui dedicarunt duo homines, iidem posuerunt cognatae cuidam* M. Acili Prisci Egrili Plariani *titulum et ipsum hodie, mutilum XIV 156 (4). Nomina plena exhibent t. 1. 2. 4.* A. f. *t. 1* = A. Egrilii Plariani filius, tribu Vot. *t. 1.* IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis V Macedonicae, quaestor urbanus, aedilis plebis cerialis, praetor, legatus provinciae Siciliae et Asiae, proconsul provinciae Galliae Narbonensis, legatus legionis VIII Augustae *t. 3,* praefectus aerarii militaris *t. 1.* — Pontifex Volcani et aedium sacrarum, patronus coloniae (Ostiae) *t. 1.* — *In titulo* ... Plariae Verae matris A. Egrili Plariani patris p(atroni) c(oloniae) cos. *XIV 399 Dessau intellegit* patris M. Acilii Prisci Egrilii Plariani. *Quod si recte positum est, hic fuit* cos. (suff. a. incerto). *Nescio an cogitari possit* patris *vocem tantum ad distinctionem hominum cognominum additam esse, ut additur nonnunquam filius.*

63 L. ACILIVS RVFVS. *Titulus X 7344 quem ei posuerunt* Hispellates publice *Thermis Himeraeis.* L. f., tribu Quir., *origine Thermitanus videtur propter locum statuae dedicatae.* Quaestor pro pr. provinciae Siciliae, tribunus plebis, praetor, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto *t. Idem videtur* Acilius Rufus, qui consul designatus in senatu sententiam dixit *a. 105 vel a. 106 Plin. ep. 5, 20, 6; 6, 13, 5. Vel idem vel propinquus est* L. Acilius L. f. Rufus II vir col[oniae] T[h]er[mitanorum] *in t. Mazaritano X 7210.*

64 M'. ACILIVS RVFVS, M'. f., tribu Gal., procurator Caesarum *II 3840 t. Saguntinus, quem posuit* conventus Tarrachon(ensis). *De praenomine* Manii *an* Marci *discrepant exempla.*

65 ACILIVS SEVERVS, unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministrarunt a. 183 et 186 *acta Arv.*

— L. GABO ARVNCVLEIVS P. ACILIVS SEVERVS.

66 Acilius Sthenelus e plebe libertina vineis excultis gloriam adeptus *Plin. n. h. 14, 48,* aequalis Remmii Palaemonis *ibd. 49. 50.*

67 L. ACILIVS STRABO, consul suffectus cum Sex. Neranio Capitone mense Septembri *anni ut videtur 71 t. graec. Neapolitan. Monumenti inediti dell' Acad. d. Lincei I p. 553. Idem videtur* Acilius Strabo praetorius a Claudio ad Cyrenenses missus disceptator agrorum, postea a Cyrenensibus in senatu accusatus, sed Neronis sententia absolutus a. 59 *Tac. a. 14, 18. Potest idem esse* Acilius Strabo legatus Aug. *(Germaniae superioris aut inferioris) in t. Brambach inscr. Rhen. 663 cf. Westd. Ztschr. 1892 p. 287.*

— L. STERTINIVS QVIN[TILIANVS] ACILIVS STRABO C. CVRIAT[IVS] [MA]TERNVS CLODIVS NVMMVS.

— [L.] [STER]TINIVS QVINTILIANVS [CVR]IATIVS MATERNVS [CLO]DIVS NVMMVS ACILIVS .... STRABO.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS.

68 M. ACILIVS VIBIVS FAVSTINVS, salius Palatinus exiit collegio flamen factus a. 170 *VI 1978.*

69 Acilia, Acilii Lucani filia, Cordubensis, M. Annaei Melae uxor, M. Annaei Lucani mater *Vaccae vit. Lucan. Suet. rel. Reiffersch. 76.* Coniuratione Pisoniana det·cta quamvis innoxia a Lucano inter socios nominata sine absolutione sine supplicio dissimulata est *Tac. a. 15, 56. 71, Suet. vit. Lucan. 51.*

70 ACILIA GAVINIA FRESTANA, clarissima puella, Cl(audii) Acilii Cleobolis filia, M'. Acilii Faustini cos. *(a. 210)* neptis, Acilii Glabrionis bis cos. *(cos. II a. 186)* proneptis, Tib. Claudii Cleobolis sen(ioris) cos. neptis *IX 2334. De stemmate vide patrem.*

71 ACILIA MANLIOLA, clarissima femina, M'. Acili Faustini cos. *(a. 210)* filia, M'. Acili Glabrionis cos. II *(a. 186)* neptis, M'. Acili Glabrionis sen(ioris) cos. *(a. 152)* proneptis *IX 2333.*

72 Acme, Liviae Augusti ancilla Iudaea *Ioseph. ant. 17, 5, 7. 8; 17, 7, bell. 1, 32, 6; 1, 33, 7.*

73 L. ACONIVS CALLISTVS, clarissimae memoriae vir, maritus Oratiae Marinae *XI 2700 Volsiniensis. Fortasse idem est* L. Aco[nius] P[om.] Call[istus] aedilis *XI 2708.*

74 L. Aconius Callistus, tribunus militum leg. XIIII Geminae Severianae *sub Alexandro XI 2699 Volsiniensis.*

— L. RANIVS OPTATVS *signo* ACONTIANVS.

75 Acratus, Neronis libertus *Tac. a. 15, 45; 16, 23, Dio Chrys. orat. 31 I p. 394 D.*

— Helenius Acro.

— Claudia Acte.

— C. ARRIVS SPEDICVS ACTIANVS.

76 Actius, comoedus a Tiberio manumissus *Suet. Tib. 47.*

77 Actumerus (Catumerus *Tac. a. 11, 17,* Οὐκρομήρου *Strabo*) Chattorum princeps *Tac. a. 11, 16. 17, Strabo 7, 292. De nominis forma cf. Muellenhof Ztschr. f. deutsch. Alterth. IX 223.*

78 Q. ACVTIVS Q. F...... *(cum tribu num cognomen perierit incertum est)* inter testes senatus consulti a. 729 = 25 *Sitzungsberichte Berl. Akad. 1889 p. 966.*

79 Q. ACVTIVS NERVA (Q. Acutius *in titulis Bramb. inscript. Rhen. 660. 662. 680,* Acutius Nerva *Plin.*). Consul designatus in senatu sententiam dixit a. 100 *Plin. ep. 2, 12, 2; legatum pr. pr. Germaniam inferiorem rexisse sequitur ex t.*

80 ACVTIA, P. Vitellii quondam uxor maiestatis damnata a. 37 *Tac. a. 6, 47.*

81 Adaeus, rhetor ex Asianis non proiecti nominis *Seneca contr. 9, 1, 12, sententiae eius apud Senecam in controv. passim.*

82 Adduus *Vell. 2, 102, 2* (Ἄδδων *Dio 55, 10 a = Zon. 10, 36,* Dones *Flor. 2, 32*) Parthus Artagerae praepositus C. Caesarem vulneravit.

83 Adgandestrius, Chattorum princeps *Tac. a. 2, 88.*

84 Adiatorix, Domneclei tetrachae Galatarum filius, post pugnam Actiacam in triumpho ductus et cum uno ex filiis occisus *Strabo 12, 543;* Dyteutus alter filius et tertius *memorantur ibd. 12, 558.*

— C. CLODIVS ADIVTOR.

85 Adminius, Cunobellini regis filius *Suet. Cal. 44 = Oros. 7, 5, 5 (ubi traditur* Minocynobelinum Britannorum regis filium).

86 Adventus, cui dedicavit C. Iulius Solinus collectanea *Sol. praef. saec. III vel IIII.*

— ANTISTIVS ADVENTVS.

— C. (?) ANTISTIVS ADVENTVS.

— Q. ANTISTIVS ADV[ENTVS].

— Q. ANTISTIVS ADVENTVS POSTVMVS AQVILINVS.

— L. ANTISTIVS BVRRVS ADVENTVS.

— OCLATINIVS ADVENTVS.

87 Advolans, gladiator *Martial. 5, 24, 6.*
— . . VS C. IVLIVS ADVRIVS . . . . [PATE]RNVS.
88 C. AE . . . . ὁ κράτιστος πρεσβευτὴς [αὐτῶν καὶ ἀντιστράτηγος] καὶ λογιστὴς τῆς πατρίδος *in plebiscito Attico III 10 a. 209/210, legatus Augustorum pr. pr. ad corrigendum statum civitatium liberarum Achaiae fuisse videtur; at supplementa incerta sunt cf. Mommsen R. Str. II³ 858 adn. 1.*
89 Aebutianus (Ebuntianus *libri*), praefectus praetorio sub Commodo Cleandro auctore occisus *(ante a. 189) vit. Comm. 6, 12.*
— T. Vennonius Aebutianus.
90 Aebutius, decurio bello Iudaico occisus *Ioseph. bell. 3, 7, 3; 4, 1, 5 vit. 24.*
91 Aebutius Liberalis, ad quem scripsit Seneca libros de beneficiis, *ubi nominatur 1, 1, 1; 2, 1, 1; 2, 6, 1; 2, 30, 1; 3, 1, 1; 3, 5, 1; 4, 1, 1; 4, 3, 1; 4, 31, 1; 5, 1, 3; 6, 1, 1; 6, 6, 1; 6, 12, 1; 6, 41, 1; 6, 42, 1; 7, 1, 1. Idem sine dubio* Liberalis noster tristis incendio coloniae Lugdunensis patriae suae *Seneca ep. 91, 1. 3. 13.*
92 M. AEDINIVS IVLIANVS *nom. in albo Canusino a. 223 IX 338 (1), epistula eius scripta paulo ante a. 238 ad Badium Cominianum in t. edito a Mommseno Berichte d. sächs. Gesellschaft 1852 p. 228 sqq. (2). Praenomen exhibet t. 1,* Aedinius Iulianus *t. 2,* vir clarissimus a. 223 *t. 1,* legatus provinciae Lugdunensis, praefectus praetorio aliquot annis ante a. 238 *t. 2.*
93 Aedemon, libertus Ptolemaeum regem ab imperatore Gaio occisum ulciscens in Mauretania sub Claudio rebellavit *Plin. n. h. 5, 11.*
94 AEDIA SERVILIA *memoratur in titulis libertorum servorumque urbano VI 353 (1) quem posuit libertus anno 51, Allifanis IX 2424 (2). 2363 (3). 2365 (4) cf. et 2344. 2370.* Aedia Servilia *t. 2* Servilia *alibi,* M. f. *ex praenomine lib. t. 1,* Servilia Aviol[ai] *t. 1 id est uxor M'. Acilii Aviolae consulis a. 54.*
95 M. AEFVLANVS, proconsul (Asiae) sub Nerone *memoratur in t. Smyrnaeo CIG 3187.*
96 Aefulanus Marcellinus, ad quem scripsit Plinius *ep. 5, 16; 8, 23* (Aefulanus *servavit cod. Asburnham. 5, 16*).
— Vetulenus Aegialus.
97 Q. Aegrilius Plarianus, maritus Asiciae Frontinae *XI 1075 Parmensis mutilus; incertum qua necessitudine coniunctus fuerit cum Q. Egrilio Plariano.*
— Stertinia Cocceia Bassula Veneria Aeliana Iunior.
98 . . . . . AELIANVS, clarissimus vir, legatus Augusti pr. pr. Pannoniae inferioris *III 3747 in miliario Pann. inf. Potest referri ad* Flavium Aelianum *aut, si fuerit in lapide* [L]aelianus, *ad* M. Pontium Laelianum Larcium Sabinum.
99 Aelianus facundus, *amicus Martialis memoratur Martial. 12, 24, 3; incertum est num idem nominetur ibd. 11, 40, 5.*

100 Aelianus cum (Sex. Iulio) Frontino consulari viro Formiis colloquio habito adductus ad scribendum de re militari Graecorum θεωρίαν τακτικήν imperatori Traiano dedicavit *Aelian. prooem. Cf. Koechly-Ruestow Griech. Kriegsschr. II 199 seq.*
— Aelius Aelianus.
— P. AELIVS AELIANVS ARCHELAVS MARCVS.
— L. AELIVS PLAVTIVS LAMIA AELIANVS.
— Aemilius Aelianus.
— M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS.
— Axius Aelianus.
— Q. Axius Aelianus.
— Casperius Aelianus.
— L. Casperius Aelianus.
— Claudius Aelianus.
— CELSVS AELIANVS.
— FLACC(VS) AELIANVS.
— FL(AVIVS) AELIANVS.
— C. IVLIVS FLACCVS AELIANVS.
— CN. PAPIRIVS AELIANVS.
— CN. PAPIRIVS AELIANVS AEMIL[IANVS] TVSCILLVS.
— PLAVTIVS [AELIVS? LA]MIA SILVANVS [AELIANVS].
— TI. PLAVTIVS SILVANVS AELIANVS.
— POMPEIVS AELIANVS.
— L. ROSCIVS AELIANVS MAECIVS CELER.
— L. ROSCIVS AELIANVS PACVLVS SALVIVS IVLIANVS.
— L. ROSCIVS PACVLVS PAPIRIVS AELIANVS.
— Q. VALENS AELIANVS.
— T. Vlpius Aelianus Antoninus.
— C. VLPIVS AELIANVS SEVERVS.

101 Aelius ... pr(aeses) [provinciae Sardiniae] *Eph. ep. 8, 755 in fragmento miliarii Sardiniae.*

102 Aelius Achilles, rationalis Septimii Severi a. 193 *VI 1585 [a.] b.*

103 Aelius Aelianus, vir perfectissimus, praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis ob prostratam gentem Bavarum Mesegneitsium praedasque omnes ac familias eorum abductas *dedicavit titulum Eph. ep. 7, 530 Mauret. Caes.*

104 P. AELIVS AELIANVS ARCHELAVS MARCVS, P. f., originis clarissimae vir, patronus Volturni *X 3725 Volturnensis fortasse saec. IIII.*

105 Aelius Aemilianus, praefectus classis Misenensis a. 247 *III dipl. mil. 53 = X 3335.*

106 P. Aelius Alcibiades, praepositus cubiculi sub Hadriano (ἐπὶ κοιτῶνος) *in titulis graecis Asianis Lebas-Waddington 1652 f, Bull. d. corr. hell. VII p. 269, CIG 2947. 2948.*

107 P. Ael(ius) Ammonius. *Titulus graecus ei positus a liberto Gordiani III, repertus in Moesia inferiore Archaeol. Epigraph. Mitth. a. Oestr. VIII p. 22 n. 61.* Praefectus cohortis Hispanorum, tribnnus cohortis I Germanorum, praepositus vexillationibns in Armenia Cappadocianis (ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ ἐν παρατάξει Ἀρμηνιακῇ στρατιωτῶν ἐπαρχείας Καππαδόκων), praefectus alae I Gaetulorum, praepositus vexillationibus in Moesia inf. (ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ τῆς ἐπαρχείας ταυτῆς), praefectus classis Fl(aviae) Moesiacae Gordianae, procurator (τὸν κράτιστον ἐπίτροπον) Augusti (Moesiae inf.) *t. Potest idem esse* Ammonius ad quem Gordianus rescripsit a. 240 *cod. Iustinian. 6, 45, 2. — Verba* ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ *ad praefectum exercitus rettulit Mommsen Eph. ep. 5 p. 578.*

108 T. Aelius Antipater, proc. Augg., Vmbricia Bassa coniux *Orelli 1891 Sentinas.*

109 P. Aelius Apollonianus, primipilaris, maritus Tiberiae Iuliae Antoniae Letoidis, pater P. Aelii Hilariani *memoratur in titulis filii CIG 2792. 2793.*

110 L. AEL(IVS) APPAIENVS IVLIANVS, clarissimus puer *Bull. com. 1880 p. 138 n. 393 incertae aetatis; litteras saec. IV iudicat qui edidit.*

111 T. AELIVS AVRELIVS, M. Aurelii Caesaris et Faustinae Aug. filius, imp. Antonini Aug. Pii [p. p.] nepos *VI 994 t. sepulcralis in mausoleo Hadriani filii Marci qui postea imperavit, defuncti vivo Pio.*

112 L. Aelius Aurelius Apolaustus Memphius. *Tituli: VI 10117 (1) urbanus, IX 344 (2) Canusinus, X 3716 (3) Campanus, XIV 4254 (4) Tiburtinus; ipse posuit Fundanum X 6219 (5), nominatur in fragmento Veientano XI 3822 (6).* Agrippus histrio, cui cognomentum erat Memphi, a Vero imperatore e Syria Romam abductus et Apolaustus nominatus *vit. Ver. 8*, L. Aurelius Apolanstus Memphius *t. 4*, Anrelius Apolanstus Memphius *t. 1*, L. Aurelins Apolaustus pantomimus Memfius *t. 5*, [L.] Aelius Aurelius Apolaustus *t. 2*, [L.] Aurelius Apolaustus *t. 3*, .. [Apolaus]ti Memphi .... senioris *t. 6*, Apolaustus *Fronto ad Ver. 1, 2, vit. Comm. 7.* Augustorum libertus *t. 1. 4* (Aug. lib. *t. 2*), *manumissus ergo a Marco et Vero;* hieronica coronatus et ton diapandon Apollinis sacerdos solus vittatus, archiereus synhodi et Augustorum *t. 1*, pantomimus hieronica temporis sui primus, Augustalium quinquennalis *(Canusii) t. 2;* hieronica bis coronatus et diapanton, parasitus et sacerdos Apollinis, Augustalis Capuae maximus *t. 3*, pantomimus hieronica ter temporis sui primus vittatus Augg. sacerdos Apollinis, Herculanus Augustalis *(Tibure)*, ornamentis decurionatus honoratus *(Tibure) t. 4. Vt pantomimus celeberrimus memoratur a Frontone l. l.; eundem intellegere videtur Athenaeus I 20 C* ὁ σύμπας δῆμος τῆς οἰκουμένης τὸν ἐφ' ἡμῖν φιλόσοφον ὀρχηστὴν Μέμφιν ἐκάλεσαν —. Cleandro occiso *(a. 189)* cum aliis libertis aulicis interemptus *vit. Comm. 7.*

— M. AELIVS AVRELIVS CAESAR *vide* M. ANNIVS VERVS.

— L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS *vide* L. CEIONIVS COMMODVS.

— IMP. CAESAR L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS *vide* M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS.

113 T. AELIVS AVRELIVS EPIANVS, T. f., legatus Aug. leg. X Geminae, curator viae Clodiae, legatus pr. pr. provinciae Africae p[raetor]....... *XIV 2164 t. mutilus Aricinus. Fortasse filius* Epii Aug. lib. tabularii rationis hereditatium, *cui positus est t. Albanus XIV 2262.*

114 M. AELIVS AVRELIVS THEO. *Tituli: XI 376 (1) Ariminensis, quem posuit* ordo Ariminensium, *III 89 = Lebas-Waddington n. 1950 (2) et 90 = 1949 (3) Bostrani, quorum priorem dedicarunt in legatione Arabica* optiones centuriones leg. III. Kur. Valerianae Gallianae *(sic). Nomina plena exhibet t. 1,* Aelius Aurelius Theo *t. 2. 3;* vir clarissimus *t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum laticlavius leg. XI Claudiae, item tribunus militum laticlavius leg. XII Fulminatae, adlectus inter quaestorios, tribunus plebis, praetor, iuridicus de infinito per Flaminiam et Vmbriam Picenum *t. 1,* legatus Augustorum *(= Valeriani et Gallieni v. supra)* pr. pr. *t. 2. 3* praeses provinciae Arabiae *t. 3,* consul designatus *t. 2.* — Sodalis Hadrianalis, patronus Ariminensium *t. 1.*

115 AELIVS BASSIANVS, proconsul Africae, quando Clodius Albinus natus est, *id est sub Pio vit. Clod. Alb. 4 in epistula inepte ficta.*

116 AELIVS BASSVS, legatus Pannoniae sub initium belli Marcomannici paulo ante a. 161 *Petrus Patric. fr. 6 (ex Cassio Dione).*

117 P. AELIVS BRVTT[IVS] LVCIANVS, proconsul [Pamphyli]ae Lyc[iae]... *honoratus t. graeco Adaliae Pamphyliae Bull. de corr. hell. IX p. 436.*

— L. AELIVS CAESAR *vide* L. CEIONIVS COMMODVS.

118 SEX. AELIVS CATVS, consul a. 4 p. C. cum C. Sentio Saturnino. *In consulatu:* Sex. Aelius Q. f. L. n. Catus *f. Cap.* Sex. Aelius *f. min. XII X 393,* Aelius Catus *Velleius II 103.* Σέξτος Αἰμίλιος *(sic)* K. υἱός Κάτος *Dio ind. l. 55.* — Αἴλιος Κάτος *Strabo.* — Q. f. L. n.; consul *(v. supra)* legem tulit cum collega de manumissionibus Aeliam Sentiam, *quae citatur apud Gaium passim, Vlpian. reg. 1, 11–15; 7, 4, Dosith. 16, Collat. 16, 2, 5.* Quinquaginta milia Getarum e regione transdanuviana in Thraciam traduxit *Strabo 7, 303.*

119 AELIVS CELSVS, senator a Septimio Severo sine causae dictione occisus *vit. Sev. 13, 2 cf. 12, 9.*

120 AELIVS CESETTIANVS, praefectus urbi a. 275 *vit. Taciti 7, 2.*

121 (AELIVS) COERANVS Plautiano occiso *(a. 203)* propter amicitiam eius a Severo ad septem annos relegatus, dein revocatus *(circa a. 210)* et in senatum adlectus, primus ex Aegyptiis consul factus est nullo honore antea functus *Dio 76, 5. Consul suffectus anno incerto sub Caracalla.*

122 P. AELIVS COERANVS. *Titulus XIV 3586 (1) Tiburtinus, quem posue-*

runt decuriones Tiburtes, *memoratur in actis Arvalium a. 213 (2) et a. 214 (3).* P. Aelius Coeranus *t. 1. 2* iunior *additur t. 3 VI 2103 b 9,* Quaestor, tribunus plebis kandidatus, praetor urbanus, iuridicus per Flaminiam et Vmbriam, legatus leg. VIII Augustae, proconsul provinciae Macedoniae, consul *(suff. a. incerto saec. III ineuntis) t. 1.* — Curator civitatinm Antiatium et Aquinatium, IIIIvir iure dicundo *(Tibure),* patronus et flamen dialis Tibnre *t. 1.* Frater Arvalis *t. 1* fuit in collegio a. 213 et 214 *acta Arv. Filius videtur Coerani qui praecedit.*

123 Ael(ius) Constans, procurator Commodi *intra a. 185/192 Daciae Porolissensis ut videtur, memoratur in t. Napocensi III 865* ob honorem decurionatus *(scl. Napocensis) posito imperatori.*

124 Aelius Corduenus *nominatur in epistula ficta Commodi vit. Pescenn. Nigr. 4, 4.*

125 P. Aelius Da.... [proc.] rationis .... [heredita]tium *sub Marco et Vero ut videtur VI 3757.*

126 AELIVS DECIVS TRICCIANVS. *Miliarii Pannoniae inferioris III S. 10618. 10629. 10635. 10644. 10647, ubi et Macrini Diadumenianique nomina et Aelii Tricciani erasa sunt, nomen gentilicium legi potuit in solo 10644.* Δέκκιος Τρικκιανός *Dio 78, 13, 3* Τρικκιανός *Dio alibi,* Recianus *vit. Carac.*

Olim miles in exercitu Pannonico et ianitor legati *Dio 78, 13.* Caracallam in Asiam comitatur praefectus legionis II Parthicae *vit. Carac. 6, 7* = ἄρχων τοῦ Ἀλβανίου στρατοπέδου *Dio 78, 13 cf. 79, 4.* Conscius caedis Caracallae *vit. Carac. l. l.* Mansit praefectus legionis II Parthicae aliquantum sub Macrino *Dio 79, 4;* deinde a Macrino in Pannoniam missus *Dio 78, 13* rexit Pannoniam inferiorem a. 217 legatus Augg. pr. pr. *tituli;* postea ab eodem dimissus in Bithynia versatur *id. 79, 4;* occisus ab Elagabalo *ibd.*

127 T. Aelius Decrianus, procurator Aug. Mauretaniae Caesariensis *nominatur in miliariis Mauretaniae Caesariensis sub Alexandro positis VIII 10432. 10436. 10461–10463. 10465. 10468. 10469. Eph. ep. 7,677.*

128 AEL(IVS) DIODOTVS, clarissimus vir *III 3571 Aquincensis.*

129 AELIVS DIODOTVS, praetor (tutelaris) sub Severo et Caracalla *Fragm. Vatic. 159. 206 (?). 211. 215. 246.*

130 [AELIVS?] [DIO]NYSIVS, legatus Aug. pr. pr. (Raetiae) *III 5874 Raeticus. In t. mutilo de nominibus imperatoris nihil superest nisi* [Au]REL *abrasis reliquis.*

131 P. Aelius Dionysius *signo* Palladius, perfectissimus vir, rationalis, pater Vettoriae Sabinillae virginis Vestalis *VI 1587.*

132 Aelins Festus Aphtonius, vir perfectissimus, *scripsit de metris:* Aelii Festi Aphtonii v. p. de metris omnibus explicit l. IIII *in subscriptione l. IIII Marii Victorini, qui Aphtonium epitomavit Gramm. Lat. VI 173, 32.*

133 Aelius Florianus, vir perfectissimus, praefectus vigilum intra annos 226/244 *VI 266.*

134 AELIVS GALLVS. Pomponio Secundo obiectabatur Aelii Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium perfugisset *Tac. a. 5, 8. Recte inde collatis ibd. 4, 3 et 5, 9 collegit Borghesi Gallum Seiani filium natu maximum fuisse, post necem patris et ipsum interemptum.* Iussu Tiberii Lentulo Gaetulico gener destinatus fuerat *ibd. 6, 30;* a Tiberio sacerdotio ornatus *Dio 58, 7 (utroque loco nominibus omissis).*

135 C.(?) Aelius Gallus. *Praenomen exhibet t. CIA III 577, si quidem ad hunc referendus sit.* Ex equestri ordine *Plin. n. h. 6, 160,* praefectus Aegypti *Strabo 2, 118; 17, 806 anno fere 727 = 27 nuncupatus* expeditionem suscepit in Arabiam quae appellatur eudaemon *anno 729—730 = 25—24 Strabo 16, 780—782; 17, 819—820, Plin. l. l., Dio 53, 29 (Zonar. 10, 32), Ioseph. ant. 15, 9, 3, Galen. XIV 189. 203 cf. Mon. Ancyr. 5, 18.* — Amicus Strabonis *2, 118; 17, 806. Filium L. Seii Strabonis adoptasse videtur, qui post adoptionem L. Aelius Seianus dictus est.* — Medicamenta eius *Galen. XII 625. 738. 784; XIII 28. 29. 77. 138. 202. 310. 472. 550. 556. 838. 885?; XIV 114. 158. 159. 161. 170. 189. 203. 730.*

136 P. AELIVS GEMEL[L]VS, vir clarissimus *III 1006 Apulensis.*

137 *AELIVS GORDIANVS, Gordiani imperatoris filius (? imperatoris ipsa res viri *corrupte libri,* imperatoris parens *Mommsen*), vir scientia iuris insignis, fuit in consilio Alexandri imperatoris *vit. Alex. 68, 1. Auctor vitae et ipse vel in nomine vel in homine errorem admisit.*

138 AELIVS GRACILIS, legatus Belgicae a. 58 *Tac. a. 13, 53.*

— C. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.

139 Aelius Hadrianus, patruus magnus Hadriani imperatoris *vit. Hadr. 1, 2.*

140 P. AELIVS HADRIANVS = IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. *Titulus ei publice positus a. 112 ab Atheniensibus archonti III 550.* P. f., tribu Sergia *t.* filius scilicet P. Aelii Hadriani Afri Italicensis et Domitiae Paulinae Gaditanae *vit. Hadr. 1, 2.* Natus est d. 24 m. Ian. a. 75 *vit. 1, 3* Italicae *Appian. Iber. 38, Gell. 16, 13, 4, Eutrop. 8, 6, 1 inde Hieronym. chron. 2133 (male* Romae *vit. 1, 3, at cf. 2, 1; 19, 1).* Decimo aetatis anno patre orbatus Vlpium Traianum praetorium tunc consobrinum suum *(cf. in patre)* et Caelium Attianum equitem Romanum tutores habuit *vit. 1, 4. Romae, ut videtur,* studiis litterarum imbutus quinto decimo anno ad patriam rediit, unde paulo post a Traiano abductus ad rem publicam accessit *vit. 1, 5 seq.* Decemvir stlitibus iudicandis *t. vit. 2, 1,* sevir turmae eq. R., praefectus feriarum Latinarum *t. circa a. 92/93.* Inde tribunus leg. II Adiutricis p. f. *vit. 1, 2 t.;* post hoc in inferiorem Moesiam translatus extremis iam Domitiani temporibus *(a. 95/96) vit. 2, 3* tribunus leg. V Macedonicae *t.* Traiano a Nerva adoptato *(m. Octobri a. 97)* ad gratulationem exercitus ad Traianum (legatum tunc Germaniae superioris) in Germaniam superiorem translatus est *vit. 2, 5* ibique fuit tribunus

leg. XXII primigeniae p. f. *t. cf. vit. 2, 6.* Quaestor imperatoris Traiani a. 101 *vit. 3, 1 t.* et comes expeditionis Dacicae *vit. 3, 2 t.*, donis militaribus ab eo donatus bis *t.* Post quaesturam ab actis senatus *vit. 3, 2*, tribunus plebis a. 105 *vit. 3, 4 t.* Secunda expeditione Dacica Traianus eum primae legioni Minerviae praeposuit secumque duxit *vit. 3, 6* = legatus leg. I Minerviae p. f. *t.*, eodemque tempore praetor *t. (aliter vit. 3, 8 cf. adn.) anno ut videtur 106.* Postea legatus Augusti pr. pr. Pannoniae inferioris a. 107/108 *vit. 3, 9 t.* Ob res bene gestas consulatum accepit *vit. 3, 10;* consul *t.* suffectus d. 22 m. Iun. a. 108 *VI 2016 = XIV 2242.* Anno 112, *ubi titulus positus videtur,* fuit VIIvir epulonum, sodalis Augustalis *t.*, archon Athenis *t. Phleg. fr. 54 M., vit. 19, 1, Dio 69, 16, 1.* Plotinae studio legatus expeditionis Parthicae tempore *(a. 114 seq.)* destinatus est *vit. 4, 1.* Legatus Syriae a. 117 *vit. 4, 6, Dio 68, 33, 1; 69, 1, 2* V id. Aug. litteras adoptionis accepit, quando et natalem adoptionis celebrari iussit; tertium iduum earundem *(= d. 11 m. Aug.)*, quando et natalem imperii statuit celebrandum, excessus ei Traiani nuntiatus est *vit. 4, 7.* Adoptionem a Plotina fictam multi putarunt *vit. 4, 10, Dio 69, 1, Vict. Caes. 13, 12; recte ut videtur, quamquam Hadrianus, ut vivo Traiano se participem imperii fuisse probaret, nummum cudi iussit Eckhel VI 473 = Cohen II 246, 5 in parte adversa exhibentem* Hadriano Traiano Caesari, *in aversa* Imp. Caes. Ner. Traian. Optim. Aug. Germ. Dac. *(cf. Mommsen StR. II³ 1154, 5).* Consul II a. 118, consul III a. 119. Mortuus est apud Baias d. 10 m. Iul. a. 138 *vit. 19, 6, Dio 69, 23, 1.* Vxor Vibia Sabina, liberi adoptivi L. Ceionius Commodus, qui post adoptionem L. Aelius Caesar, T. Aurelius Fulvus Boionius Arrius Antoninus, qui post adoptionem Imp. T. Aelius Caesar Antoninus nominatus est.

Praeturam Hadrianum absentem iniisse, cum legioni primae praeesset bello Dacico secundo, docet titulus; in praetura Romam rediisse biographus, cum scribat 3, 8 sestertium vicies ad ludos edendos a Traiano accepisse. Praetor factus est sub Surano *(immo Sura)* et Serviano iterum cos. = *a. 102 biographus l. l. aperte errans. Confudisse autem cum consules a. 102 cum consulibus a. 107 (Sura III et Senecione II) ne ponamus, adversantur legatio Pannonica et consulatus propter res in Pannonia gestas Hadriano a. 108 datus.*

141 P. AELIVS HADRIANVS AFER. *Praenomen cum tribu innotuit ex titulo filii III 550,* Aelius Hadrianus cognomento Afer *vit. Hadr. 1, 2,* Hadrianus Afer *Dio,* Aelius Hadrianus *(Vict.) epit.* — Italica oriundus *vit. Hadr., unde* tribu Sergia; praetorius *Dio 69, 3, 1 (Zonar. 11, 23);* mortuus, cum filius decimum annum ageret = *intra d. 24 m. Ian. a. 85 et d. 24 m. Ian. a. 86 vit. Hadr. 1, 4.* Vxor Domitia Paulina, liberi P. Aelius Hadrianus qui imperavit, et Domitia Paulina *vit. l. l.* — *Qua necessitudine coniunctus fuerit cum Traiano imperatore, parum liquet in dissensu auctorum:* consobrinus Traiani *vit. Hadr. 1, 2 (omnino*

haud accurate ibd. 1, 4 dicitur Traianus consobrinus Hadriani *filii qui imperavit) Epitom. 14, 1; contra* Hadrianus imperator *dicitur* filius consobrinae Traiani *Eutrop. 8, 6, 1 (inde Hieronym. ad a. Abr. 2133).*
— IMPERATOR CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS = T. Aurelius Fulvus Boionius Arrius Antoninus.

142 P. AELIVS HILARIANVS, consularis (ὑπατικός), pater P. Aelii Apolloniani, avus P. Aelii Hilariani *memoratur in titulis nepotis cognominis n. 143.*

143 P. Aelius Hilarianus, equestris ordinis (ἱππικός), T. Aelii Apolloniani et Tiberiae Iuliae Antoniae Letoidis filius, P. Aelii Hilariani consularis nepos *honoratus titulis graecis CIG 2792. 2793 = Waddington 1617. 595 Aphrodisiade repertis.*

144 Ael(ius) Ianuarius, procurator hereditatium, procurator Chosdroenes, procurator Syriae Coeles, procurator vectigalium Illyricorum ...... procurator Hispaniae citerioris Tarraconensis, praeses provinciae Tingitanae, praeses provinciae Mauretaniae [Caesar] ...... *II 4135 t. Tarraconensis, ubi nomen gentilicium num recte traditum sit dubitari potest.*

145 AELIVS (?) IVLIANVS, [A]ἰ[λ.] *traditur in t. male descripto CIG 4618 Add. p. 1182 cf. Lebas-Wadd. 2316a,* decemvir stlitibus iudicandis *ut videtur ex Waddingtonii coniectura probabili,* tribunus legionis XIIII Geminae.

146 Aelius Iulianus, praefectus vigilum *sub Commodo ut videtur, certe ante a. 191 VI 414b.*

147 Aelius Iulius Pro[culus?] Eubulianus, ὑπατ[ικῶν κ]αὶ συνκλητικῶν συ[γγενής], maritus Aeliae Flaviae Egnat[iae] Capitolinae *t. Nysae in Caria repertus Athenische Mittheilungen 1893 p. 334.*

148 Aelius Iunius Cordus (Aelius Cordus *vit. Maximin. 12, 7, Clod. Alb. 5, 10 ubi* Helius *libri; ceterum* Iunius Cordus *vel* Cordus) scripsit vitas eorum imperatorum, quos obscuriores videbat, adserens se minima quaeque persecuturum *vit. Opell. Macr. 1 (cf. Clod. 5, Maximin. 27, Max. et Balb. 4);* imperatoribus Philippis superstes fuit *vit. Gord. 33. Citatur in vitis quae Iulii Capitolini dicuntur. Clodii Albini, Opellii Macrini, Maximinorum, Gordianorum, Maximi et Balbini; fragmenta collegit Peter Hist. R. Fr. p. 344 sqq.*

149 L. AELIVS LAMIA, consul a. 3 p. C. cum M. Servilio Noniano. *In consulatu:* L. Aelius L. f. L. n. Lamia *f. Cap.,* L. Aelius L. f. Lamia *Dio ind. l. 55,* L. Aelius Lamia *X 8092,* L. Aelius *Eph. ep. 8, 316,* L. Lamia *fast. min. XII = XIV 2801, Valer. Maxim. 1, 8, 11,* Lamia *alibi. Apud scriptores:* Aelius Lamia *Tacit.,* L. Lamia *Dio,* Aelius Lamia *restituit Ruhnken Vell. Pat. 2, 116, 3* (etiam *traditur*) *cf. Borghesi opp. IV 455 seq.*

L. f. L. n. *supra, filius scilicet L. Lamiae viri praetorii, amici Ciceronis, nepos ut videtur L. Lamiae propter deformitatem a Crasso*

oratore irrisi Cic. de orat. 2, 268, frater Q. Aelii Lamiae. Consul a. 3 p. C. *supra;* vir antiquissimi moris et priscam gravitatem semper humanitate temperans in Germania Illyricoque et mox in Africa splendidissimis functus ministeriis non merito, sed materia adipiscendi triumphalia defectus est *Velleius l. l. in expositione belli Pannonici et Delmatici, unde videtur legatus Tiberii fuisse a. 4—6.* Proconsul Africae *sub initium belli contra Tacfarinatem gesti a. 15/16 Tac. a. 4, 13.* Legatus Syriae nuncupatus *(circa a. 20 cf. Borghesi V 90)* a Tiberio in urbe retentus; praefectus urbi a. 32 mortuus est a. 33 exeunte *Tac. a. 6, 27, Dio 58, 19. — Amicus Horatii, qui ad eum scripsit carm. 1, 26 et 3, 17, memorat eum amicum (Pomponii) Numidae carm. 1, 36, 7, lugentem mortem fratris ep. 1, 14, 6. Idem intellegendus videtur* L. Lamia *Seneca contr. 7, 6, 21; incertum est ad quem pertineat* oratio Asinii Pollionis pro Lamia *id. suas. 6, 15.*

150 L. (AELIVS) LAMIA. L. Lamiae servus *VI 16553.*

151 [L.?] AEL[IVS] [LAMIA?], frater Arvalis *nominatur in actis a. incerti Claudii VI 2034; supplementa plane incerta sunt.*

152 Q. AELIVS LAMIA. *Nummi aenei cusi sub Augusto intra annos fere 739—749 = 15 - 5 a. C. (cf. Mommsen Münzwesen p. 740) Cohen méd. imper. I² 338–340 (1), 341 (2), 342 (3). Nomina plena exhibent n. 2. 3,* Lamia *n. 1.* L. f. *n. 2, filius scilicet L. Aelii Lamiae viri praetorii, frater L. Aelii Lamiae cos. a. 3 p. C.* IIIvir auro argento aere flando feriundo sub Augusto Silio et Annio collegis *nummi.* Lamiae fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis *meminit Horatius ep. 1, 14, 6 seq., scilicet Lucii de morte Quinti.*

153 T. Aelius Leo, procurator Augustorum *t. Espérandieu inscript. de Lectoure n. 31.*

— P. Sem(pronius) Ael(ius) Lycinus.

154 [Aelius?] Malli[anus] procurator Aug. (Alpium Graiarum et Poeninarum) *XII 102 t. Axinensis.* Aelius *dubitanter supplevit Hirschfeld collato t. sepulcrali Axinensi ibd. 120* Q. Ael. Malliani.

155 AELIVS MARCIANVS, proconsul Baeticae sub Pio *Digest. 1, 6, 2 = Institut. 1, 8, 2 = Collat. 3, 3, 1 (ubi* Aurelius *traditur).*

156 Aelius Marcianus *Institut. 4, 3, 1,* Marcianus *ceterum. Iuris consultus scripsit post Antoninum Severi filium* institutionum l. XVI, regularum l. V, de appellationibus l. II, publicorum iudiciorum l. II, libros singulares de delatoribus, ad formulam hypothecariam, ad SC. Turpillianum *ind. Flor. Citantur praeterea* notae ad libros Papiniani de adulteriis. *Fragmenta collegit Lenel Palingenesia I 639 seq. — Marciani in cod. Iust. 2, 13, 6; 4, 21, 4; 7, 21, 4; 10, 58 memorati diversi sunt.*

157 P. Aelius Marcianus, P. f., tribu Pal, praepositus classis Syriacae et Augustae, praefectus classis Moesiaticae *VIII 9358.*

158 (AELIVS) MARVLLINVS (Marullinus *libri*), qui primus in sua familia senator fuit, atavus Hadriani imperatoris *vit. Hadr. 1, 2.*

159 Aelius Maurus (Helius *libri*). Phlegontis Hadriani liberti citatur *de filiis Septimii Severi vit. Sev. 20.*

160 Aelius Melinus, grammaticus, aequalis Gellii praeter alia quae scripsit complura, librum composuit de loquendi proprietate *Gellius 18, 6. Ad eum pertinere videntur quae ex* Melisso *afferunt Charisius Gramm. lat. 1, 101, Pompeius ibd. 5, 287, auctor de dub. nom. 5, 575.*

161 T. AELIVS NAEVIVS ANTONIVS SEVERVS. *Tituli VI 1332 (1), alter graecus et ipse urbanus IGI 1071 (2). Nomina plena exhibent t. 1. 2.* T. f., tribu Pal. *t. 1,* clarissimus vir, sevir equitum Rom. turmae secundae, IIIvir capitalis, praefectus feriarum Latinarum, tribunus laticlavius leg. XVI Flaviae piae fidelis, quaestor *t. 1,* consularis *t. 2 cos. suff. a. incerto,* sodalis Hadrianalis *t. 1.*

162 T. (?) AELIVS ONERATVS, legatus Thraciae sub Severo *in nummis Pautaliae Sestini Mus. Hedeverian. I 62. 19, Class. general. p. 31 (ubi* 'Ονερατίου), *idem videtur* K. Αἰ. 'Ονερ. *in nummo Philippopolitano Catal. mus. Britann. p. 237, 27 a; male* Νεράτου *Mionnet S. II 376, 1025. 1026. 1027, III 376, 1028.*

163 Ael(ius) Paternianus, vir egregius, praefectus leg. II Adiutricis a(gens) v(ices) l(egati) (Pannoniae inferioris) a. 284 *III 3469 t. Aquincensis.*

164 P. Aelius Peregrinus, (P. Aelii) Rasparagani regis Sarmatarum filius, maritus Attiae Procillae *V 33 t. Polensis.*

165 P. Aelius Peregrinus Rogatus. *Tituli VIII 9359 (1), 9360 (2) integri; nominatur in mutilis VIII 8485 (3), 8991 (4), 9030 (?) (5), 9320 (6), 9361 (7), 10979 (8) omnino Mauretaniae Caesariensis. Nomina plena exhibet t. 1,* P. Aelius Peregrinus *t. 2. 4. 8, frustulae supersunt in ceteris.* P. f., tribu Papiria *t. 1.* Vir egregius *t. 4* perfectissimus *t. 2,* procurator Auggg. = *Severi Antonini Getae a. 209/211 t. 4* (proc. Augg. *traditur t. 3, in t. 2 altera et tertia G erasae videntur,* .. tio Peregrino procurator ... *est in t. 5 certae lectionis, ubi indicatur a. 201);* praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 1. 2,* a cognitionibus Aug.. *t. 2.*

— (P. Aelius) Phlegon.

166 L. AELIVS PLAVTIVS LAMIA AELIANVS, consul suffectus idib. Iun. *a.* 80. *In consulatu:* L. Aelius Plauti[illegible]mia *VI 2059,* L. Lamia Plautius Aelianus *III dipl. mil. Ceter*[illegible]us Lamia *Suet.* Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ *falso D*[illegible] Maritus [illegible]eginae, quam Domitianus *a.* 70 in matri[illegible] abdu[illegible] *1, Dio 66, 3, 4,* postea a Domitiano [illegible] *10 cf. Iuvenal. 4, 154. — Videtur* [illegible] ad[illegible] *cum Ti. Plautio Silvano Aeliano* [illegible] *08.*

— PLAVTI[illegible]] *vide* Plautius.

— CL(A[illegible]

167 Aeli[illegible]o et Commodo imp[illegible]

— Aelius Pylades.

168 P. Aelius Rasparaganus, rex Roxolanorum *V 32 Polensis*, Rasparaganus rex Sarmatarum *in t. filii* P. Aelii Peregrini *V 33*. Hadrianus cum rege Roxolanorum, qui de imminutis stipendiis querebatur, cognito negotio pacem composuit *sub initium imperii vit. Hadr. 6; postea Polae eum exulasse vel detentum fuisse docent tituli.*

168a T. Aelius Restitutus, Augg. libertus *(a. 161/168)* procurator Syriae Palaestinae *VI 8568*.

169 AELIVS ROMANVS, curator aedium sa[crarum] et operum locoru[mque] [publicor]um *in t. urbano dedicato ut videtur a. 210 Bull. comun. 1880 p. 80.*

— M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus Titus (?) Proculus.

170 Aelius Rufus Ianuarius, vir egregius, ad fisci advocationes ter numero promotus Thevestinam Hadrumetinam Thamugadensem, ad annonam perpetuo, a militiis; flamen perpetuus, duumviralicius (Lambaesi) *VIII 2757 Lambaesitanus. Post* duumviralicius *in lapide extant litterae* DORP *lectionis certae incertae explicationis.*

171 Aelius Sabinus, rerum scriptor de Maximo Maximini imperatoris filio citatur *vit. Max. 32, 1.*

172 AELIVS SAOTERVS *nominatur in* viris clarissimis, *qui in albo* sacerdotum domus Aug(ustae) Palat(inae) *ante sodales ut patroni perscripti sunt VI 2010, Borghesi opp. III 23 hunc esse Saoterum Nicomediensem coniecit, cubicularium Commodi, qui ab eo in deliciis habitus postea (a. 184) a Cleandro occisus est Dio 72, 12, vit. Comm. 3, 6; 4, 5.*

173 Aelius Saturninus propter carmina famosa in Tiberium composita damnatus et occisus a. 23 *Dio 57, 22.*

174 AELIVS SCORPIANVS, consul III non. Febr. a. 276 *vit. Prob. 11 in actis senatus fictis.*

175 P. AELIVS SECVNDINVS, frater Arvalis a. 219. 221. 224. 234 *acta Arv.*

176 L. AELIVS SEIANVS. *Nummi Bilbilitani Eckhel VI p. 196, Cohen I² p. 198, 97 in parte aversa exhibentes* Mun. Augusta Bilbilis Ti. Caesare V L. Aelio Seiano cos.; *nominatur in t. servi VI 6039 (1), liberti VI 10769 (2),* Seianus sceleratus *in t. post damnationem posito VI 10213 (3); intellegitur Seianus in t. Interamnate XI 4170 anno 32 dedicato* providentiae Ti. Caesaris Aug. — — sublato hoste perniciosissimo p. R. —

L. Aelius Seianus *nominatur t. 1. 2, Dio 57, 19, 5, ceterum dicitur* Aelius Seianus *sive plerumque* Seianus. — Genitus Volsiniis *Tac. a. 4, 1; 6, 8,* patre Seio Strabone equite Romano *Tac. a. 1, 24; 4, 1, Dio 57, 19, 5, Vell. 2, 127, 3,* matre gentis clarissimae *Vell.*, sorore Iunii Blaesi *Tac. a. 3, 35. 72; 4, 26. Adoptatum fuisse ab Aelio Gallo ex nomine filii veri simile videtur.* Prima iuventa C. Caesarem Augusti nepotem in orientem sectatus est *Tac. a. 4, 1,* non sine rumore M. Gavio Apicio stuprum veno dedisse *Tac. l. l., Dio 57, 19, 5.* A Tiberio anno 14

159 Aelius Maurus (Helius *libri*), Phlegontis Hadriani libertus *citatur de filiis Septimii Severi vit. Sev. 20.*

160 Aelius Melinus, grammaticus, aequalis Gellii praeter alia quae scripsit complura, librum composuit de loquendi proprietate *Gellius 18, 6. Ad eum pertinere videntur quae ex* Melisso *afferunt Charisius Gramm. lat. 1, 101, Pompeius ibd. 5, 287, auctor de dub. nom. 5, 575.*

161 T. AELIVS NAEVIVS ANTONIVS SEVERVS. *Tituli: VI 1332 (1), alter graecus et ipse urbanus IGI 1071 (2). Nomina plena exhibent t. 1. 2.* T. f., tribu Pal. *t. 1,* clarissimus vir, sevir equitum Rom. turmae secundae, IIIvir capitalis, praefectus feriarum Latinarum, tribunus laticlavius leg. XVI Flaviae piae fidelis, quaestor *t. 1,* consularis *t. 2 cos. suff. a. incerto,* sodalis Hadrianalis *t. 1.*

162 T.(?) AELIVS ONERATVS, legatus Thraciae sub Severo *in nummis Pautaliae Sestini Mus. Hedeverian. I 62, 19, Class. general. p. 31 (ubi* 'Ονερατίου), *idem videtur* K. Αἰ. 'Ονερ. *in nummo Philippopolitano Catal. mus. Britann. p. 237, 27a; male* Νεράτου *Mionnet S. II 376, 1025. 1026. 1027, III 376, 1028.*

163 Ael(ius) Paternianus, vir egregius, praefectus leg. II Adiutricis a(gens) v(ices) l(egati) (Pannoniae inferioris) a. 284 *III 3469 t. Aquincensis.*

164 P. Aelius Peregrinus, (P. Aelii) Rasparagani regis Sarmatarum filius, maritus Attiae Procillae *V 33 t. Polensis.*

165 P. Aelius Peregrinus Rogatus. *Tituli VIII 9359 (1), 9360 (2) integri; nominatur in mutilis VIII 8485 (3), 8991 (4), 9030(?) (5), 9320 (6), 9361 (7), 10979 (8) omnino Mauretaniae Caesariensis. Nomina plena exhibet t. 1,* P. Aelius Peregrinus *t. 2. 4. 8, frustulae supersunt in ceteris.* P. f., tribu Papiria *t. 1.* Vir egregius *t. 4* perfectissimus *t. 2,* procurator Auggg. = *Severi Antonini Getae a. 209/211 t. 4* (proc. Augg. *traditur t. 3, in t. 2 altera et tertia G erasae videntur,* .. tio Peregrino procurator ... *est in t. 5 certae lectionis, ubi indicatur a. 201);* praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 1. 2,* a cognitionibus Aug.. *t. 2.*

— (P. Aelius) Phlegon.

166 L. AELIVS PLAVTIVS LAMIA AELIANVS, consul suffectus idib. Iun. a. 80. *In consulatu:* L. Aelius Plautius Lamia *VI 2059,* L. Lamia Plautius Aelianus *III dipl. mil. Ceterum* Aelius Lamia *Suet.* Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ *falso Dio.* Maritus Domitiae Longinae, quam Domitianus a. 70 in matrimonium abduxit *Suet. Domit. 1, Dio 66, 3, 4,* postea a Domitiano imperatore occisus *Suet. Domit. 10 cf. Iuvenal. 4, 154. — Videtur parentela quadam coniunctus esse cum Ti. Plautio Silvano Aeliano cos. II a. 74 cf. Dessau ad XIV 3608.*

— PLAVTIVS [AELIVS? LA]MIA SILVANVS [AELIANVS] *vide* Plautius.

— CL(AVDIVS) AELIVS POLLIO.

167 Aelius Priscus, furiosus matrem occidit sub Marco et Commodo imperatoribus *Digest. 1, 18, 14.*

— Aelius Pylades.

168 P. Aelius Rasparaganus, rex Roxolanorum *V 32 Polensis,* Rasparaganus rex Sarmatarum *in t. filii* P. Aelii Peregrini *V 33.* Hadrianus cum rege Roxolanorum, qui de imminutis stipendiis querebatur, cognito negotio pacem composuit *sub initium imperii vit. Hadr. 6; postea Polae eum exulasse vel detentum fuisse docent tituli.*

168a T. Aelius Restitutus, Augg. libertus *(a. 161/168)* procurator Syriae Palaestinae *VI 8568.*

169 AELIVS ROMANVS, curator aedium sa[crarum] et operum locoru[mque] [publicor]um *in t. urbano dedicato ut videtur a. 210 Bull. comun. 1880 p. 80.*

— M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus Titus (?) Proculus.

170 Aelius Rufus Ianuarius, vir egregius, ad fisci advocationes ter numero promotus Thevestinam Hadrumetinam Thamugadensem, ad annonam perpetuo, a militiis; flamen perpetuus, duumviralicius (Lambaesi) *VIII 2757 Lambaesitanus. Post* duumviralicius *in lapide extant litterae* DORP *lectionis certae incertae explicationis.*

171 Aelius Sabinus, rerum scriptor de Maximo Maximini imperatoris filio citatur *vit. Max. 32, 1.*

172 AELIVS SAOTERVS *nominatur in* viris clarissimis, *qui in albo* sacerdotum domus Aug(ustae) Palat(inae) *ante sodales ut patroni perscripti sunt VI 2010, Borghesi opp. III 23 hunc esse Saoterum Nicomediensem coniecit, cubicularium Commodi, qui ab eo in deliciis habitus postea (a. 184) a Cleandro occisus est Dio 72, 12, vit. Comm. 3, 6; 4, 5.*

173 Aelius Saturninus propter carmina famosa in Tiberium composita damnatus et occisus a. 23 *Dio 57, 22.*

174 AELIVS SCORPIANVS, consul III non. Febr. a. 276 *vit. Prob. 11 in actis senatus fictis.*

175 P. AELIVS SECVNDINVS, frater Arvalis a. 219. 221. 224. 234 *acta Arv.*

176 L. AELIVS SEIANVS. *Nummi Bilbilitani Eckhel VI p. 196, Cohen I² p. 198, 97 in parte aversa exhibentes* Mun. Augusta Bilbilis Ti. Caesare V L. Aelio Seiano cos.; *nominatur in t. servi VI 6039 (1), liberti VI 10769 (2),* Seianus sceleratus *in t. post damnationem posito VI 10213 (3); intellegitur Seianus in t. Interamnate XI 4170 anno 32 dedicato* providentiae Ti. Caesaris Aug. — — sublato hoste perniciosissimo p. R. —

L. Aelius Seianus *nominatur t. 1. 2, Dio 57, 19, 5, ceterum dicitur* Aelius Seianus *sive plerumque* Seianus. — Genitus Volsiniis *Tac. a. 4, 1; 6, 8,* patre Seio Strabone equite Romano *Tac. a. 1, 24; 4, 1, Dio 57, 19, 5, Vell. 2, 127, 3,* matre gentis clarissimae *Vell.,* sorore Iunii Blaesi *Tac. a. 3, 35. 72; 4, 26. Adoptatum fuisse ab Aelio Gallo ex nomine filii veri simile videtur.* Prima iuventa C. Caesarem Augusti nepotem in orientem sectatus est *Tac. a. 4, 1,* non sine rumore M. Gavio Apicio stuprum veno dedisse *Tac. l. l., Dio 57, 19, 5.* A Tiberio anno 14

p. C. praefectus praetorio collega Straboni patri datus *Tac. a. 1, 24, Dio 57, 19, 6* et comes Drusi in Pannoniam missus *Tac. l. l.* Patre in Aegyptum misso solus praetorianos rexit *Dio 57, 19, 6,* intenditque vim praefecturae modicam antea dispersas cohortes in una castra conducendo *Dio l. l., Tac. a. 4, 2, Suet. Tib. 37,* Anno 20 a Tiberio ornamentis praetoriis honoratus *Dio 57, 19, 7* et Druso Claudii filio socer destinatus *Tac. a. 3, 29, Suet. Claud. 27, Dio 58, 11, 5.* Apicata uxore pulsa Liviam Drusi in adulterium pellexit et Drusum veneno interemit anno 23 *Tac. a. 4, 3. 7–11, Suet. Tib. 62, Dio 57, 22.* Anno 25 matrimonium Liviae a Tiberio frustra petiit *Tac. a. 4, 39–40* auctorque fuit Tiberio, ut urbe excederet *ibd. c. 41. 56–59.* Aucta inde potentia et adulatio omnium ordinum *Tac. a. 4, 68. 74, Dio 57, 21; 58, 2. 5.* Germanici uxori stirpique semper infestus *Tac. a. 4, 12. 15. 17. 18. 19. 54. 59. 60. 67.* Agrippinam Neronem Drusumque pervertit anno 29 *Tac. a. 5, 3; 6, 23. 25, Suet. Tib. 54. 55. 61.* Iuliam Drusi filiam ei a Tiberio in matrimonium datam esse *tradit Zonar. 11, 2, rectius* spe affinitatis ac tribuniciae potestatis deceptum *dicit Suet. Tib. 65 (cf.* τῆς μελλονύμφου *Dio 58, 7, 5), neque adversatur Tac. a. 5, 6; 6, 8.* Consul anni 31 cum Tiberio V *num., t. 3, Tac. a. 6, 8, Suet. Tib. 65, Dio 58, 4, 3;* sacerdotiis ornatus potestatem proconsularem accepit *Dio 58, 7, 4. 5.* Tiberium Seianumque consules in quinque annos designavit senatus *Dio 58, 4, 4 (quod senatus consultum quamquam a Dione post consulatum anni 31 memoratum fortasse pertinet ad a. 30).* Coniuratione quam contra Tiberium inierat ab Antonia detecta iussu imperatoris opera Sertorii Macronis d. 18 mens. Octobr. a. 31 in carcerem ductus et occisus, damnata memoria bonis publicatis *Tac. a. 5, 6–8; 6, 2–4. 19. 23. 25. 48, Suet. Tib. 48, 65, Dio 58, 4–19, Zonar. 11, 2, Ioann. Antioch. p. 570 M., Ioseph. ant. 18, 6, 6; 18, 7, 2, Senec. dial. 9, 11, 11, Plut. Moral. p. 96 C, Oros. 7, 4, Iuvenal. 10, 62–113.* Die qui fuit XV k. Novembr. *(utpote die damnationis Seiani) Tiberio t. Creticus dedicatus est Eph. ep. 7 p. 424 n. 2 = III S. Add. 12036.*

Cn. Piso ab eo per vana promissa elusus *Tac. a. 3, 16;* Curtius Atticus ab eo oppressus *ibd. 6, 10;* Attalus Stoicus ab eo circumscriptus *Senec. suas. 2, 12;* Cremutium Cordum Satrio Secundo congiarium dedit *Senec. dial. 6, 22, 4;* inimicus Iudaeorum *Philo leg. p. 551. 569 in Flacc. p. 517 (inde Euseb. hist. eccl. 2, 6, chronic. 2050, Hieronym. 2050, inde Oros. 7, 4). — Nominatur Tac. a. 13, 45, Suet. Claud. 6, Vitell. 2, Dio 59, 16; 66, 14, Seneca dial. 6, 15, 3, nat. quaest. 1, 1, 3, ep. 55, 3, Plin. n. h. 7, 129; 8, 197, Phaedr. 3, 1, 41, nomine omisso in mortuum invehitur Valer. Max. 9, 11, 4.*

Tres eius liberi *Tac. a. 4, 3:* Aelius Gallus; alter filius filiaque post necem patris interfecti *Tac. a. 5, 9, Suet. Tib. 61.*

177 L. (AELIVS) SEIANVS *dicitur volgo in editionibus* praetorius *Dio 58, 19, 1. qui re vera est L. (Apronius) Caesianus, ubi vide.*

178 P. AEL(IVS) SEMPRONIVS METROPHANES, senator *honoratus t. gr. Ancyrano Perrot Exploration n. 131.*

— L. Aelius Septimius Abgarus *vide* Abgarus.

179 Aelius Serenianus in consilio Alexandri Severi imperatoris fuit *vit. Alex. 68, 1.*

180 P. AELIVS SEVERIANVS MAXIMVS, *titulus Bostranus III 91 (1), nom. in t. filii Thracico Archäol. Epigr. Mittheil. aus Oestr. VIII (1884) p. 217 n. 43 (2). — Plena nomina exhibent t. 1. 2.* Severianus *ceterum.* Legatus Aug. pr. pr. (Arabiae), consul designatus *t. 1 consul suffectus sub finem imperii Pii;* legatus Cappadociae a. 161 a Parthis apud Elegiam victus et occisus *Dio 71, 2, Fronto princ. p. 209 N., Lucian. quom. hist. 21. 25. 26, Alex. 27.*

181 P. AEL(IVS) SEVERIANVS MAXIMVS patris cognominis f., *honoratus t. Thracico cf. patrem.*

182 P. Aelius Severinus, vir egregius, praeses (Alpium maritimarum) *V 7880.*

183 Aelius Spectatus, vir egregius, subpraefectus vigilum a. 239 pr. non. Febr., *Eph. ep. 7, 1210.*

184 Q. AELIVS TVBERO, consul a. 743 = 11 a. C. cum Paullo Fabio Maximo. *In consulatu:* Q. Aelius Q. f. Tubero *Dio ind. l. 54,* Q. Aelius Tubero *Frontin. de aq. passim;* Q. Aelius *I p. 210 = X 1935, I 799, Dio 54, 32, Obsq. 72;* Q. Tubero *Mon. Anc. gr. 3, 13, Plin. n. h. 8, 65;* Aelius Tubero *I 800, IX 5289,* Tubero *alibi.* Quinti filius *Dio l. l., filius certe Q. Aelii Tuberonis iuris consulti et scriptoris rerum. Vtrum ad patrem an ad hunc scripserit Dionysius* περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος *(ubi* Q. Tubero *appellatur 1. 55 cf. ad Amaeum 1, 1) non magis diiudicari potest quam uter* Q. Tubero XVvir sacris faciundis a. 737 *act. saec. intellegendus sit.*

185 P. Aelius Valens, procurator et praefectus provinciae Sardiniae a. 248 *in miliariis Sardiniae Eph. ep. 8, 739. 743. 772.*

186 M. Aelius Vitalis, vir perfectissimus, praeses provinciae Sardiniae sub Caro *X 8013,* sub Carino *Eph. ep. 8 757 miliar. Sard.*

187 AELIVS VLPIANVS, legatus provinciae alicuius sub Caracalla *Cod. Iust. 9, 51, 1.*

188 AELIVS XIPHIDIVS, praefectus aerarii sub Valeriano *vit. Aurel. 12 in epistula ficta.*

189 Aelia βασίλισσα, uxor Ti. Iulii Tirani *in t. Latyschev inscript. regni Bosporani n. 29 A.*

190 Aelia Caecilia Philippa ἡ κρατίστη, mater Serii Augurini *IGI 1346 Fidenas.* — Aelius Philippus, *cuius causam Papinianus memorat Digest. 35, 1, 101 pr., potest parentela cum ea coniunctus fuisse.*

191 AELIA CATELLA, femina genere ac divitiis excellens octogenaria coram Nerone circa a. 60 saltavit *Dio 61, 19, filia fortasse Sex. Aelii Cati.*

192 AELIA FLAVIA DRVSIANA, M. Flavii Drusiani filia, clarissima femina *VI 1414.*

193 Aelia Flavia Egnat[ia] Capitolina, Aelii Iulii Pro[culi] Eubuliani uxor *t. repertus Nysae in Caria Athenische Mittheilungen 1893 p. 334.*

194 Aelia Galla, uxor Postumi cuiusdam *Propert. 4, 12 (plena nomina v. 38), cf.* C. Propertius Postumus.

195 AELIA LICINIA PETILIA, M. Licini Petili Aia.... clarissimae memoriae viri filia *V 871.*

196 AELIA OPTATA, clarissima femina, M. Aurelii Fortunati viri egregii uxor *VIII 2665.*

197 AELIA PAETINA e familia Tuberonum *Tac. a. 12, 1* consulari patre *Suet. Claud. 26,* post Plautiam Vrgulanillam uxor Claudii, cum qua ex levibus offensis divortium fecit *Suet. l. l.* Antonia filia eorum *Suet. Claud. 27. Tac. a. 12, 2, Ioseph. ant. 20, 8, 1 (ubi falso prima uxor dicitur).* Messalina occisa matrimonium Claudii rursus petebat et a Narcisso fovebatur *Tac. a. 12, 1–2, Suet. Claud. 26.*

198 AELIA PITHIAS, ἡ κρατίστη ὑπατική Ti. Claudii Hermiae uxor *t. Ephesinus Herm. IV p. 194 = Greek inscr. in the British Mus. III p. 200 n. 562, memoratur in fragmento inedito t. Rhodii quem vide in* Tiberio Claudio Draconte *filio ut videtur eius.*

198a AELIA PLATONIS, Claudii Agrippini viri clarissimi (συγκλητικοῦ) uxor *inscript. Lyciae Reisen im südwestlichen Kleinasien p. 113, XVIII et p. 182 n. 233 E.*

199 AELIA PROSPERA, clarissima femina, uxor C. Pomponii Magni *VIII 2748.*

200 Aelia Romana, Q. Axii Aeliani uxor *III 1423.*

201 AEL(IA) SATVRNINA, clarissima femina, Antonii Tauri uxor *III S. 8712.*

— Aeria Aelia Theodora.

— Aurelius Aelix.

— HERENNIA HELVIDIA AEMILIANA.

202 AEMILIANVS *dicitur* consul a. 227 collega (M. Nummii) Albini *cod. Iust. 2, 4, 5; 9, 6, 4 qui alibi semper* M. Laelius Maximus.

203 AEMILIANVS consul a. 259 cum Basso *fasti.*

204 AEMILIANVS consul a. 276 cum imperatore M. Claudio Tacito *fasti.*

205 Aemilianus dux sub Gallieno in Aegypto sumpsit imperium *vit. Gall. 4, 1; 5, 6; 9, 1, trig. tyr. 22. Vict. Ep. 32;* a Theodoto duce Gallieni victus et interfectus *vit. Gall. 4, 2, trig. tyr. 22; 26, 4.*

206 Aemilianus iudex *Prudent. peristeph. 6, 34.*

207 Aemilianus, rhetor Graecus aetate Senecae rhetoris *Senec. contr. 10, 5, 25. Potest idem esse* Aemilianus rhetor, Epithersis filius, aetate fere Tiberii *Plut. de def. orac. 17.*

— Aelius Aemilianus.

— ASELLIVS AEMILIANVS.

— BARBIVS FVLVIVS AEMILIANVS.

— CAECILIVS AEMILIANVS.
— Casperius Aemilianus.
— L. CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS NATALIS AEM[I]-LIANVS.
— C(ORNELIVS?) AEMILIANVS CALPVRNIVS RVFILIANVS.
— (Corvinius) Aemilianus.
— FVLVIVS AEMILIANVS.
— L. FVLVIVS GAVIVS N[VMISIVS] ... AEMILIANVS.
— L. FVLVIVS GAVIVS NVMISIVS PETRONIVS AEMILIANVS.
— L. FVLVIVS RVSTICVS AEMILIANVS.
— GEMINIVS TVTICIVS AEMILIANVS.
— IASDIVS AEMILIANVS HONORATIANVS.
— M. LICINIVS QVINTIANVS AEMILIANVS.
— MINVCIVS HONORATVS MARCELLVS AEMILIANVS.
— NVMMIVS AEMILIANVS DEXTER.
— GN. PAPIRIVS AELIANVS AEMIL[IANVS] TVSCILLVS.
— L. Sammius Aemilianus?
— Sicinius Aemilianus.
— L. STEIVS AEMILIANVS.
— STRABO AEMILIANVS.

208 AEMILIVS .... proconsul (Asiae) *CIG 3211 Smyrnaeus aetatis incertae.*

209 Aemilius, primipilaris equitibus praefuit in expeditione Germanici a. 16 *Tac. a. 2, 11. Idem videtur* Aemilius e militaribus viris *Tac. a. 4, 12, ubi ex contextu apparet tribunum praetorianorum significatum esse. Probabiliter ergo ad hunc refertur t. Campanus X 3881 positus a liberto* Paullo Aemilio D. f., primo pilo bis, praefecto equitum, tribuno chort. IIII praetor.

210 C. Aemilius(?), medicus Augusti ante (Antonium) Musam *Plin. n. h. 19, 128.* (Cameli *pro* C. Aemilii *libri*).

211 M. AEMILIVS ..... *memoratur in fragmento partis aversae basis, quae dedicata est imperatori T. Aelio Antonino a. 138 VI 998. Ex contextu sequitur M. Aemilium a. 138 curatorem operum publicorum fuisse. At fragmentum haud satis firma auctoritate nititur traditum per Gruterum ex schedis Vrsini.*

212 Aemilius Aelianus, Cordubensis reus factus apud Augustum *Suet. Aug. 51.*

213 IMP. CAESAR M. AEMILIVS AEMILIANVS AVG. *Miliarii Sardiniae X 8011 (1) Moesiae superioris III S. 8270 (2) Africae VIII 10402 (3); incertum est, num ad eum adhuc privatum pertineat fistula plumbea aquaria prope Romam reperta Bullett. comunale 1881 p. 10. Nummi apud Eckhel VII 371 sqq., Cohen V² 278 sqq., Alexandrini Sallet Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 70 seq.*

Imp. Caesar M. Aemilius Aemilianus pius felix invictus Aug. *tituli*, Imp. M. Aemilius Aemilianus p. f. Aug. *sive* Imp. Caes.

Aemilianus p. f. Aug. *in nummis;* Aemilius Aemilianus *Vict. Caes. 31, ceterum* Aemilianus *apud scriptores.*

Origine Maurus *Vict. epit. 31, 1, Zonar. 12, 21,* obscurissime natus *Eutrop. 9, 5.* Consul *t. 2, suffectus a. incerto, si quidem consulatum ante imperium obtinuerit.* Ab imperatore Treboniano Gallo Moesiae *(sic Zonar. l. l., Ioannes Antioch. fr. 150 M. IV cf. Iordan. Getic. 105;* Pannoniae *Zosimus 1, 28)* praepositus postquam anno 253 Gothos devicit, a militibus imperator factus sumpsit imperium et cum exercitu in Italiam contendit. Imperatoribus Treboniano et Volusiano, qui contra eum profecti erant, apud Interamnam occisis Aemilianus ab utroque exercitu et a senatu imperator agnitus est *Vict. Caes. 31 epitom. 31, Eutrop. 9, 5 = Oros. 7, 21, Zonar. 10, 22, Zosim. 1, 28, Dio cont. fr. 2.* Contra Valerianum, qui ex Raetia exercitum duxerat, profectus apud Spoletum autumno a. 253 occisus est (morbo absumptus *solus Vict. Caes.*). Vixit quadraginta *(Zonar.) vel* quadraginta septem *(Vict. epit.)* annos, regnavit tres fere menses *inde a mense Iulio circiter usque ad Septembrem a. 253* = dies LXXXVIII *Chronograph. p. 148,* tertio mense extinctus *Eutrop. 9, 6 = Hieronym. chr. 2270 = Oros. 7, 21 = Iordan. Rom. 286,* tres menses *Vict. Caes. 31, 3,* quattuor menses *Vict. epit. 31, 2,* οὕτω τέσσαρας μῆνας *Zonar. 12, 22,* τετάρτῳ μηνί *Ioann. Antioch. fr. 150. — Vxor creditur* C. Cornelia Supera *tantum ex nummis cognita.*

— M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS.

214 M. Aemilius Alcimus, amicus L. Aurelii Galli cos., *cui posuit t. urb. VI 1356.*

— P. Iul(ius) Aemilius Aquila.

215 L. AEMILIVS ARCANVS. *Titulus eius Narbonensis XII 4354.* — L. f., tribu Pap., *origine Narbonensis,* tribunus militum leg. XI *(sic)* Geminae et tribunus militum leg. I Minerviae, item tribunus militum leg. II Augustae, adlectus in amplissimum ordinem ab imp. Caesare Hadriano Aug., sevir equitum Romanorum, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor designatus *obiit.* — Curio; omnibus honoribus in colonia sua functus *tit.* — Arcanus 'quem pulcherrima iam redire Narbo — — ad leges iubet annuosque fasces' *amicus Martialis Martial. 8, 72, 3 certe cum hoc necessitudine coniunctus fuit, fortasse pater.*

216 Aemilius Asper, grammaticus saeculi incerti aetatis imperatoriae; *diversas sententias virorum doctorum dissentientium de aetate recensuit Laemmerhirt commentationes philolog. Ienens. IV (1890) p. 401 seq., proferens et ipse non minus incertam quam reliqui.* Scripsit post Cornutum, quem refellit *schol. Veronens. Aen. III 691.* Confecit commentarium in Terentium, *qui citatur passim apud Donatum, Rufin. Gramm. Lat. VI 555, 1;* commentarium in Sallustium *Charis. ibd. I 196, 23; 209, 1; 215, 6; 216, 28, Pomp. ibd. V 273, 12, Hieronym.*

adv. Rufin. 1, 16, Lydus de mag. 3, 8; commentarium in Vergilium, *cuius reliquias tractavit Ribbeck prolegomena p. 128 seq. Cf. Teuffel-Schwabe Röm. Literaturgesch. p. 811.*

217 C. AEMILIVS BERE[NI]CIANVS MAXIM[VS], Xvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius leg. IIII Scythicae item VII Geminae iterato tribunatu, quaestor urbanus, adlectus inter tribunicios a divo Magno Antonino, praetor supremarum, legatus pro pr. provinciae Asiae, proconsul provinciae Narbonensis, consul *(suffectus anno incerto).* VIIvir epulonum *XII 3163 Nemausensis.*

218 Aemil(ius) Carus tr[ib.] .... *III 3223 Bassianensis mutilus.*

219 L. AEMILIVS CARVS. *Tituli: positus est ei ante legationem Dacicam urbanus VI 1333 (1), ipse posuit legatus leg. Agrippinensem Brambach inscript. Rhen. 334 (2), legatus Daciarum Dacicos III 1153 (3). 1415 (4). III S. 7771 (5). Referri potest ad eum fragmentum Brambach 299, ubi nihil superest nisi* L. Carus.

L. Aemilius Carus (Karus *t. 1) t. 1. 2. 3. 4. 5,* L. f., tribu Cam. *t. 1.* Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum leg. VIII Augustae, tribunus militum leg. VIIII Hispanae, quaestor Augusti, tribunus plebis, praetor, legatus leg. XXX Vlpiae Victricis *t. 1. Ad hanc legationem pertinet t. 2 ubi dicitur* leg. Aug. *nude.* Curator viae Flaminiae, legatus Aug. pr. pr. provinciae Arabiae, consul (suff.), legatus Aug. pr. pr. censitor provinciae Lugdunensis, legatus Aug. pr. pr. provinciae Cappadociae *t. 1,* legatus Aug. pr. pr. III Daciarum *t. 3. 4. 5. — Legatum Cappadociae fuisse sub Pio probabiliter conicit Borghesi opp. IV 159; legatus consularis III Daciarum certe non fuit ante Marcum.*

— CN. PINARIVS AEMILIVS CICATRICVLA POMPEIVS LONGINVS.

220 M. Aemilius Clodianus, egregius vir, procurator Augustorum *(Antonini et Getae ut videtur)* patrimonii regionis Leptiminensis, item privatae regionis Tripolitanae *VIII S. 16542. 16543 Thevestini.*

221 M. Aemilius Crescens, praefectus classis Germanicae p. f., pater Aemilii Macrini *Brambach inscript. Rhenan. 355.*

222 L. Aemilius Decius Andromachus, procurator Augusti *CIG 2218.*

223 Aemilius Dexter magistratus *Paulus Digest. 26, 7, 53. Potest esse municipalis, cum agatur de tutoribus datis.*

224 Aemilius Equester, ad quem divus Pius rescripsit *Vlpianus Digest. 36, 4, 1, 3.*

225 M. AEMIL(IVS) FLAVIVS IVLIANVS LATINIANVS, M. f., clarissimus vir, patronus Reginorum Iuliensium, *honoratus ab iis t. Regino Eph. ep. 8, 246.*

226 L. AEMILIVS FRON[T...], a. d. .... k. Ian. ...... cino(?) L. Aemilio Fron ...... [cos] *dipl. mil. in Bavaria a. 1888 repertum III S. LXXIX praenomen* L. *(non* D.) *recognovit Mommsen. Consul suffectus post a. 146.*

227 L. AEM[ILIVS] FRON[T.....] .. filius, tribu Quirina, legatus Aug. pr. pr. provinciae Lugdunensis, cos. *(suff. anno incerto) t. Lugdu-*

nensis Revue épigraphique du midi de la France I p. 26 n. 36. Potest idem esse qui praecedit.

228 AEMILIVS FRONTINIANVS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Aug. Palatinae aetate Commodi *VI 2010 a 29.*

229 AEMILIVS FRONTINVS, proconsul Asiae *(intra annos fere 170/190) Apollonius apud Eusebium hist. eccl. 5, 18, 9.*

230 AEMILIVS FRONTO, clarissimus vir. Ex sententia eius, postea deinde Arrii Antonini cl. v. rei p. Tif(erni) Tib(erini) pecuniam numeratam esse *memoratur in t. ibd. reperto quem descripsit Bormann (Grut. 494, 5). Iuridicus fuisse videtur.*

231 L. AEMILIVS HONORATVS. *Tituli Nemausenses: XII 3164 (1) integer, 3165 (2) fragmentum t. gemelli; ad eundem pertinere videntur frustula t. Nemausensis XII 5896.*

M. f., tribu Volt., IIIvir capitalis, quaestor pr. pr. provinciae Ponti et Bithyniae, legatus *(proconsulis)* eiusdem provinciae, aedilis plebis, praetor, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto, proconsul provinciae Cretae et Cyrenarum; hic hos honores beneficio optimi principis maturius quam per annos permitti solet, gessit. — Sacerdos fetialis *t. 1.* — Optimus princeps *num intellegatur Traianus incertum est.*

232 Aemilius Iucundus, praefectus alae equitum Romanorum *Ioseph. bell. 2, 19, 7. Incertum num idem sit* Iucundus praefectus alae *ibd. 2, 14, 5.*

233 AEMILIVS IVNCVS, proconsul Asiae *memoratur in t. graeco Thyatireno Bulletin de corr. hell. XI (1887) p. 99. Cogitari potest de L. Aemilio Iunco vel de Aemilio Iunco aetatis Commodianae.*

234 AEMILIVS IVNCVS (iunctus *libri*). Coniuratione Paterni detecta *(a. 183)* in exilium acti sunt Aemilius Iuncus et Atilius Severus consules *vit. Comm. 4, 11. Vnde in summa biographorum neglegentia non certe concluditur Iuncum tunc consulem fuisse.*

235 L. AEMILIVS IVNCVS, consul (suff.) a. 127 cum Sex. Iulio Severo. *Tituli: honoratur Attico CIA III 622 (1) quem publice posuerunt Tripolitani Phoenices legato, memoratur in Spartano CIG 1346 (2). — In consulatu* = L. Aemilius Iuncus *III dipl. mil. = Eph. ep. 4 p. 181,* Aemilius Iuncus *Digest. 40, 5, 28, 4,* nuper consule Iunco *Iuvenal. 15, 27,* senatus consultum Iuncianum *Digest. 40, 5, 51, 8.* — Aemilius Iuncus *t. 1. 2.*

Origine Tripolitanus *t. 1.* Legatus Aug. pr. pr. *t. 1* ὁ δικαιοδότης *t. 2; quod cum Borghesi opp. V 70 interpretatus esset legatum proconsulis Achaiae, Dittenberger Eph. ep. I p. 247 sqq. demonstrare studuit legatum missum ad corrigendum statum civitatium liberarum Achaiae significari. Contra dixit Mommsen Staatsrecht II³ 858 adn. 2 et monuit fieri potuisse, ut per id temporis, cum Iuncus legatione fungeretur, Achaia esset provincia principalis. In re incerta certum*

est Iuncum legati praetorii munere in Achaia functum esse. Consul a. d. V id. Octobr. a. 127 *v. supra.*

Potest idem esse L. Aemilius Iuncus *in fistula aquaria urbana Lanciani syll. aquar. 567; fortasse ad hunc spectant tegulae urbanae* ex figlinis Iuncianis a. 123 *XV 257 et fragmentum tituli CIA III 622a.*

236 Q. Aemilius Laetus. *Plena nomina extant vit. Comm. 17, 1,* Aemilius Laetus *Dio 72, 19,* Laetus *alibi.* — Praefectus praetorio sub Commodo *vit. Pertin. 4, 5, Dio 72, 19, Herodian. 1, 16, 5,* sub Pertinace *vit. Pertin. 10, 8; 11, 7* (praefectus *nude passim.*). Cum Commodo gladiatoris habitu pugnavit *Dio 72, 19;* eum prohibuit, ne urbem incenderet *vit. Comm. 15, 7.* Sub finem a. 192 cum Marcia in Commodum coniuravit et eum interfecit d. 31 mens. Decembris *vit. Comm. 17, Pertin. 5, 1, Dio 72, 22 (Zonar. 12, 5), Herodian. 1, 16, 1—1, 17,* et detulit regnum Pertinaci *vit. Pertin. 4, 5–7, Dio 73, 1, Herodian. 2, 1–2;* multa in contumeliam Commodi fecit *Dio 73, 6.* Dein coniuravit in Pertinacem *vit. Pertin. 10, 8 seq.; 11, 7, Dio 73, 8. 9 (Zonar. 12, 6),* quo occiso et ipse a Didio Iuliano interfectus est *vit. Did. 6, 2, Dio 73, 16 (Zonar. 12, 7).* — Laeto suffragante Septimius Severus exercitui Germanico praepositus est *vit. Sev. 4, 4.*

237 T. Aelius Largus, T. f., eques Romanus, procurator Aug. bybliothecarum *XIV 2916 t. Praenestinus.*

238 AEMILIVS LATINIANVS, συγκλητικός, amicus Acilii Glabrionis *(n. 48) CIG 2979.*

239 (AEMILIVS) LEPIDVS *nescio quis publice honoratus t. Attico CIA 574 incertae aetatis.*

240 . . AEMILIVS LEPIDVS inter testes senatus consultorum Mai 23 a. 737 = 17 *acta saecularia.*

241 (C. AEMILIVS) LEPIDVS, *memoratur in titulo liberti VI 6071.*

242 M'. AEMILIVS LEPIDVS, consul a. 11 p. C. cum T. Statilio Tauro. *Memoratur in t. acephalo legati VIII 9247 (1) (ubi traditur* VE *pro* M'.), *in t. praefecti fabrum III 398 = III S. 7089 (2), liberti VI 9359 (3).*

In consulatu: [M'.] [Ae]milius Lepidus *fast. Cap.,* M'. Aemilius *fast. Arvalium,* M. *(sic)* Aemilius Lepidus *fast. min. XIV = X 6639, Dio ind. l. 56; 56, 25;* M'. Aemilius Lepidus *IX 1456, XII 4333, XIV 2302,* M'. Lepidus *I 759, ceterum* Lepidus *fasti.* — *In titulis:* (M'. Aemilius) Lepidus *t. 3.* M'. Lepidus *t. 1. 2.* — *Apud scriptores praenomen Manii litteris perscriptis uno loco certe traditur Tac. a. 3, 22, ceterum dicitur* Marcus Lepidus *sive* Lepidus. *Locos Taciti qui partim ad hunc partim ad Marcum Lepidum consulem a. 6 p. C. pertinent, recte distinxit Borghesi opp. V 287 sqq. Fundamentum certum distinctionis praebent verba Taciti ann. 3, 32 quae ad Marcum, et ann. 3, 35; 4, 56 quae ad Manium non possunt non referri, deinde a. 6, 27 coll. cum a. 4, 29.*

Q. f. *fasti Cap. Dio ind. l. 56,* M. n. *fasti Cap. filius scilicet Q. Lepidi consulis a. 733 = 21, nepos M. Lepidi triumviri.* Consul a. 11 p. C. *fasti.* Anno 20 Pisoni reo patronus adfuit *Tac. a. 3, 11* et in senatu Lepidam sororem defendit *ibd. 3, 22.* A. 21 proconsulatu Africae Iunio Blaeso cessit *ibd. 3, 35* et causam Clutorii Prisci in senatu egit *ibd. 3, 50.* A. 26 proconsul Asiae *ibd. 4, 56 t. 1. 2.* A. 33 obiit *ibd. 6, 27.* — Augur *t. 2.* — Gravis et sapiens vir; nam pleraque ab saevis adulationibus aliorum in melius flexit, neque tamen temperamenti egebat, cum aequabili auctoritate et gratia apud Tiberium viguerit *ibd. 4, 20 cf. 6, 27.* Augustus eum capacem imperii, sed abnuentem dixerat *ibd. 1, 13.* Neronis (filii Germanici) praeceptor *Seneca contr. 2, 3, 23;* egregius vir *ibd. 9 praef. 5.* — Liberi, nubilis filia *sub. a. 21 memorantur Tac. a. 3, 35.* — *Nominatur praeterea Tac. a. 6, 5, Seneca contr. 10 praef. 3.*

243 (M. AEMILIVS) LEPIDVS *nescio quis memoratur in titulis libertorum VI 8602. 11056. 11092.*

244 M. AEMILIVS LEPIDVS, patronus Vxamensium *II 2820 Vxamensis; incertum ad triumvirum an ad posteriorem M. Lepidum pertineat.*

245 M. (AEMILIVS) LEPIDVS *nescio quis memoratur X 6774 ex Pontia insula; traditur* Pontio Nigrino c[os.?] (*a* 37) M. Lepidus. *omnino incertum est, num in eadem inscriptione duo homines nominati fuerint.*

246 M. AEMILIVS LEPIDVS, M. f. Q. n., cos. I a. 708 = 46, cos. II a. 712 = 42, IIIvir rei publicae constituendae a. 711—718 = 43—36, a. 718 = 36 a Caesare magistratu exutus vitam et pontificatum maximum retinuit *cf. Drumann I p. 12 sqq.* Mortuus est sub finem a. 741 = 13 *Dio 54, 27* vel ineunte a. 742 *cf. Monument. Ancyr. 2, 23 et adn. Mommseni p. 45.*

Constat eum uxorem habuisse inde ab anno fere 704 = 50 Iuniam M. Bruti sororem Velleius 2, 88, Appian. b. c. 4, 50 cf. Cic. ad Att. 6, 1, 25; 14, 8, 1; nam M. Lepidus Lepidi ex Iunia filius qui a. 724 = 30, occisus est, 'iuvenis' *interiit matre superstite. Dubitatur de Cornelia, quam uxorem eius a. 702 = 52 fuisse memorat Ascon. in Milonianam p. 38 KS.* 'cuius castitas pro exemplo habita est'. *Vnde sequitur Marcum filium, qui ex praenomine natu maximus creditur, non ante a. 704 natum esse potuisse, ita ut a. 717 Lepidus pater et Antonius de nuptiis conficiendis Marci et Antoniae non possent agitare. Errasse autem Asconium in nomine Corneliae haud facile posuerim. Immo veri similius est Q. Lepidum consulem a. 733 = 21 filium maiorem ex Cornelia genitum fuisse, veluti filiorum M. Lepidi consulis a. 676 = 78 maior natu non Marcus, sed L. Paullus fuisse videtur. Quintum ergo potius quam Marcum generum Antonio destinatum crediderim.* — 'Liberos' *Lepidi a. 711 = 43 memorat Cicero Philipp. 13, 8.*

247 M. (AEMILIVS) LEPIDVS, Lepidi eius, qui triumvir fuerat rei publi-

cae constituendae, filius Iunia Bruti sorore natus *Velleius 2, 88, 1;* a. 724 = 30 iuvenis contra Caesarem coniuravit eo consilio, ut eum, cum in urbem revertisset, interficeret, sed a Maecenate oppressus Actium missus ibique interfectus est *Velleius l. l., Liv. perioch. 133, Appian. b. c. 4, 50, Dio 59, 15. Coniurationem paucis attingunt Seneca de clement. 1, 9, 6, brevit. vit. 4, 5, Suet. Aug. 19, Rutilius Numatian. 1, 303.* — Servilia uxor *Velleius l. l.*

A. 710 = 44 M. Antonius filiam filio M. Lepidi despondit *Dio 44, 53;* a. 717 = 37 Antonius ad Lepidum collegam Calliam libertum misit de nuptiis conficiendis acturum *Appian. b. c. 5, 93, unde eas nuptias re vera confectas esse nequaquam licet concludere. Haec quae nomine filii omisso traduntur, referri solent ad M. Lepidum a. 30 occisum: at vide in patre.*

248 M. AEMILIVS LEPIDVS, consul a. 6 p. C. cum L. Arruntio. *Nummus Cotiaei Phrygiae in parte adversa cum capite Tiberii et inscriptione* Τιβέριος Σεβαστός, *in parte aversa* ἐπὶ Μάρκ(ου) Λεπίδου [Κοτια]έων *Waddington Fastes p. 112; alterum exemplum minus integrum (quod nunc est in museo Berolinensi) descripsit Mionnet IV 271 n. 441. Nummus novicius, quem edidit Borghesi opp. II 327, huc non pertinet cf. Waddington l. l. — Memoratur in titulo liberti VI 9449.*

In consulatu: M. Aemilius Lepidus *fast. Cap. (cf. Eph. ep. 3 p. 11), fast. min. XIII* (*ubi* Aimilius), *II 3695, Dio ind. l. 55; 55, 25:* M. Lepidus *fast. min. XII, Monument. Ancyran. 3, 25, I 752. 753. 754. 755, VI 14844 Cassiodor.; ceterum* Lepidus *fasti.* — Aemilius Lepidus *Tac. a. 2, 48,* M. Lepidus *ibd. 3, 32; 3, 72, Velleius 2, 114, Dio 56, 12,* Lepidus *alibi. — De locis Taciteis inter hunc et M'. Lepidum distribuendis vide in Manio n. 242. Nomen eius probabiliter apud Velleium 2, 125, 5 inseruit Madvig, ubi nomen lacuna periit.* — M. Lepidus *nummus, titulus.*

Paulli f. L. n. *fast. Cap.,* L. f. *Dio ind. l. 55; filius ergo Paulli Aemilii Lepidi sive L. Aemilii Paulli consulis a. 720 = 34 et Corneliae* = 'Lepidus filius' *Propert. 5, 11, 63, nepos L. Aemilii Paulli consulis a. 704 = 50.* — Consul a. 6 p. C. *fasti.* Autumno a. 8 cum Tiberius Pannoniis subactis exercitum in hiberna reduxisset, omnibus copiis a Caesare praefectus est *Velleius 2, 114, 5;* propter res contra Dalmatas a. 9 gestas ornamenta triumphalia meruit *id. 115, Dio 56, 12.* A. 14 cum Hispanias exercitumque in iis cum imperio obtineret, in summa pace et quiete continuit *Velleius 2, 125, 5.* A. 17 bona Aemiliae Musae accepit *Tac. a. 2, 48.* A. 21 proconsul in Asiam missus *Tac. a. 3, 32, nummus.* A. 22 basilicam Paulli, avitum decus, restituit *Tac. a. 3, 72. A. 36 vel paulo ante mortuum esse sequitur ex Tac. a. 6, 40.* — Aemilia Lepida filia *ibd.*

249 M. AEMILIVS LEPIDVS (Aemilius Lepidus *Suet. Calig. 24,* M. Lepidus *sive* Lepidus *alibi*) imperatori Gaio commercio mutui stupri con-

iunctus *Suet. Calig. 36, Dio 59, 11. 22;* maritus Drusillae sororis Gai, cui defunctae (a. 38) laudationem funebrem habuit *Dio 59, 11;* ei quinquennio ante quam per leges liceret, magistratus petere Gaius permiserat et successionem imperii promiserat *Dio 59, 22.* Coniuravit cum Lentulo Gaetulico contra Gaium *Suet. Claud. 9;* Gai iussu a Dextro tribuno occisus a. 39 *Dio 59, 22, Seneca ep. 4, 7, Ioseph. ant. 19, 1, 3.* Insimulatus est a Gaio cum Agrippina et Livilla sororibus stuprum commisisse *Suet. Cal. 24, Dio 59, 22;* Agrippina puellaribus annis stuprum cum M. Lepido spe dominationis admiserat *Tac. a. 14, 2; huc spectat Rutilius Numatianus 1, 303:* 'quartus *(scil. Lepidorum)* Caesareo dum vult inrepere regno, incesti poenam solvit adulterii.' — Avillii Flacci res apud Gaium iuvare studuit, sed desiit a Gaio vehementer vituperatus *Philo in Flaccum p. 539. 543.*

250 PAVLLVS AEMILIVS LEPIDVS, consul (suff.) a. 720 = 34 cum C. Memmio. *Nummi cum inscriptione* Paullus Lepidus, Libo *cusi circa a. 700 = 54 Mommsen Römisches Münzwesen p. 632; ad hunc pertinere videtur t. CIA III 573* ὁ δῆμος Παῦλλον Αἰμίλιον Λευκίου ὑὸν Λέπιδον ἀνθύπατον αὔγουρα.

In consulatu: Paul. Aemilius *fast. min. VI.* — ... milius L. f. M. n. Lepidus ... *f. Cap. ad a. 732.* — Paullus Lepidus *nummi,* Paullus Aemilius Lepidus *t.* — Paulus Aemilius Lepidus *Dio 54, 2, 1,* Aemilius Lepidus Paulus *id. 49, 42, 2,* Aemilius *id. 54, 24, 3,* Aemilius Paulus *Suet. Aug. 16,* Lepidus *Appian. b. c. 5, 2,* Paul(l)us *alibi.* — *Filiorum unus L. Aemilius Paullus cos. a. 1 p. C. dicitur* Luci f. *Dio ind. l. 55* Paulli f. *in t. CIA III 590, item alter M. Aemilius Lepidus cos. a. 6 p. C.* Paulli f. *in fastis Cap.,* Luci f. *Dio l. l. Cum et pater consul a. 704 = 50 et filius maior nusquam non Paulli cognomine usi sint, hic ipse videtur praenomen primarium Lucii, cognomen Paulli habuisse, sed more hominum nobilium illius aetatis coepisse in locum praenominis vulgaris cognomen substituere.*

L. f., M. n. *fast. Cap., filius scilicet L. Aemilii Paulli consulis a. 704 = 50 (cf. Suet. Aug. 16), nepos M. Aemilii Lepidi consulis a. 676 = 78: Triumvir monetalis circa a. 700 = 54 videtur ex nummis cf. Mommsen p. 633 adn. 484.* Proscriptus a triumviris *Dio 54, 2;* dux partium Bruti et Cassii Cretam in potestatem redegit *Appian. b. c. 5, 2;* ad partes Caesaris transgressus comes eius in expeditione contra Sex. Pompeium a. 716 = 38 *Suet. Aug. 16;* consul suff. a. 720 = 34 *v. supra* basilicam Paulli patris dedicavit *Dio 49, 42* quam postea incensam a. 740 = 14 restituit *Dio 54, 24. Proconsulatus cuius meminit titulus, ceterum ignotus est.* Censor a. 732 = 22 cum L. Munatio Planco *fast. Cap., Dio 54, 2, Velleius 2, 95, Sueton. Aug. 64, Claud. 16, Propertius 5, 11, 67.* — Augur *tit.* — Vxorem habuit Corneliam P. Cornelii Scipionis et Scriboniae filiam, quam amisit a. 738 = 16; de cuius morte scripsit Propertius ad maritum *elegiam 5, 11.* Tres liberi

ibi memorantur: (L. Aemilius) Paullus et (M. Aemilius) Lepidus *v. 63*, filia *v. 65*. *Postea uxorem duxisse Marcellam iuniorem coniecit Mommsen C. VI p. 909.*

251 Q. AEMILIVS LEPIDVS, repentina morte obiit *Plin. n. h. 7, 181 ex Verrio (Flacco); incertum cuius aetatis.*

252 Q. (AEMILIVS) LEPIDVS *nescio quis memoratur in titulo servi VI 22961, in tegulis Campanis X 8042, 66.*

253 Q. AEMILIVS LEPIDVS. *Titulus Halicarnassicus Lebas-Waddington 506:* ὁ δῆμος ἐτείμησεν Κό[ιντον] [Αἰ]μίλιον Λέπιδον α[ὐτοῦ] εὐεργέτην καὶ [π]ά[τρωνα] ἀπὸ προγόνων γεγον[ότα], *Probabiliter ex posteris fuit proconsulis Asiae sive M. Lepidi sive M'. Lepidi.*

254 Q. AEMILIVS LEPIDVS, consul a. 733 = 21 a. C. cum M. Lollio. *In consulatu:* Q. Aemilius Lepidus *f. min. IV*, Q. Lepidus *f. min. V, Dio ind. l. 54; 54, 6, Cassiodor., ceterum* Lepidus *fasti. In inscriptione pontis Fabricii VI 1305 d = I 600 verba:* Q. Lepidus M'. f. M. Lollius M. f. cos. *novicia sunt cf. I p. 559. Filius M. Lepidi triumviri fuisse videtur, praesertim cum M. Lepidus consul a. 11 p. C. Quinti filius Marci nepos dicatur. Ceterum vide in patre. — Idem est* Q. Lepidus XVvir sacris faciundis a. 737 = 17 *acta saecularia 150. — Vxorem habuisse videtur Corneliam Fausti Cornelii Sullae et Pompeiae filiam cf. Aemilia Lepida n. 293. Liberi: M'. Aemilius Lepidus (n. 242) et Aemilia Lepida.*

255 Aemilius Longinus, desertor legionis primae (Germanicae) Dillium Voculam legatum interfecit *Tac. h. 4, 59. 62.*

256 Aemilius Macer, poeta Veronensis in Asia mortuus a. 738 = 16 a. C. *Hieronym. 2001;* amicus Vergilii *Serv. Verg. Ecl. 5, 1,* Ovidii *Ovid. trist. 4, 10, 43,* Tibulli *Tib. 2, 6, 1.* Scripsit Ornithogoniam, Theriaca, de herbis. *Tria carmina attingit Ovidius l. l., iudicia de carminibus Quintil. 10, 1, 56. 87; 12, 11, 27.* Ovidius ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas composuit *id. 6, 3, 96. Fragmenta collegit Bährens Fragm. P. L. p. 344 sqq. —* Auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 9. 10. 11. 17, fortasse hic intellegendus est in ind. l. 19. 21. 22. 28. 29. 32, ubi nominatur* Licinius Macer, *cum in fragmento tertio carminum a Nonio 220, 17* Licinio Macro *tributo eadem confusio certa sit.*

257 Aemilius Macer, iuris consultus scripsit de re militari l. II, publicorum iudiciorum l. II, de officio praesidis l. II, ad legem vicensimae hereditatium l. II, de appellationibus l. II *index Digestorum et passim in Dig. Scripsit post Septimium Severum,* imperator noster Alexander, libro secundo de appellationibus *Digest. 49, 13, 1 = Lenel fr. 14. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia I 561 sqq.*

258 M. AEMILIVS MACER DINARCHVS, M. Aemilii Macri (Saturnini cos. a. 174) filius *VIII 2730. 4228.*

259 M. AEMILIVS MACER FAVSTINIANVS, vir clarissimus anno 216 *dedicavit titulum Tusculanum XIV 2596.*

260 M. AEMILIVS MACER SATVRNINVS. *Tituli Lambaesitani VIII 2546 (1). 2654 (2), Verecundenses 4209 (3). 4210 (4), Mauretaniae Caes. Eph. ep. 5, 1043 (5); 690 = corr. 7, 747 (6), nominatur in t. filiorum VIII 2730 (7). 2731 (8). 4228 (9). 4229 (10).*

Nomina plena extant sive certe restituta sunt t. 1. 2. 3. 4. 6, M. Aemilius Macer *t. 5. 7–10,* clarissimus vir *t. 5. 9. 10,* legatus Aug. pr. pr. (Numidiae) *t. 1–10* a. 172 *t. 3* usque ad annum 174 *t. 2. 5. 6,* consul designatus a. 174 *t. 2,* consul a. 174 *t. 6.* — Patronus coloniae Thamagudensis *t. 6,* Verecundensium *t. 3.* — Filii: M. Aemilius Macer Saturninus, M. Aemilius Macer Dinarchus.

261 M. AEMILIVS MACER SATVRNINVS, M. Aemilii Macri Saturnini (cos. a. 174) filius *VIII 2731. 4229.*

262 Aemilius Macrinus, filius M. Aemilii Crescentis *Brambach inscript. Rhenan. 355.*

263 L. AEMILIVS NASO FABVLLINVS, L. f. tribu Gal., tribunus laticlavius leg. XX Val. Vict., IIIvir capitalis *XI 4083.*

264 Aemilius Pacensis, tribunus cohortium urbanarum a Galba exauctoratus *Tac. h. 1, 20,* restitutus ab Othone, dux classis Othonianae *ibd. 1, 87; 2, 12,* interfectus *ibd. 3, 73.*

265 Aemilius Papinianus. *Memoratur in t. VI 228. Nomen gentilicium praeter t. exhibent Digest. 12, 1, 40, cod. Iustinian. 1, 17, 1, 6; ceterum* Papinianus. Vir eminentissimus *t.*

Amicissimus imperatori Severo et, ut quidam tradebant, adfinis per secundam uxorem *vit. Carac. 8, 2 id est per Iuliam Domnam; quod si recte traditum est, e Syria oriundus fuisse videtur.* Professus est cum Severo sub (Q. Cervidio) Scaevola et Severo in advocatione fisci successit *ibd. 8, 3 sub Marco, ut ex Septimii Severi cursu honorum apparet.* A libellis imperatoris (Severi ut videtur) *Tryphonian. Digest. 20, 5, 12 pr. cf. Vict. Caes. 20, 33.* Praefectus praetorio sub Severo, *in qua praefectura Fulvio Plautiano occiso anno 205 successisse videtur, Paulus Digest. 12, 1, 40; rescriptum a. 205* sub Maecio Laeto et Aemilio Papiniano pr. pr. vv. em. *t.* Sub idem tempus ut praefectus praetorio in Bullam latronem inquisivit *Dio 76, 10 (Zonar. 12, 10).* A. 208 Severum in Britanniam comitatur *Dio 76, 14 (Zonar. 12, 10);* Severus moribundus ei praecipue utrumque filium commendavit *vit. Sever. 8, 3. Antoninum post mortem patris eum praefectura movisse falso tradunt epitomatores Dionis (Xiphil. 77, 1, Zonar. 12, 10).* Geta occiso a. 212 securi percussus; *variae de morte narratiunculae vit. Carac. 8; 3, 2; 4, 1, Getae 6, 3, Sever. 21, 8, Vict. Caes. 20, 33 seq., Dio 77, 4 (Zonar. 12, 10), Zosim. 1, 9.* — Paulus et Vlpianus adsessores Papiniani *vit. Pescenn. Nigr. 7, 4, Alexandr. 26, 6. — Filius: Aemilius Papinianus qui sequitur.*

Iure consultus celeberrimus *vit. Sever. 21, 8, Victor l. l., Hieronym. ep. 77, 3, cod. Theodos. 1, 4, 3, Iustinian. 1, 17, 1, 6; 5, 41, 14; 6, 25,*

7, 1; 6, 42, 16. 30; 7, 32, 3; 7, 45, 14, Institut. 2, 23, 7, Constitutio Omnem 6; scripsit quaestionum libros XXXVII, responsorum libros XXX, definitionum libros II, de adulteriis libros II et librum singularem, Ἀστυνομικός librum singularem *Ind. Florent. Digest. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia I 803 sqq.*

266 (AEMILIVS PAPINIANVS) filius iure consulti, quaestor a. 212 a Caracalla occisus *vit. Carac. 4, 2.*

— C. IVLIVS PISIBANVS MAXIMVS AEMILIVS PAPVS.

— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS.

267 Aemilius Parthenianus, qui adfectatores tyrannidis iam inde a veteribus historiae tradidit, *citatur vit. Avid. Cass. 5, 1.*

268 L. AEMILIVS PAVLLVS, consul a. 754 = 1 p. C. cum C. Caesare. *Tituli: publice positus Atticus* ὁ δῆμος Λεύκιον Αἰμίλιον [Παῦλλον] Παύλλου υἱόν *CIA III 590 (1); fortasse ad eundem spectat fragmentum Deliacum* .... [Αἰ]μίλιον Παῦλ[λον] [Παύλ]λου υἱὸν Λέπ[ιδον] *Bulletin de corresp. hell. III p. 153 (2). Memoratur in t. libertorum VI 4499 (3). 4450 (4).*

In consulatu: [C. Caesar ....] Paullus *fast. Cap. (cf. Eph. ep. 3 p. 10),* L. Aemilius Paulus *Dio ind. l. 55,* L. Paullus *VI 5531. 6794. 7398. 10395, X 891. 1582,* Paul(l)us *alibi.* — L. Aemilius Paullus *t. 1,* (L. Aemilius) Paullus *t. 3. 4* .. Aemilius Paullus Lepidus *t. 2 ut videtur, qui si recte suppletus atque relatus sit, vera nomina non accurate exhibet.* — L. Paulus *Suetonius,* Aemilius Paulus *scholiasta Iuvenal.,* Paullus *Propertius.*

L. f. *Dio ind. l. 55, filius scilicet* Paulli Aemilii Lepidi *sive* L. Aemilii Paulli consulis a. 720 et Corneliae *Propert. 5, 11, 63.* Consul a. 754 = 1 p. C. *fasti.* Progener Augusti, maritus Iuliae neptis Augusti *Suet. Aug. 19. 64,* in Augustum coniuravit *ibd. 19; scholiastae Iuvenal. 6, 158 adnotantis* 'Iuliam neptem Augusti significat, quae nupta Aemilio Paulo, cum is maiestatis crimine perisset, ab avo relegata est, post revocata cum semet vitiis dedisset, perpetuo exilio damnata est' *confirmatur testimonium titulis 3. 4 libertorum, ubi nomen* Paulli *erasum est, et docet Paullum coniurationem iniisse aliquanto ante finem regni Augusti. Itaque hic damnatae memoriae non potest esse frater Arvalis, cuius in locum Drusus a. 14 cooptatus est.* — *Filia Aemilia Lepida n. 295.*

269 L. [AEMILIVS] PAVLLVS, frater Arvalis, in cuius locum d. 14 mensis Mai a. 14 Drusus Caesar cooptatus est *acta Arval. Non potest esse consul a. 754 = 1 p. C.*

270 (M. AIMILIVS) PAVLLVS *in titulis libertorum aetatis Augusti VI 4457. 4510. 4695.*

271 Aemilius Pius a Frontone Passieno Rufo commendatus *Fronto ad. am. 1, 8 p. 179 seq. N.*

272 Aemilius Rectus, praefectus Aegypti a. 14 p. C. *Dio 57, 10, 5 (cf. Suet. Tiber. 32) Borghesi opp. IV 438 seq. probabiliter coniecit hunc esse Senecae philosophi avunculum,* qui per sedecim annos *(circa a. fere 754—770 = 1—17 p. C.)* Aegyptum obtinuit et, cum ex provincia decessisset, in navigatione mortuus est *Seneca consolat. ad Helviam 19.*

273 L. Aemilius Rectus, praefectus Aegypti ἔτους β' Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος = *a. 42 in t. Aegyptiaco Bullett. dell' Inst. 1877 p. 52. Filius videtur eius qui praecedit.*

274 PAVLLVS AEMILIVS REGILLVS, Paulli f. tribu Pal., XVvir sacris faciundis, praefectus urbi iure dicundo, quaestor Ti. Caesaris Aug., patronus Saguntinorum *II 3837 Saguntinus. Filius videtur Paulli Aemilii consulis a. 720 = 34, idem* Regillus, *cuius servi memorantur VI 4422. 4447. 4450. 4688.*

275 Aemilius Regulus (Ῥῆγλος), Cordubensis contra Gaium coniuravit *Ioseph. ant. 19, 1, 3.*

276 Aemilius Rufinus, frater Fl(aviae) Mamillae virginis Vestalis maximae a. 242 *VI 2133.*

277 Aemilius Rufus, praefectus equitum sub Domitio Corbulone in Armenia *Frontin. strat. 4, 1, 28.*

278 Aemilius Saturninus (Αἰμίλ[ιος] Σατορνῖλος *papyrus*), epistrategus septem nomorum a. 197 *papyrus Graece scripta edita in Aegyptische Urkunden aus den Königlichen Museen zu Berlin I n. 15; epistula Saturnini ad strategos data est d. 11 mens. Iul. anni quinti nomine imperatoris omisso, sed cum in eadem papyro praecedat epistula a. 194, de quinto anno Severi Aegyptiaco non dubitatur. Idem esse videtur* Aemilius Saturninus praefectus praetorio a Fulvio Plautiano collega interfectus *circa a. 200 Dio 75, 14.*

279 M. AEMILIVS SATVRNINVS, proconsul (Achaiae) *CIG 1074 Megarensis = Lebas-Foucart II 58.*

280 MAMERCVS AEMILIVS SCAVRVS, consul (suff.) a. 21 cum Cn. Tremellio. *In consulatu:* Mam. Aem[ilius Scaurus] *acta Arval. VI 2023 b,* M. Emilius *(sic)* Scaurus *IV 1553.* — Mamercus Aemilius Scaurus *Dio 58, 24,* Mamercus Scaurus *sive* Scaurus *alibi.*

Insignis nobilitate *Tac. a. 6, 29,* M. Scauri *(cos. a. 634)* pronepos *Tac. a. 3, 66* (suboles *Seneca benef. 4, 31, 5*); *filius ergo M. Aemilii Scauri (n. 281), nepos M. Aemilii Scauri aed. cur. a. 696.* Consul (suff. a. 21) *Seneca benef. 4, 31, 3 cf. supra,* consularis a. 22 *Tac. a. 3, 66.* Provinciam nunquam administravit *Dio 58, 24.* — Tiberium in senatu a. 14 offendit, cum de imperio ageretur *Tac. a. 1, 13;* L. Sullam defendit a. 21 *ibd. 3, 31;* a. 22 C. Silanum proconsulem Asiae repetundarum a sociis postulatum accusavit *ibd. 3, 66;* a. 32 maiestatis postulatus est, sed Tiberius distulit causam additis quibusdam in eum tristibus notis *ibd. 6, 9.* Atreus tragoedia quam scripserat iram Tiberii moverat *Dio 58, 24, Tac. a. 6, 29 cf. Suet. Tiber. 61;* iterum accu-

satus a. 32 a Servilio et Cornelio *Tac. a. 6, 29 cf. Seneca contr. 2, 22,* adulterium Liviae, magorum sacra ei obiecta sunt; damnationem morte anteiit *Tac. a. 6, 29, Dio 58, 24.*

Oratorum ea aetate uberrimus *Tac. a. 3, 31;* insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus *ibd. 6, 29;* foedi mores *Seneca benef. 4, 31,* impuritas Scauri *Tertull. de pallio 5.* — Iudicium de indole eloquentiae *Seneca contr. 10 praef. 2—4;* orationes septem edidit *ibd. 3,* non tantum disertissimus homo, sed venustissimus *ibd. 1, 2, 22;* dicta eius *ibd. 1, 2, 22; 2, 1, 39; 9, 5, 17; 10, 1, 4; 10, 2, 19, Seneca epistul. 29, 6; ut homo elegantissimus* Scaurus *nominatur Petron. sat. 77.*

Aemilia Lepida ei nupta fuerat, ex qua filiam genuerat *Tac. a. 3, 23;* dein Sextia uxor, quae incitamentum mortis et particeps fuit *ibd. 6, 29.* Patruus simul ac vitricus L. Sullae *ibd. 3, 31.* In eo Scaurorum familia extincta est *Seneca suas. 2, 22.* — *Memoratur praeterea Tac. a. 6, 30;* Nostus Mam. Scauri l. *VI 23073.*

281 M. (AEMILIVS) SCAVRVS (M. Scaurus *Dio 51, 2,* Scaurus *ceterum*) M. Aemilii Scauri *(aedilis curulis a. 696 = 58)* et Muciae filius *nomine omisso Ascon. in Scaurian. p. 17, 15 KS;* Sex. Pompeium fratrem uterinum in Asia Antonii ducibus prodidit *(a. 719 = 35 a. C.) Appian. b. c. 5, 142,* post pugnam Actiacam neci destinatus propter Muciam matrem vitam obtinuit *Dio 51, 2; 56, 38. Filius: Mamercus Aemilius Scaurus.*

282 Aemilius Severianus, mimographus *II 4092 t. Tarraconensis aetatis incertae.*

283 AEMILIVS SEVERVS CANTABRINVS, consul (suff.) a. d. III idus Aug. *anno incerto saeculi III inter Alexandrum et Philippos ut videtur dipl. mil. Eph. ep. 4 p. 508.*

284 L. Aemilius Sullectinus, praefectus classis Ravennatis *Boissieu inscriptions de Lyon p. 16 n. 13.*

285 Aemilius Sura *aetatis incertae; verba eius* de annis populi Romani *afferuntur in glossatoris veteris additamento apud Velleium 1, 6, 6.*

286 Aemilius Tiro, ad quem divi fratres rescripserunt *Vlpian. Digest. 47, 18, 1.*

— M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus Titus (?) Proculus.

287 P. Aemilius Victor *in fistula plumbea originis incertae Lanciani syll. aq. n. 456.* (Aemilius Victor vir perfectissimus a rationibus Diocletiani *VI 1120).*

288 [Ae]milius Victorinus, A. f., procurator Aug. ad accipiendos census in provincia Gallia Lugdunensi et in provincia Thracia *XIV 4250.*

— MARCIA POSTVMA MESSENIA LVCILLA AEMILIA.

289 PAVLLA AEMILIA *in fragmento bilingui Emporitano II 4623. Cf. Paullus Aemilius Regillus.*

290 AEMILIA CALLISTA, C. f., clarissima femina, coniunx L. Turcii Faesasii Aproniani cos. *IX 2801 Aufidenus.*

291 AEMILIA CLARA, uxor Petronii Didii Severi, mater (M.) Didii Iuliani qui imperavit *vit. Did. Iulian. 1, 2.*

292 AEMILIA CORNELIA SCRIBONIA MAXIMA, C. f., clarissima puella vixit diebus XLV *VI 1334.*

— CALPVRNIA RVFRIA AEMILIA DOMITIA SEVERA.

— IVLIA AEMILIA [G]ALLITTA.

293 (AEMILIA) LEPIDA, soror M'. Aemilii Lepidi *(consulis a. 11 p. C.)*, cui super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant *Tac. a. 3, 22. Filia igitur Q. Lepidi (consulis a. 733 = 21) et Corneliae, filiae Fausti Cornelii Sullae (cf. Drumann II 509) et Pompeiae.* C. Caesari Augusti filio quondam uxor destinata, mox nupta P. Sulpicio Quirinio, dein post repudium ab eo dictum Mamerco Scauro, a. 20 a Quirinio rea facta relegata est *Tac. a. 3, 22–23, Suet. Tiber. 49.*

294 AEMILIA LEPIDA, filia M. Aemilii Lepidi *(consulis a. 6 p. C.)*, iuveni Druso (filio Germanici) quondam nupta, crebris criminibus maritum insectata *(cf. Dio 58, 3)* impunita agebat, dum superfuit pater; post a delatoribus ob servum adulterum correpta anno 36 manus sibi attulit *Tac. a. 6, 40. Ad eam spectat titulus VI 9449 = V 592*:* Pudens M. Lepidi libertus grammaticus. Procurator eram Lepidae moresque regebam; dum vixi, mansit Caesaris illa nurus.

295 AEMILIA LEPIDA, Augusti proneptis, quam Claudius admodum iuvenis sponsam habuit, sed, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit *Suet. Claud. 26. Filia igitur L. Aemilii Paulli consulis a. 754 = 1 p. C. et Iuliae neptis Augusti. Ex verbis Plinii n. h. 7, 58 narrantis* Augustum neptis suae nepotem vidisse genitum quo excessit anno M. Silanum *Mommsen Eph. ep. 1 p. 57 sqq. Lepidam nupsisse M. Iunio Silano consuli a. 19p. C. demonstravit, id quod confirmat titulus servorum* Lepidae M. Silani *VI 27034; eiusdem liberta videtur memorari VI 7617 (ex monumento Iuniorum Silanorum).*

296 (AEMILIA) LEPIDA, uxor Ser. Galbae qui imperavit *Suet. Galb. 5; mortuam esse a. 38 vel paulo post concludere licet ex verbis Suetonii. Potest esse* nubilis filia *M'. Aemilii Lepidi cos. 11 p. C. Tac. 3, 35 (a. 21).*

297 Aemilia Musa, locuples intestata, bona eius (M.) Aemilio Lepido cuius e domo videbatur concessa anno 17 *Tac. a. 2, 48.*

298 AEMILIA PAVLINA ASIATICA *memoratur in fistula plumbea aquaria urbana Bullettino comunale 1887 p. 223 n. 1930 et in fragmento fistulae ibd. p. 283 n. 2007. Feminam nobilem ostendunt nomina.*

— CORNELIA CETHEGILLA AEMILIA PLANCINA.

299 Aemilia Pudentilla, nupta Sicinio Amico, Oeensi, ex quo duos filios Sicinios Pontianum et Pudentem peperit. Marito mortuo a socero coacta tabulas nuptiales cum Sicinio Claro fecit, verum nuptias elusit. Post XIV annos (XIII *c. 27 p. 36, 26 Kr.)* viduitatis Apuleio sophistae

nupsit. *Apuleius apologia 68–73, 74–101; nominatur ibd. 1. 22. 28. 30. 61. 67. 102.*

300 AEMILIA ROGATILLA, clarissima femina, filia sororis Flaviae Publiciae, mater Minucii Honorati Marcelli Aemiliani a. 247 *t. dedicavit urbanum Bullettino comunale 1883 p. 217 n. 617.*

301 AEM(ILIA) RVFILLA, clarissima femina *X 8059, 18 in signaculo.*

301a AEMILIA SEVERA, clarissima femina *in tegulis urbanis saeculi II exeuntis XV 427–433.*

302 ... AEQVA, clarissima femina *XIV 2518 in fragmento Tusculano.*

— L. VITRASIVS AEQVI[TAS].

— Considius Aequus.

— Modius Aequus.

302a Aeria Aelia Theodora, h(onesta) f(emina), soror Vet(urii) Publilii Potiti *VI 1537.*

— M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS.

303 Aesius (Esius *libri*) Proculus, patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem Colosseros dictus, a Gaio iugulatus *Suet. Calig. 35.*

304 AETIVS. Severus imperator factus et Romam ingressus a. 193 filias suas dotatas maritis Probo et Aetio dedit; utrumque generum statim consulem fecit *vit. Sever. 8. Consul igitur suff. sub initium regni Severi, si modo nomen recte traditum sit.*

305 AETHRIA, Isoacmi consularis uxor aetate Valeriani *Hesych. Miles. fr. 1 M. IV.*

306 AETRIVS SEVERVS, praetor sub Severo (intra a. 193 et 198) *Vlpian. Digest. 4, 4, 11, 2.*

307 Afer, homo dives *Martial. 4, 36;* senex ardalio *id. 4, 78;* homo propter paupertatem irrisus *id. 6, 77;* de Libycis gentibus redux *id. 9, 7;* dominus Hylli *id. 9, 25;* homo mulierarius *id. 10, 84;* Afer rigidus, cui nupsit Callistus *id. 10, 84. Omnino diversi homines, partim fortasse ficti, intellegendi sunt, sed certe distingui nequeunt.*

308 (SEPTIMIVS?) AFER, frater patruelis Caracallae a. 212 ab eo occisus *vit. Carac. 3, 6.*

— P. AELIVS HADRIANVS AFER.

— CN. DOMITIVS AFER.

— CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS.

— Etrilius Afer.

— SENECIO MEMMIVS AFER.

— M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS.

— VTTIEDIVS AFER.

309 L. AFINIVS GALLVS, cos. a. 62 cum P. Mario. L. Afinius *tab. cer. Pomp. 114,* Afinius Gallus *VI 16521,* L. Afinius (Asinio *cod.*) *Tac. a. 14, 48,* Afinius (Asinio *codd.*) *vit. Persii. Ceterum* Gallus *fasti.*

— IMP. CAES. C. VIBIVS AFINIVS GALLVS VELDVMNIANVS VOLVSIANVS AVG.

310 AFINIA CALLISTE, clarissima femina, N. Afinii Fortunati filia *IX 1567 Beneventanus.*

— ETRI[LIA] AFRA.

311 Sex. Afranius Burrus. *Titulus eius Vasionensis XII 5842 (1), memoratur in t.* Afraniae Burri lib. Caenidis *VI 16963 (2). Praenomen solus servavit t. 1, apud scriptores* Afranius Burrus *sive* Burrus. Sex. f., tribu Volt. *t. 1 origine probabiliter Vasionensis.* Tribunus militum, procurator Augustae (= Liviae), procurator Ti. Caesaris, procurator divi Claudi *t. 1.* Praefectus praetorio in locum Lusii Getae et Rufrii Crispini ab Agrippina constitutus a. 51 *Tac. a. 12, 42* praefectus praetorio *t. 1.* Claudio mortuo praetorianos in fidem Neronis adstrinxit *Tac. a. 12, 69, Ioseph. ant. 20, 8, 2.* Burrus et Seneca Neronis rectores *Tac. a. 13, 2. 6, Dio 61, 3. 4. 7 (Zonar. 11, 12).* Nero eum praefectura movere destinaverat a. 55 *Tac. a. 13, 20.* Coniurationis insimulatus *ibd. 13, 23,* super Agrippinae caede consultus *ibd. 14, 7.* Octaviae repudium frustra prohibebat *Dio 62, 13.* Mortuus anno 62, incertum valetudine an veneno *Tac. a. 14, 51,* (veneno *Suet. Ner. 35, Dio 62, 13*). Ornamentis consularibus ornatus t. *1.* — Patronus Vasionensium *t. 1.* — Debilis trunca manu *Tac. a. 13, 14; nominatur Tac. a. 14, 10. 14. 15. 57. 60, Seneca de clem. 2, 1, 2.*

312 CN. AFRANIVS DEXTER, consul (suff.) a. 105 cum C. Iulio Basso. *In consulatu:* III id. Mai. C. Iulio Basso Cn. Afranio Dextro cos. *III dipl. mil. 22,* III ..... B[asso] .... D[extro] [cos.] *dipl. 23* XVI XIIII XIII k. Iun., ... non Iun. C. Iulio Basso [Cn.] [Afr]anio Dextro cos. *VI 2075 acta Arval.* — Afranius Dexter *Plinius.*

Consul designatus in senatu sententiam dixit *Plin. ep. 5, 13, 4,* consul mense Maio a. 105 *v. supra.* Referebatur in senatu de libertis Afrani Dextri consulis incertum sua an suorum manu perempti *Plin. ep. 8, 14, 12.*

313 P. AFRANIVS FLAVIANVS *memoratur in t. graeco Ephesino Waddington Fast. p. 171 = Wood, discoveries from the great theatre n. 1 (1) et in dipl. mil. III 26 (2). Quae lex kalendis Septembr. utrum anni 113 an 114 data sit diudicari nequit, quod in tabula ipsa numeri annorum tribuniciae potestatis discrepant.*

Nomina plena exhibet t. 2, praenomen omisit t. 1. Legatus pr. pr. (T.) Aquillii Proculi procos. Asiae a. 104 *t. 1. Consul suff. intra a. 105/112.* Legatus Pannoniae inferioris cal. Sept. a. 113 aut a. 114 *t. 2.*

314 P. Afranius Potitus, homo de plebe, qui cum vovisset se pro salute Gai imperatoris periturum, ab eo salute recuperata mori coactus est *Dio 59, 8, nominibus omissis Suet. Cal. 27.*

315 AFRANIVS QVINTIANVS, senatorii ordinis, mollitie corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus, particeps coniurationis in Neronem factae a. 65 *Tac. a. 15, 49. 56. 57,* occisus *ibd. 70.*

315a Afranius Silo, centurio in bello Parthico Veri *Lucian. quom. hist. conscr. 26. Homo fortasse fictus.*

— MANLIA PONTIA LVCVLLA AFRICANA.

316 .... AFRICANVS, Xvir stlitibus iudicandis, quaestor, tribunus pl., praetor designatus *in fragmento t. urbani Bullettino comun. 1881 p. 29 n. 467a.*

317 AFRICANVS, consul mense Iulio *suffectus a. incerto sub Claudio vel Nerone:* Pr. non. Iulias Afrino *(sic legit Mommsen cf. III S. 6799)* et Africano cos. *in inscriptione parietaria Pompeiana IV 1544. Cf. M. Annius Afrinus.*

318 AFRICANVS. 'Africanus noster' in epistula Hadriani scripta Serviano consuli, quae dicitur ex libris Phlegontis sumpta *vit. Saturnini 8. Quam qui composuit, cogitare potuit de T. Sextio Africano consule a. 112.*

— IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG.

— Sex. Caecilius Africanus.

— Q. FABIVS MAXIMVS AFRICANVS *sive* AFRICANVS FABIVS MAXIMVS.

— P. FLAVIVS MENANDER AFRICANVS.

— Iulius Africanus.

— C. Iulius Africanus.

— Sex. Iulius Africanus.

— LVCILIVS AFRICANVS.

— C. MEMMIVS AFRIC[ANVS].

— L. OVINIVS AFRICANVS.

— L. OVINIVS CVRIVS PROCVLVS MODIANVS AFRICANVS.

— PACCIVS AFRICANVS.

— M. PVPIENIVS AFRICANVS.

— T. SEXTIVS AFRICANVS.

— TERENTIVS AFRICANVS.

— C. Tettius Africanus.

— M. ANNIVS AFRINVS.

— L. Aurelius Agaclytus.

— Claudius Agathemerus.

319 Agathinus, ventilator *Martial. 9, 38.*

320 Agatho, causidicus ut videtur aetate Claudii *Seneca apocolocyntos. 12.*

321 AGEDIA QVINTINA *in cippo sepulcrali urbano Bull. comun. 1885 p. 102 n. 1028 = Bull. dell' Inst. 1885 p. 23:* C. Calpurnius Crassus Frugi Licinianus consul pontifex et Agedia Quintina Crassi *(uxor).*

322 L. Agerinus *(praenomen servavit Suetonius),* libertus Agrippinae a Nerone occisus anno 59 *Suet. Ner. 34, Tac. a. 14, 6. 7. 8. 10.*

323 Agilius Cosmianus *(sic cod. Iustinian.*, cominio *Fragm. Vatic.)*, ad quem imperator Philippus a. 249 rescripsit *Cod. Iustinian. 8, 55, 1 = Fragm. Vatic. 272. Fortasse magistratus.*
— Iulius Agrestis.
324 AGRESTIVS, vir clarissimus deo Arimanio *t. dedicavit VI 47. Fortasse saeculi IIII.*
— Caecilius Agricola.
— SEX. CALPVRNIVS AGRICOLA.
— Cominius Bo..i.. Agricola [Aur]elius Aper.
— Q. GLITIVS ATILIVS AGRICOLA.
— CN. IVLIVS AGRICOLA.
— VALERIVS AGRICOLA.
— L. VIRIVS AGRICOLA.
325 AGRICOLA (?) VRBANVS, consul a. 234 cum M. Clodio Pupienio Maximo II. Maximo II et Vrbano *vel* Maximo et Vrbano *fasti, ubique praeter t. III 5460:* Maximo II et Agricola. *Nequaquam certum est ibi cos. a. 234 significari, cum et de cos. a. 233* Maximo II et Paterno *cogitari possit.*
— (Antonius) Agrippa.
— M. ASINIVS AGRIPPA.
— [CA]SSIVS AGRI[PPA ?].
— M. Cassius Agrippa.
— M. Fl(avius) Agrippa.
— FONTEIVS AGRIPPA.
— C. FONTEIVS AGRIPPA.
— D. HATERIVS AGRIPPA.
— L. HELVIVS AGRIPPA.
— Iulius Agrippa.
— C. IVLIVS AGRIPPA.
— (M.) Iulius Agrippa I.
— M. Iulius Agrippa II.
— P. LVRIVS AGRIPPA.
— M. Maenius Agrippa L. Tusidius Campestris.
— MARCIVS AGRIPPA.
— MARCIVS CLAVDIVS AGRIPPA.
— Simonides Agrippa.
— M. Valerius Iulianus Agrippa.
— Vibulenus Agrippa.
— [Vibullius] Agrippa.
— M. VIPSANIVS AGRIPPA.
— Titia Statilia Valeria Agrippiana Fadilla.
— APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.
— ASINIA AGRIPPINA.
— GELLIA AGRIPPINA.
— IVLIA AGRIPPINA.

— L. (?) IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA.
— PACONIA AGRIPPINA.
— PLOTIA AGRIPPINA.
— STAT(ILIA) AGRIPPINA.
— VIBVLLIA ALCIA AGRIPPINA.
— VIPSANIA AGRIPPINA.
— (VIPSANIA) AGRIPPINA.
— Pompeia Agrippinilla.

326 AGRIPPINVS, senator aetate Plinii *Plin. n. h. 7, 55 (lectio dubia,* Agrinum *traditur).*

327 ...... [A]GRIPPINVS, frater Arvalis a. 214 *VI 2103 a 3.*
— Casperius Agrippinus.
— CASSIVS AGRIPPINVS.
— TI. CLAVDIVS AGRIPPINVS.
— FABIVS AGRIPPINVS.
— FAB(IVS) AGRIPPINVS.
— IVLIVS AGRIPPINVS.
— Iulius Agrippinus.
— Q. PACONIVS AGRIPPINVS.

328 Agrippus histrio, cui cognomentum erat Memphius *vit. Veri 8, 10 vide* L. Aelius Aurelius Apolaustus Memphius.

329 Agrius Phoebus *nominatur inter amicos in testamento Dasumii VI 10229 v. 25.*

330 Q. Agrius Rusticianus, vir egregius, procurator Aug. tractus Karthaginiensis, procurator privatae rationis per Italiam; procurator totius ..... *(desunt nonnulla)* sub Caracalla *Eph. ep. 5, 335 = VIII S. 11163.*

331 Agrius Saturninus. *Tituli ei dedicati sunt Attici CIA III 627 et* Ἐφημ. ἀρχ. *III (1883) p. 20 n. 4,* ὁ κράτιστος *in utroque.*

332 Agrius Servatus *nominatur inter amicos in testamento Dasumii VI 10229 v. 25.*

333 Agroetas, Massiliensis, rhetor *Seneca contr. 2, 6, 12.*
— CN. DOMITIVS AHENOBARBVS.
— L. DOMITIVS AHENOBARBVS.
— IVLIVS AI...
— M. LICINIVS PETILIVS AIA...

334 Q. AIACIVS CENSORINVS, clarissimus vir *in fistula plumbea urbana Lanciani syll. aquar. n. 163.*

335 Q. AIACIVS MODESTVS, clarissimus vir *in fistula aquaria Lanciani syll. aquar. n. 163. Fortasse idem est* Aiacius Modestus quindecimvir sacris faciundis a. 204 *acta saecularia.*

336 Q. AIACIVS [MO]DESTVS CRESCENTIA[NVS], legatus trium Augustorum = *Severi Antonini Getae* (Germaniae superioris) a. 209/211 *Brambach inscript. Rhenan. 1432, aut idem aut certe parentela coniunctus cum Aiacio Modesto quindecimviro.*

337 AIETIVS PASTOR, senator apud Cestium Pium declamavit *Seneca contr. 1, 3, 11.*

— *APPIA VETVRIA AIRVLA COECIVA SABINILLA.

— Sept(imius) Aistomodius.

— SALVIVS NEN[IVS] L. AIVS CAMP[ANI]ANVS CN. PLO[TIVS] MAXIMINVS T. [H]OENIVS SEVER[VS] SERVEIEN[VS] V[RSVS].

338 C. AL...... ALBINVS, consul a. 246 cum C. Bruttio Praesente. *Plena nomina exhibuit dipl. mil., Ephem. ep. 4 p. 185 = III S. LXXXIX, ubi in aere extare videntur litterae* C. ALI.... *vel* ALL..... (*non* ALB...); *ceterum* Albinus *fasti.*

339 Albanus a Gallieno Salonino filio rector datus Colonia Agrippinensi a Postumo occisus *Zonar. 12, 24; idem homo apud Zosimum 1, 38, qui similia tradidit, dicitur* Σιλβανός. *Plane diversa est narratio Trebellii Pollionis.*

— L. Numerius Albanus.

340 Albina, mater Anniae Q. f. Rufinae *IX 330 Canusinus.*

— CANIDIA ALBINA.

341 L. ALBINIVS SATVRNINVS, A. f., tribu Quir., quaestor urbanus, aedilis plebis, praetor urbanus, legatus Aug. Asturiae et Gallaeciae, praefectus aerarii Saturni, procos. provinciae Achaiae, cos. (suff. a. inc.), legatus Aug. pr. pr. Ponti et Bithyniae, procos. provinciae Asiae. — Sodalis Antoninianus; p(atronus) c(oloniae), curator coloniae Suessae Auruncae *X 4750, ubi titulus publice positus est.*

342 Albinovanus Celsus *(sic Porphyr. ad Horat. ep. 1, 8,* Celso — — Albinovano *Horat. ib. v. 1,* Celsus *ep. 1, 3, 15),* comes scribaque Neronis *(Tiberii a. 734 = 20 in Armeniam missi) Horat. ep. 1, 8, 2.* Idem monet eum, ne aliorum scripta expilet *ep. 1, 3, 15–20. Coniectura incerta volgo ponitur eundem esse Celsum amicum Ovidii, cuius mortem quodam conqueritur Ovidius ex Ponto 1, 9. — Necessitudine quadam coniunctus videtur cum Albinovano Pedone.*

343 Albinovanus Pedo *(sic Seneca contr. 2, 2, 12 item excerpta contr. 2, 2 p. 233 K., inverso ordine nominum Seneca phil. ep. 122, 15,* Albinovane *Ovid. ex Ponto 4, 10, 4,* Pedo *ceterum),* praefectus equitum sub Germanico a. 15 *Tac. a. 1, 60;* versus eius de Germanico navigante *affert Seneca suas. 1, 15.* Amicus Ovidii *Ovid. ex Ponto 4, 10;* inter arbitros de versibus Ovidii tollendis *Seneca contr. 2, 2, 12.* Scripsit Theseida *Ovid. l. l. v. 71 sqq. Inter poetas epicos cum* non indignum cognitione *dicit Quintil. 10, 1, 90, laudatur ut epigrammaton poeta a Martiali praef. l. 1; 2, 77; 5, 5. 6.* Fabulator elegantissimus; narratio eius de vita Sp. Papirii *Seneca ep. 122, 15–16,* facete dictum *Quintil. 6, 3, 61.* Sidereus Pedo *Ovid. ex P. 4, 16, 6. Nominatur Martial. 10, 19, 10, Sidon. Apollin. carm. 1, 257.*

344 Albinus, ad quem scripsit Plinius *ep. 6, 10.*

345 Albinus, ὁ Πλατωνικός, cuius gratia Galenus Smyrnam migravit *Galen. XIX 96 K. Adscribitur ei* εἰσαγωγὴ εἰς τοὺς Πλάτωνος διαλόγους.
346 Albinus rerum Romanarum primo, *poeta incertae aetatis Priscianus I 304, 20 tres versus afferens.*
347 Albinus, philosophus *(Platonicus) citatur Tertull. de anima 28.*
— C. AL..... ALBINVS.
— CEIONIVS ALBINVS.
— IMP. CAESAR D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS AVG.
— Lucceius Albinus.
— NVMMIVS ALBINVS.
— M. NVMMIVS CEIONIVS ANNIVS ALBINVS.
— M. NVMMIVS VMBRIVS PRIMVS SENECIO ALBINVS.
— PESCENNIVS ALBINVS.
— T. Pompeius Albinus.
— M. STLACCIVS ALBINVS TREBELLIVS SALLVSTIVS RVFVS.
348 Albius 'stupet aere' *Horat. sat. 1, 4, 28; incertum est num idem significetur ibd. v. 109* 'Albi ut male vivat filius'.
— C. MEMMIVS FIDVS IVLIVS ALBIVS.
349 ALBIVS CRISPVS, curator aquarum inde ab a. 68 usque ad a. 71 *Frontin. de aq. 102.*
350 ALBIVS PVLLAIENVS POLLIO, cos. (suff.) a. d. VI k. Novembr. anno 90 cum Cn. Pompeio Longino *dipl. mil., Eph. ep. 5 p. 653.*
351 Albius Tibullus. 'Albi' *eum adloquitur Horatius,* Albius Tibullus *Acro et Porphyrio ad Horat. et codices Tibulli carminum, ceterum* Tibullus. *Quo nomine et ipse utitur 1, 3, 55; 1, 9, 83; 4, 13, 13.* Eques Romanus (regalis *libri*) insignis forma ante alios Corvinum Messallam oratorem dilexit, cuius et contubernalis Aquitanico bello *(a. 726—728 = 28—26 a. C.)* militaribus donis donatus est *vita Tibulli in codicibus Tibulli servata, incertae originis et fidei.* Cum Messallam in Asiam profectum sequeretur, in Corcyra aeger relictus est *Tibull. 1, 3 cf. Ovid. amor. 3, 9, 47.* Mortuus est *secundum epigramma Domiti Marsi libris Tibulli praemissum* eodem anno quo Vergilius, *id est a. 735 = 19 a. C. cf. Ovid. trist. 4, 10, 56;* mater sororque superstites *memorantur ab Ovidio amor. 3, 9, 50–51. — Amores eius:* Delia, Nemesis (= Glycera?).

Scripsit ad eum Horatius *c. 1, 33, ep. 1, 4,* elegiam de morte eius Ovidius *amor. 3, 9. Laudatur ut elegiarum poeta ab Ovidio amor. 1, 15, 27, ars am. 3, 334, rem. am. 763, trist. 2, 447 sqq.; 4, 10, 51 sqq., a Martiali 4, 6, 4; 8, 70, 7; 8, 73, 7; 14, 193, a Velleio 2, 36, a Quintiliano 10, 1, 93, ab Apuleio apolog. 10.*
352 ALBIA TERENTIA, splendida femina, L. Othonis uxor, mater Othonis qui imperavit *Suet. Oth. 1.*
353 Albucilla, multorum amoribus famosa, Satrii Secundi quondam uxor, impietatis in principem et adulteriorum damnata a. 37 *Tac. a. 6, 47. 48.*

354 Albucius, 'Canidia Albuci quibus est inimica venenum' *Horat. sat. 2, 1, 48;* hic enim veneno uxorem suam dicitur peremisse *Porphyr. Vix recte Porphyrio eundem esse putat* Albucium senem *Horat. sat. 2, 2, 67.*

355 C. Albucius Silus *(praenomen solus servavit Suetonius,* Albucius Silus *vel* Albucius *ceterum),* rhetor aetate Augusti. *Vitam scripsit Suetonius de rhet. 8.* Novariensis *Suet. (inde Hieronymus chr. ad. a. Abr. 2011)* in patria aedilitate functus Romam se contulit et in (L. Munatii) Planci oratoris contubernium receptus est. Propria auditoria instituit, ubi declamavit. Egit et causas verum rarius, apud L. Pisonem proconsulem *(cos. a. 739 = 15 a. C.)* defendit reum. Senior Novariam rediit ibique inedia se interfecit *Suet. De eius genere dicendi declamandique disputat Seneca contr. 7 praef. 1–9,* in primum declamatorum tetradeum (Latronis, Fusci, Albuci, Gallionis) *refertur ab eodem contr. 10 praef. 12. Sententiae, colores, divisiones passim apud Senecam rh. cf. indicem Kiesslingii.* Non obscurus professor atque auctor *laudatur a Quintiliano inst. 2, 15, 36; 3, 3, 4; 3, 6, 62, unde eum de arte rhetorica scripsisse apparet.*

— L. ANTONIVS ALBVS.

— MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.

— VIBVLLIA ALCIA AGRIPPINA.

— P. Aelius Alcibiades.

— C. Attius Alcimus Felicianus.

356 Alcinous, stoicus *Philostr. v. soph. p. 226, 3 K.*

357 Alco, medicus vulnerum aetate Claudii *Plin. n. h. 29, 22, Martial. 6, 70, 6; 11, 84, 5; idem est* Ἀλκῶν ὁ ἰατρός *Ioseph. ant. 19, 1, 20.*

— P. DELPHIVS PEREGRINVS ALEIVS ALENNIVS MARIANVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS.

358 L. ALE(IVS?) V[E]R(VS), unus ex pueris senatoriis qui Arvalibus ministrarunt a. 241 *VI 2114, 17;* ALE · VIR *in lapide, fortasse legendum est* ALF(IVS).

— P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus.

— P. DELPHIVS PEREGRINVS ALFIVS ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS.

359 ALEXANDER, M. Antonii et Cleopatrae filius *Liv. per. 132,* frater geminus Cleopatrae minoris, cognominatus Ἥλιος *Plut. Ant. 36, Dio 49, 32; 59, 21.* Antonius a. 720 = 34 a. C. regnum Armeniae cui Media et Parthia accederent, constituturus ei destinavit et Iotapen Medorum regis filiam despondit *Plut. Ant. 54, Dio 49, 40. 41. 44,* Caesar eum in triumpho duxit *Dio 51, 21 (Zonar. 10, 31)* et αὐτοῖς *(Iubae et Cleopatrae minori)* καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐχαρίσατο *Dio 51, 15.* Educatus ab Octavia *Plut. Ant. 87.*

360 Alexander, frater Iamblichi reguli Arabum ab Antonio interfecti, post bellum Actiacum a Caesare regno exutus et in triumpho ductus occisus est *Dio 51, 2.*

361 Alexander, Herodis et Mariammes prioris filius Aristobuli frater *cf. Schürer Gesch. d. jüdischen Volkes I 337 sqq. Circa a. 731 = 23* Herodes fratres Romam misit *Ioseph. ant. 15, 10, 1;* post quinquennium fere in patriam reduxit et Alexandro Glaphyram filiam Archelai regis Cappadocum in matrimonium dedit *id. 16, 1, 2.* Calumniis, quas Salome contra filios Mariammes spargebat, lacessitus Herodes Antipatrum filium relegatum ad aulam revocavit et honoribus provexit, unde discordiae inter patrem et filios Mariammes ortae sunt *id. 16, 3, bell. 1, 23, 1–2.* Quae cum Antipatro auctore crescerent in dies, Herodes in Italiam profectus *(a. fere 742 = 12)* filios secum adductos Aquileiae apud Augustum accusavit, sed ab imperatore in gratiam reducti sunt *id. 16, 4, 1–4, bell. 1, 23, 3.* Domum reversi donuo inimicitias exercebant, quas in tempus Archelaus composuit *id. ant. 16, 8, 6, bell. 1, 25,* dum Horodes Alexandrum et Aristobulum crimine parricidii in vincula coniecit *id. ant. 16, 10, bell. 1, 27, 1.* De consilii sententia, quod Berytum convocarat, damnati et apud Sebasten occisi sunt *a. fere 747 = 7 id. 16, 11, 1–7, bell. 1, 27, 2–6, (Nicolaus Damascen. de vita sua fr. 5 III M., Strabo 16, 765).*

362 Alexander, Tigranis regis Armoniae filius, maritus Iotapes filiae Antiochi regis Commagenorum, a Vespasiano regulus insulae Ciliciae constitutus *Iosephus ant. 18, 5, 4. Memorari videtur in t. C. Iulii Agrippae filii Greek inscript. in the British Museum III p. 187 n. 537.*

363 Alexander, Asclepiadis filius, Cotiaeensis, grammaticus Graecus, magister Marci imperatoris *Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 10, vit. Marci 2, 3, Stephan. Byzantius s. v.* Κοτιάειον, *Aristides orat. XII passim.* Scripsit 'Ομηρικὴν συγγραφήν, *cuius reliquias collegit Lehrs quaestiones epicae p. 11—16.* Laudationem funebrem eius ad Cotiaeenses scripsit Aelius Aristides *Aristid. orat. XII.*

364 Alexander, Platonicus, quem imperator Marcus sectatur *Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 12.*

365 Alexander, Alexandri f., volgo Πηλοπλάτων nominatus, sophista Seleuciensis, ab imperatoro Marco in Pannoniam vocatus, ab epistulis Graecis eius *Philostr. vit. soph. II p. 571;* τελευτῆσαι τὸν 'Αλέξανδρον οἱ μὲν ἐν Κελτοῖς φασιν ἔτι ἐπιστέλλοντα, οἱ δ'ἐν 'Ιταλίᾳ πεπαυμένον τοῦ ἐπιστέλλειν, καὶ οἱ μὲν ἑξηκοντούτην οἱ δὲ καὶ οὔπω, καὶ οἱ μὲν ἐπὶ υἱῷ οἱ δ'ἐπὶ θυγατρί *ibd. 575.*

366 Alexander, Damascenus, philosophus peripateticus, magister Flavii Boethi *Galen. II p. 218, XIV p. 612. 627 K.*

367 Alexander, Abonoteichita magus, aequalis Luciani, *qui de eo librum* 'Αλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις *composuit.* Socer Rutiliani Romani *ib. 4. 35.*

368 Alexander quidam apud Caracallam reus factus *Dio 77, 8.*

369 Alexander, puor Asinii Pollionis, deliciae Vergilii, quem secunda ecloge Alexim appellat *vit. Verg. Donat. p. 57 R., Servius ecl. 2, 1.*

370 Alexander Lysimachus *(sic Ioseph. ant. 19, 5, 1* Alexander *alibi),* Iudaeus, procurator Antoniae matris Claudii, alabarcha Alexandriae sub Tiberio imperatore, a Gaio in vincula coniectus, a Claudio solutus *Ioseph. ant. 18, 6, 3; 19, 5, 1.* Pater Ti. Iulii Alexandri *id. ant. 20, 5, 2 (bell. 5, 5, 3); ipsum civitatem Romanam adeptum nomen Iulii sumpsisse veri simile est.* — Frater Philonis *Ioseph. ant. 18, 8, 1 (vel patruus cf. Zeller Philosophie der Griechen III 2 p. 339 adn. 3).*
— IMP. CAES. M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER.
— M. Aurelius Alexander.
— Iulius Alexander.
— Ti. Iulius Alexander.
— C. IVLIVS ALEXANDER BERENICIANVS.
— TI. IVLIVS ALEXANDER IVLIANVS.
— Terentius Alexander.
— Valerius Alexander.
371 Alexandria, nutrix Neronis *Suet. Ner. 50.*
372 Alexandria, Avidii Cassii filia, Drunciani uxor *vit. Avid. 9, 3 = vit. Marci 26, 12.*
— ANNIA ALEXANDRIA.
— FLAVIA ALEXANDRIA.
— MARCIA AVRELIA ALEXANDRIA.
373 Alexas, Laodicenus, comes Antonii triumviri, quem post pugnam Actiacam prodidit; postea Caesaris iussu interfectus *Plut. Ant. 66. 72.*
374 L. ALFENIVS AVITIANVS, frater Arvalis a. 218. 231 *VI 2104. 2108.*
375 Alfenius Senecio, subpraefectus classis praetoriae Misenatis *X 3334 Misenus. Potest idem esse* L. Alfenus Senecio procurator Aug. *qui sequitur.*
376 L. Alfenus Senecio, procurator Aug. (Mauretaniae Caesariensis) *VIII 9046 Auziensis. Cf. Alfenius Senecio.*
377 L. ALFENIVS SENECIO. *Memoratur in titulis Britannicis VII 269 (1). 279 (2). 513 correct. Eph. ep. 3 p. 132 (3). 1003 (4) (in fragmento corrupto VII 270, ut videtur); in Syriacis gemellis III S. 6709 (5). 6710 (6).*

Plena nomina exhibet t. 2, L. A.... Senecio *t. 1,* Alfenus Senecio *t. 3. 4. 5. [6].* Clarissimus vir *t. 4.* — Legatus Augustorum pr. pr. (Britanniae) *t. 2* (consularis *t. 3. 4*). Legatus Augg. pr. pr. (Syriae) *t. 5. [6]. Legatione et Britannica et Syriaca functum esse Senecionem Severo et Antonino Augustis id est intra a. 198 208 ex titulis constat. Nec tamen accuratius tempora definire licet. Nam et in t. 5. 6 numeri plane confusi sunt et unus ex t. Britannicis t. 4 qui numeros exhibet, dubitationes movit. At non indicatur ibi annus consulatu Augustorum collegarum, — id quod Getae nomina refellunt — sed utriusque nominibus additur numerus consulatuum, quos usque ad id tempus gesserant. Itaque t. post a. 204 et ante a. 208 positus videtur.*

377a Alf(enus) Apollinaris (Ἀπολλιναρίου *t.*), patruelis T. Ant(onii) Cl(audii) Alfeni Arignoti, a censibus Augusti (ἐπὶ κῆνσον τοῦ Σεβαστοῦ) aetate Caracallae *CIG 3497 t. Thyatirenus.*

— T. Ant(onius) Cl(audius) Alfenus Arignotus.

378 Alfenus Varus, praefectus castrorum sub Fabio Valente *Tac. h. 2, 29,* apud Betriacum contra Othonianos pugnavit *ibd. 2, 43, Plut. Oth. 12;* praefectus praetorio in locum Publilii Sabini a Vitellio substitutus a. 69 *Tac. h. 3, 36,* dux Vitellianorum *ibd. 3, 55, 61.* Vitellio occiso ignaviae infamiaeque suae superfuit *ibd. 4, 11. — Potest idem esse* P. Alfenus Varus *(centurio praetorianus)* trecenarius Aug. n. *in tabella cerata Pompeiana aetatis Neronianae Hermes XII 136 cf. Eph. ep. 4, 142.*

379 P. (?) ALFENVS VARVS, consul suff. a. 715 = 39 a. C. cum L. Cocceio. *Praenomen non traditur — nam lectio* Alfenus Varus Gaius *Pompon. Digest. 1, 2, 2, 44 omnino falsa est cf. adnot. Mommseni —, sed probabiliter ei tribuitur, quod* P. Alfenus P. f. P. n. Varus cos. a. 755 = 2 p. C. *filius eius fuisse videtur. In consulatu:* Alfenus Varus *fast. min. IV.* Alfenus *Horat. Ammian. Index Digest.,* Varus *Vergil., ceterum* Alfenus Varus, *nisi quod scholiasta Cruquian.* Alfinium Varum *exhibet.*

'Alfenus vafer omni abiecto instrumento artis clausaque taberna sutor erat' *Horat. sat. 1, 3, 130 seq.; adnotat Porphyrio p. 206 M.* 'Alfenum Varum Cremonensem deridet, qui abiecta sutrina, quam in municipio sua exercuerat *(scilicet per servorum familiam),* Romam petit magistroque usus *(Servio)* Sulpicio iuris consulto ad tantum pervenit, ut et consulatum gereret et publico funere efferetur'. Consul suff. a. 715 *v. supra, Pompon. l. l. Idem esse videtur Varus, ad quem scripsit Vergilius eclogam VI,* cuius laudes Mantuae cycnos sublime laturos esse *dicit ecl. 9, 26–29. Servius inter multa et confusa adnotat ad ecl. 6, 6:* 'alii fuso fugatoque Asinio Pollione ab Augusto *(intellegendum est bellum Perusinum)* Alfenum Varum substitutum, qui transpadanae provinciae et agris dividundis praeesset, qui curavit, ne ager Vergilio auferretur'. *Vt patronus et amicus Vergilii nominatur vit. Verg. Val. Prob. p. 59, Donati p. 59 Suet. rel. R., Phoca v. 89, Anthol. lat. 671, 89;* audivit una cum Vergilio Sironem Epicureum *schol. Veronens. Verg. ecl. 7, 9, Serv. ecl. 6, 13 cf. Aen. 6, 264. — Potest idem esse* Alfenus, *ad quem scripsit Catullus carm. 30, sed incertum est, num* Varo *apud eundem c. 10. 22 fuerit omnino nomen gentile Alfeni.*

Iurisconsultus, discipulus Servii Sulpicii *Pompon. Dig. 1, 2, 2, 44. Gell. 7, 5, 1; inter veteres iurisconsultos nominatur Ammian. 30, 4, 12.* Scripsit digestorum libros quadraginta *Ind. Florent. Digest., qui citantur passim in digestis;* Alfenus in libro digestorum tricensimo et quarto, coniectaneorum autem secundo *Gell. l. l. Scilicet non opus alterum composuerat, sed partibus digestorum titulos speciales inscripserat. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia I p. 37 sqq.*

380 P. ALFENVS VARVS, consul a. 755 = 2 p. C. cum P. Vinicio. P. Alfenus Varus *fast. Cap. (Eph. ep. 3 p. 11)*, P. Alfenus *fast. min. XI.* L. Alfenius *(sic) fast. min. XII*, P. Alfenus *X 884*, *Cassiodor.* Π. Ἀλφῆνος ἢ Ἀλφήνιος Οὔαρος *Dio ind. l. 55*, P. Varus *Dio 55, 10 a. Ceterum* Varus *fasti.* — P. f. *fast. Cap., Dio ind. l. 55*, P. n. *fast. Cap. Filius videtur P. Alfeni Vari cos. a. 715.*

381 *[P.] AL[FENVS] VARVS, P. f., legatus pr. pr. *(proconsulis Africae?) VIII 979 t. Curubitanus; haec latere videntur in t. semel descripto et admodum corrupto:* ALII S. P. F. VAARVS. LEG. PR.....

382 (P. ALFENVS) VARVS *nescio quis in t. libertorum VI 11427. 11436. 11437. 21088*; Alfenus Varus *VI 11426*; (P. Alfenus) *in t. libertorum VI 11428–11430. 11425. 11435.*

— L. (?) IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA.

383 L. ALFIDIVS HERENNIANVS, consul a. 171 cum T. Statilio Severo. *In consulatu:* L. Alfidius Herennianus *VI 1978, alibi* Herennianus *fasti. Memoratur in t. Fabraterno Novano X 5578:* Iuliae Q. f. Calvinae L. Alfidii Herenniani consulis *(uxoris).*

384 ALFIDIVS SABINVS, procos. Siciliae *(circa a. 24 p. C.) memoratur in t. acephalo VIII 9247 Rusguniensi:* legato Alfidi Sabini procos. Siciliae, praetorio, legato M'. (*traditur* VE *pro* M'.) Lepidi procos. Asiae *(a. 26 p. C.).*

385 ALFIDIA, M. f., mater Augustae *IX 3661 t. Marruvinus*; Alfidi[ae] ma[t.] Augustae *II 1667 Tuccitanus*; Ἀλφιδίαν τὴν μητέρα θεᾶς Ἰουλίας Σεβαστ[ῆ]ς *t. Samius Bulletin de l'école française d'Athènes I p. 231 n. 9. Mater Liviae Augusti, quae postea Iulia Augusta.* — *Avus maternus Liviae ex his t. fuit* M. Alfidius; Aufidius Lurco *Suet. Cal. 23, errore puto Suetonii, non librariorum. Diversus est* M. Aufidius Lurco *Plin. n. h. 10, 45 = Varro r. r. 3, 6, 1.*

— CLAVDIA ....LA ALFIDIA ...NIS (?).

— T. Appalius Alfinus Secundus.

386 Alfius, faenerator *Horat. epod. 2, 67*; dictum eius *Colum. 1, 7, 2.*

387 P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus, Curtiae C. f. Procillae filius *memoratur in t. matris Veronensi V 3590. Hominem nobilem ratio nominum indicat, necessitudine quadam coniunctum, ut videtur, cum Alfiis Maximis infra n. 390. 391.*

388 P. ALFIVS AVITVS NVMER(IVS) MATERNVS, filius P. Alfii Maximi Numerii Liciniani *II 4110 t. Tarraconensis.*

389 Alfius Flavus, rhetor aetatis Augusti declamavit apud Cestium *Seneca contr. 1, 1, 22; 2, 6, 8; 3, 7.* De eius ingenio arteque declamandi iudicium Senecae *ibd. 1, 1, 22 seq.*, nimiam Ovidii sectationem ei obiecit Cestius *ibd. 3, 7, 3.* Sententiae eius *ibd. 1, 1, 23; 1, 7, 7; 2, 2, 3; 3, 7.* Naturalis vis eius carminibus enervata *ibd. 1, 1, 22, unde carmina scripsisse videtur. Idem videtur* Alfius Flavus, *quem affert Plinius n. h. 9, 25 (ind. l. 9).*

390 P. ALFIVS MAXIMVS, legatus (ἡγεμονεύοντος) Galatiae *Augusto nescio quo* quartum consule *memoratur in t. graeco Ancyrano Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen a. Oestr. IX p. 119 n. 81.*
391 P. ALFIVS MAXIMVS NVMER(IVS) LICINIANVS, P. f., tribu Gal., Xvir stlitibus iudicandis, quaestor urbanus, tribunus pl. candidatus, praetor Parthicarius *(non ante Hadrianum);* pater P. Alfii Aviti Numer. Materni *II 4110 t. Tarraconensis. Potest idem esse qui praecedit.*
392 P. ALFIVS PRIMVS, legatus pr. pr. (proconsulis Achaiae, *ut videtur*) *in t. graeco Olympico Archäolog. Zeitung 1877 p. 37 n. 38.*
393 ALFIVS PROCVLVS (ALEIO *pro* ALFIO *traditur*), clarissimus vir, quaestor kandidatus *VI 1335.*
— A. CAECINA ALIENVS.
394 Alledius nominatur ut homo dives gulosus *Iuvenal. 5, 118.*
395 Alledius Severus, eques Romanus, a. 49 fratris filiam Claudii imperatoris exemplum secutus in matrimonium duxit *Tac. a. 12, 7, eandem rem nomine omisso narrat Suet. Claud. 27, ubi* primipilaris *dicitur.*
— P. CAECILIVS ALLENIVS FAVSTVS MAXIMVS SEVERIANVS.
— SEX. PAPINIVS ALLENIVS.
396 ALLIARIA, uxor (Ti.) Sempronii Gracchi a. 14 a Tiberio interfecti *Tac. a. 1, 53.*
397 TI. ALLIENVS SICINIVS QVINTIANVS, tribunus plebis a. 97 vel 98 *VI 450;* Ti. Sicinius Ti. l. Receptus *ibd.*
— Pontius Allifan(ius).
398 Q. ALLIVS BASSVS, consul (suff.) a. 158 a. d. VIII id. Iul. cum Servilio Fabiano *dipl. mil. III S. LXVII.*
399 C. ALLIVS FVSCIANVS, C. f., *nominatur inter patronos ordinis senatorii collegii cuiusdam Ostiensis a. 140 XIV 246 t. Ostiensis, item in fragmento albi collegii cuiusdam ibd. 249 (ubi traditur* Caelius Fuscianus), *item inter patronos* ordinis corporatorum lenunculariorum tabulariorum auxiliariorum Ostiensium *ibd. 250, ubi* C. Aleius C. f. Fuscianus *in lapide extat.*
400 C. ALLIVS FVSCIANVS, legatus Aug. pr. pr. (Arabiae, *ut videtur*), consul designatus *III 118 t. Gerasanus, cf. von Rohden, de Palaestina et Arabia p. 11.*
401 C. ALLIVS FVSCVS, C. f., *nominatur loco ultimo inter patronos ordinis senatorii collegii cuiusdam Ostiensis, cuius quamquam acta ad a. 140 spectant, quaedam postea addita sunt XIV 246 t. Ostiensis. Potest idem esse* Allius Fuscus consularis a Commodo *(post. a. 189)* occisus *vit. Comm. 7, 6. Probabiliter coniecit Dessau in albo* ordinis corporatorum lenunculariorum tabulariorum auxiliariorum Ostiensium a. 192, *ubi nomina eius qui primum locum inter patronos senatorios obtinuerat, erasa sunt, memoriam huius damnati deletam esse.*
402 ALLIVS MAXIMVS, vir clarissimus, legatus iuridicus provinciae Hispaniae Tarraconensis anno 280 *II 3738 t. Valentinus.*

403 L. ALLIVS MAXIMVS, cos. (suff.) X kal. Iun. a. 49 cum L. Mammio *(sic t.)* Pollione *XI 6236 t. descriptus a Bormanno. Fortasse idem est* Maximus proconsul Asiae a. 58 *in actis Timothei p. 8, 16, ut coniecit Vsener ibd. p. 16.*

— Q. FABIVS ALLOBROGICINVS MAXIMVS.

— Aur(elius) Alphius.

404 Alphius Avitus, 'ut pridem Avitus Alfius libros poeta plusculos usus dimetro perpeti conscribit Excellentium' *Terentian. Gramm. Lat. VI 398, 2446 cf. Mar. Victorin. ibd. VI 137, 31;* Alphius Avitus in I Excellentium *citatur Priscian. Gramm. Lat. II 134, 3,* in II Excellentium *ibd. II 427, 1 (cf. 409, 18; 233, 21); II 591, 14.*

405 D. Alpinius, Trevir, frater Alpinii Montani *Tac. h. 5, 19.*

406 L. Alpinius Clemens, curator rei publicae (Laurentium Lavinatium) *XIV 2071 t. Laurentinus; in lapide additum fuisse* C. V. *haud idoneo testimonio nititur.*

407 Alpinius Montanus, Trevir, praefectus cohortis *Tac. h. 3, 35; 4, 31. 32; 5, 19.*

— [Ti. Claudius] Alpinus.

— M. FLAVIVS ALPINVS.

— Iulius Alpinus.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.

— Iulius Altinus.

408 *Amalogverus *III 3577 t. Aquincensis semel descriptus et corruptus, ubi traditur:* pio fideli Amalogvero domo Petovione tribuno laticlaviali Hisp. h. s. e. *Mommsen coniecit* pio fideli *ortum esse ex* P. F *male solutis, in sequentibus latere cognomen aliquod, denique nominari tribunatum laticlavium leg. IX Hispanae. At mirum esset tribuno laticlavio addi domum.*

— [Sep]timius Amandus.

409 Amazaspus, Iberus regio genere ortus, frater Mithridatis regis, adulescens expeditioni Parthicae (Traiani) interfuit et apud Nisibim diem obiit *t. sepulcralis graecus urbanus versibus conceptus IGI 1374 = CIG 6856.*

410 Amazonicus, puer Flacci *Martial. 4, 42, 16.*

— C. EGGIVS AMBIBVLVS POM[PONIVS LON]GINVS CASSIANVS L. MAECIVS POS[TVMVS].

— L. VARIVS AMBIBVLVS.

411 M. Ambivius ('Αμβιβοῦχος *vel* 'Αμβιβοοῦχος *traditur,* 'Αμβιβόϊος *vulgo,* 'Αμβίβουλος *scripsit Niese),* procurator Iudaeae, qui Coponio successit, sub Augusto *(circa a. 10—13) Ioseph. ant. 18, 2, 2.*

412 C. Ambivius Bal.... *honoratus t. Attico CIA III 596 aetatis imperatoriae ineuntis.*
413 Ambrosius, medicus Puteolanus *Scribon. Larg. 152.*
414 Ambrosius, choraules *Iuvenal. 6, 77.*
— Asinius Amiantus.
— L. SERVAEVS AMICVS POTITIANVS.
— Sicinius Amicus.
415 AMINN(IVS) SABINIANVS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi *VI 2010.*
416 AMMIVS FLACCVS a. 97 inter praetorios in senatu sententiam dixit *Plin. ep. 9, 13, 13.*
— P. Ael(ius) Ammonius.
417 L. Ampelius Macrino cuidam dedicavit librum memorialem qui extat, ut nosset 'quid sit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat, vel quid genus hominum peregerit' *Amp. praef. Fuit certe post Traianum, cuius victoriam Dacicam attingit 47, 7 (cf. 23* Caesar Dacicus). *Accuratius aetas definiri nequit.*
418 Amphaeus, Claudii imperatoris libertus ab eo occisus *Seneca Apocolocyntos. 13.*
419 M. AMPVDIVS, M. f., q(uaestor), tr(ibunus) pl., aid(ilis) *X 6082 t. Formianus, 'litteris antiquioribus' Mommsen, qui vidit. Ante Augustum fuisse videtur.*
420 Amulius Serenus, primipilaris *Tac. h. 1, 31.*
421 Amyntas, rex Galatarum. *Nummi eius cum inscriptione* βασιλέως Ἀμύντου *Eckhel III 183, Mionnet IV 463 Suppl. VII 656.* Scriba Deiotari regis *Dio 49, 32,* ad Brutum et Cassium missus ad Antonium transiit *Dio 47, 48;* rex ideo in locum Deiotari constitutus *Dio 49, 32; 53, 26, Appian. b. c. 5, 75, Strabo 12, 5, 1,* fines regni eius *Strabo 12, 5, 4; 12, 6, 1; 12, 7, 3.* Socius Antonii *Appian. b. c. 5, 137. 140. 142, Plut. Ant. 61;* ante pugnam Actiacam ad Caesarem transiit *Plut. Ant. 63, Dio 50, 13, Velleius 2, 84.* Regnum ei a Caesare confirmatum *Dio 51, 2;* mortuus a. 729 = 25 a. C. *Dio 53, 26. — Nominatur Strabo 12, 8, 14; 14, 5, 6; 17, 3, 25;* Pylaemenes filius eius *CIG 4039.*
422 ....VS AMYNTIANVS PROCVLVS, salius Palatinus cooptatus a. 180 *VI 1980.*
— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.
— M. Firmius Amyntianus.
— Q. VOCONIVS SAXA AMYNTIANVS.
— ... SILANVS ... IVSTVS AN...

423 Anaxilaus, Larissaeus, Pythagoricus et magus ab Augusto urbe Italiaque pellitur *Hieronym. ad. a. A. 1989; auctor Plinii n. h. nom. ind. l. 19, 21, 22–26, 28–31, citatur 19, 20; 25, 154; 28, 181; 30, 74; 32, 141, nom. ibd. 35, 175.*

424 Q. ANCARIVS, praeses Orientis a. 258 *vit. Aurelian. 13, 1 in actis fictis ex libris Acholii.*

425 Ancharius Priscus Caesium Cordum proconsulem Cretae de repetundis postulavit a. 21 *Tac. a. 3, 38,* damnavit a. 22 *ibd. 3, 70.*

426 Ancharia (?) Soteris, liberta, cui ut Traianus ius Quiritium indulgeat, ab eo petit Plinius *ad Traian. 11, 2. Traditur* 'Panchariae Soteridi' *fortasse recte,* Ancharia *scripsit Mommsen in indice.*

427 Andonoballus, Erulus *Continuator Dionis V Dind. p. 226. 227.*

428 Andreas, dux Iudaeorum in Cyrenaica rebellantium sub finem imperii Traiani *Dio 68, 32; idem nominatur* Λουκούας *Euseb. hist. eccl. 4, 2.*

429 Andro, musicus et geometra, magister Marci *vit. Marci 2, 2. Nomen eius latere sub corrupta lectione, quae traditur apud Marcum* εἰς ἑαυτόν *1, 6* Τανδάσιδος *pro* Ἄνδρωνος *satis incerte coniecit Casaubonus.*

430 Androclus (Ἀνδροκλῆς *Aelian.*), servus in circo a leone recognitus *Gellius 5, 14* (ex Apionis libro Aegyptiacorum quinto), *Aelian. nat. anim. 7, 48 cf. Seneca de benef. 2, 19, 1.*

431 Andromachus maior, e Creta oriundus *Galenus XIV p. 211 K.,* archiater Neronis *ibd. p. 2. 232 (annis fere 54—60 ut videtur cf. E. Meyer, Geschichte der Botanik II p. 41);* scripsit Θηριακά versibus, *qui extant apud Galenum Galen. XIV p. 32; citatur et memoratur passim apud Galenum.*

432 Andromachus minor, filius Andromachi maioris *Galenus XIV p. 42 K.;* scripsit prosa oratione Θηριακά *ibd.; eiusdem videntur* tres libri περὶ συνθέσεως φαρμάκων; *citatur vel memoratur passim apud Galenum.*

— L. Aemilius Decius Andromachus.

433 Andromeda, Iuliae Augustae liberta *Plin. n. h. 7, 75.*

434 *Anectus, ὁ τότε ἡγούμενος τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Πόντου Ἄνεκτος *(circa a. 170) Lucian. Alex. 57. Nomen sine dubio corruptum est;* Ἀουεῖτος *coniecit G. Hirschfeld Sitzungsberichte Berl. Akad. 1888 p. 876 et rettulit ad L. Lollianum Avitum praesidem Bithyniae a. 165.*

435 Anicetus, libertus, pueritiae Neronis educator, praefectus classis Misenensis anno 59 *Tac. a. 14, 3;* instrumentum scelerum Neronis *ibd. 14, 3. 7. 8. 62, Sueton. Nero 35, Dio 61, 13 (Zonar. 11, 12);* anno 62 in Sardiniam pulsus, ubi non inops exilium toleravit et fato obiit *Tac. a. 14, 62.*

436 Anicetus, Polemonis libertus, in Ponto a. 69 seditionem contra Vespasianum movit, qua paulo post oppressa interfectus est *Tac. h. 3, 47–48.*

437 Anicetus, librarius Marci Caesaris *Marcus ad Fronton. 2, 10 p. 34 N.*

— Q. Pompeius Anicetus.

438 C. ANICIVS CERIALIS, consul (suff.) id. Aug. a. 65 cum C. Pomponio. C. Anicius *IV 2551 in consulatu, ceterum* Anicius Cerialis (Ἀνίκιον Κερεάλιον *Zonar.*). Consul designatus in senatu sententiam dixit a. 65 *Tac. a. 15, 74;* consul a. 65 *v. supra;* a. 66 vim sibi attulit minore quam ceteri miseratione, quia proditam C. Caesari coniurationem ab eo meminerant *ibd. 16, 17. Contra Zonaras 11, 6 refert* eum et Sex. Papinium filium *(sic)* tortos esse a Gaio, coniurationem autem detectam a filio. *(Coniuratio fuit a. 40 cf. Dio 59, 25, Suet. Calig. 27, Seneca de ira 3, 18.)*

439 Q. ANICIVS FAVSTVS *dedicavit in legatione Numidica titulos: in provincia Tripolitana VIII 6 (1a) et eodem loco plane gemellum VIII S. 10992 (1b), Lambaesitanos VIII 2438 (2). 2527 (3). 2528 (4). 2549 (5). 2550 (6). 2551 (7). 2552 (8). 2553 (9). 2558 (10). VIII S. 18068 (11). 18255 (12). 18256 (13), Thamugadenses VIII S. 17870 (14). 17871 (15), Cirtensem Eph. ep. 7, 440 (16), Arsacalitanum VIII 6048 (17), Mauretanum VIII 8796 (18); in legatione Moesiaca t. III 1685 (19). 1686 (20) Moesiacos.*

Nomina plena perscripta fuerunt in t. omnibus, hodie extant in t. 1 a. b. 3. 4. 5. 6. 7. 10. 13. 14. 15. 17–20, plus minus mutila in ceteris. Ἀνίκιος Φῆστος *(sic) Dio 78, 22, 2,* Φαῦστος *ibd. § 4.* — Clarissimus vir *t. 2. 3. 4. 6. 17.*

Legatus Augusti *t. 2. 13 vel* Augustorum *t. 1 a. b. 3. 4. [5]. 6. 7. 11. [12]. 14. 18* pr. pr. (Numidiae) *t. 1–18* (consularis leg. III Aug. *t. 1a. b*) intra a. 197 *t. 2. 13. 14. 17* et 201 *t. 1 a. b,* cos. designatus a. 198 *t. 2. 3. 4. 6. 7. [8],* cos. amplissimus (suff.) a. 198 *t. 9. 11. 15.* Legatus Augustorum pro pr. (Moesiae superioris) intra a. 202/209 *(anni tribuniciae potestatis corrupti sunt) t. 19. 20.* Anno 217 imperator Macrinus eum in locum (C. Iulii) Aspri proconsulem in Asiam misit et, cum exiguum anni proconsularis spatium ei remaneret, imperavit, ut et in annum sequentem (218/219) provinciae praeesset *Dio 78, 22. Quod iussum num Elagabalus ratum habuerit ignoratur.* — Patronus Lambaesitanorum *t. 13,* Thamugadensium *t. 14. 15,* Cirtensium *t. 16. 17.*

440 SEX. ANICIVS FAVSTVS, Anici consularis filius *VIII S. 17890 t. Thamugadensis mutilus; potest filius esse Q. Anicii Fausti.*

441 SEX. ANICIVS FAVSTVS PAVLINIANVS, clarissimus iuvenis, patronus, patroni filius civitatis Vzappensis *VIII S. 11933 t. Vzappensis.*

442 ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS, legatus Aug. pr. pr. (Moesiae inferioris) a. 230 *III S. 7473 t. Moes. inf.*

443 ANICIVS MAXIMVS, proconsul Bithyniae sub Traiano *Plin. ad Traian. 112, 2. Potest esse filius P. Anicii Maximi.*

444 P. Anicius Maximus, *honoratus titulo, quem posuit Antiochiae Pisidiae* civitas Alexandr. quae est in Aegypto *III S. 6809.* — P. f., tribu Sergia, *origine Antiochenus, ut ex tribu et loco statuae apparet.*

Primus pilus leg. XII Fulminatae, praefectus castrorum leg. II Augustae in Britannia, praefectus exercitus qui est in Aegypto; donatus ab imperatore *(Gaio?)* donis militaribus in expeditione *(quae tacetur)*, honoratus corona murali et hasta pura ob bellum Britannicum *(imperatoris Claudii a. 43)*. — Praefectus Cn. Domitii Ahenobarbi *(consulis a. 32 p. C. in duoviratu Antiochiae)*.

— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.

445 ANICIVS PROBVS, vir clarissimus *in lamella aenea:* Aincio *(sic)* Probo vc. et Anieihe *(sic)* Probe c. [f.] *XIV 4120, 2, fortasse saeculi IIII.*

446 Anicia Postuma, Sex. f., Etril(ii) Afri (uxor) *honorata a* col(onia) Aug(usta) Gem(ella) *II 1674 t. Tuccitanus.*

447 ANICIA PROBA, clarissima femina *vide n. 445.*

448 Aninius Macer (*traditur* animo *pro* Aninio), orator Graecus, magister Marci imperatoris *vit. Marci 2, 4.*

449 M. (ANNAEVS), filius L. Annaei Senecae, nepos Helviae, blandissimus puer *Seneca ad Helviam 18, 4–6;* 'sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit, facundo patruos provocet ore duos' *Seneca epigramm. super exilio 8, 5. — Ab hoc, quem pater in exilium pulsus virum Romae reliquerat, distinguendus est alter filius,* quem Helvia avia paulo ante exilium Senecae funeraverat *Seneca ad Helviam 2, 5.*

450 L. Annaeus Cornutus (*praenomen solus servavit Charisius Gramm. Lat. I 127, ceterum* Annaeus Cornutus *sive* Cornutus), Λεπτίτης *Suidas s. v.* Κορνοῦτος, Thevestinus *Stephan. Byzant. s. v.* Θέστις *et* Τέργις. Nero eum de studiis poeticis consuluit, sed liberius locutum in insulam relegavit anno 62 *Dio 62, 29* (Nero Cornutum philosophum praeceptorem Persii in exilium fugat *Hieronym. ad a. Abr. 2083 = Euseb. Armen. 2080;* πρὸς αὐτοῦ (= Νέρωνος) ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ *falso Suidas l. l.*). Amicus et magister Persii *vit. Pers., Suet. rel. Reiffersch. p. 73, Hieronym. l. l.,* qui legatis eum honoravit *Suet. p. 74.* Carmina Persii defuncti leviter retractavit et Caesio Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edeuda *ibd.;* versum Persii mutavit veritus, ne Nero in se dictum putaret *schol. ad Pers. 1, 121.* Persius scripsit ad eum satiram quintam *(cf. schol. 5, 1. 22),* ubi adloquitur eum *v. 23 sqq., v. 36 sqq., v. 62 sqq.*

Philosophus Stoicus *Persius, Hieronymus, Suidas l. l.* Ἔγραψε πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά *Suidas.* Scripsit πρὸς Ἀθηνόδωρον καὶ Ἀριστοτέλην, περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως *(qui liber extat cf. de libris philosophicis Cornuti Zeller, Philosophie d. Griechen III 1 p. 690);* τέχναι ῥητορικαί, *quae citantur in scholiis ad Hermogen. art. rhet. cf. O. Jahn proleg. ad Pers. p. XIV.* Annaeus Cornutus in secundo librorum, quos de figuris sententiarum composuit *Gell. 9, 10, 5.* — Nonnulli grammatici — — in quibus est Cornutus Annaeus — — qui commentaria in Vergilium composuerunt *Gell. 2, 6, 1;* L. Annaeus

Cornutus in Maronis commentariis X *Charis. Gramm. Lat. I 127* = Annaeus Cornutus ad Italicum de Vergilio libro X *id. p. 125;* adnotatio eius ad *Verg. Aen. 4, 689 Macrobius 5, 19, 2; locos, ubi Cornutus memoratur apud Servium et in scholiis Veronensibus, collegit Jahn l. l. p. XVII seq.; citatur praeterea in schol. Bernens. ad Lucan. 1, 214 p. 25 Vsen.; 3, 375 p. 109; 3, 381 p. 110.* — Annaeus Cornutus de enuntiatione vel orthographia *Cassiodor. Gramm. Lat. VII 147.*

'Annaeus Cornutus libro tab. castar. patris sui' *Charisius I 201, quae verba corrupta usque adhuc non certe restituta sunt.* — (Persius) cognovit per Cornutum etiam Annaeum Lucanum, aequaevum auditorem Cornuti; nam Cornutus illo tempore tragicus fuit sectae poeticae, qui libros philosophiae reliquit *vit. Pers. p. 73, ubi verba* nam — reliquit *ineptum glossema esse perspexit Bergk.*

451 Annaeus Fidus *nominatur Seneca nat. quaest. 4 prol. 8.*

— T. Cornelius Annaeus Fuscus.

452 M. ANNAEVS LVCANVS. *Vitae eius extant duae, una (vit. 1) ex Suetonio oriunda Sueton. rel. Reiffersch. p. 50 sq., altera (vit. 2) Vaccae ut putatur p. 76 seq. ibd. Praenomen exhibet vit. 2 et Hieronym. ad a. Abr. 2079, ceterum* Annaeus Lucanus *sive* Lucanus.

Filius M. Annaei Melae et Aciliae *vit. 2, Tac. a. 16, 17, Hieronym. ad a. Abr. 2084.* Cordubensis *vit. 1. 2, Hieronym. ad a. Abr. 2079 (cf. Statius silv. 2, 7, 24–30, Martial. 1, 61, 7).* Natus est Cordubae d. 3 mens. Novembr. a. 39 *vit. 2*, octavum mensem agens Romam translatus *vit. 2*, auditor Annaei Cornuti, amicus Persii *vit. Pers. p. 73*, a Nerone cohorti amicorum additus atque etiam quaestura honoratus *vit. 1. 2*, et auguratu *vit. 2.* Simultates dein inter eum et Neronem ortae sunt, *quarum diversas causas afferunt Tac. a. 15, 49, Dio 62, 29, vit. 1 et 2, Hieronym. 2079.* Coniurationis Pisonianae particeps *Tac. l. l., vit. 1. 2,* qua detecta venas exsolvit *Tac. a. 15, 56. 57. 70, Hieronym. l. l., vit. 1,* d. 30 mens. April. anno 65 *vit. 2.* — Argentaria Polla uxor, cuius iussu scripserunt in diem natalem Lucani Statius genethliacon *Stat. silv. 2, 7 cf. praef. l. 2,* Martialis epigrammata *Martial. 7, 21–23.*

Scripsit et carmina et soluta oratione *quaedam vit. 2, Stat. 2, 7, 21–22; carmina praeter Pharsaliam haec:* laudes Neronis *vit. 1. 2;* Orphea *vit. 2, Stat. l. l. v. 59;* Iliacon *vit. 2, Stat. v. 55–56 (unde versus affert Lactant. ad Stat. Theb. 3, 641; 6, 322);* Saturnalia *vit. 2;* Catachthonion *vit. 2, Stat. v. 57 (unde fortasse versus affert Lactant. ad Stat. Theb. 9, 424, ubi traditur* Lucanus in catagonia); Silvarum X, tragoediam Medeam imperfectam, salticas fabulas XIV, epigrammata (? *traditur* et appāmata *vel* et ippamata) *vit. 2.* Prosa oratione scripsit in Octavium Sagittam et pro eo, de incendio urbis *(Stat. v. 60–61),* Epistularum ex Campania *vit. 2.* adlocutionem in Pollam *Stat. 62–63.*

Iudicia de carminibus eius *Quint. 10, 1, 90, Serv. Aen. 1, 382 (eadem fere Isidor. Orig. 8, 7, 10, schol. Bern. ad Luc. 1, 1 p. 9 Us. et Berol. p. 3 W., Iordan. Getic. 43), Fronto de orat. p. 157 seq. N.; nomine Lucani non allato Petron. 118, Mart. 14, 194. — Nominatur Tac. a. 15, 71, dial. 20, Plin. ep. 5, 3, 5, Iuvenal. 7, 79 seq.; versum nescio unde affert Martial. 10, 64, 6. Epitaphium poetae incerti in eum Anthol. lat. 668.*

453 M. ANNAEVS MAXIMVS AQVILA FVLVIANVS, clarissimus puer *VIII S. 12065 t. Muzucensis.*

454 M. ANNAEVS MELA. M. Annaeus Mela *vit. Lucan. Suet. rel. p. 76 R.,* L. Annaeus Melas *Hieronym. ad. a. A. 2084,* Mela *apud Senecam rhetorem patrem, ceterum* Annaeus Mela.

Annaei Senecae rhetoris filius *Seneca contr. pr. 1. 2. 3. 4. 7. 9. 10, ubi cum loco ultimo trium filiorum nominetur, natu minimus fuit.* Frater Senecae et Gallionis *praeter l. l. Tac. a. 16, 17, vit. Lucan., Hieronym. l. l.;* Cordubensis *vit. Lucan.* Musam rhetorem interdum solebat audire *Seneca contr. 10 praef. 9.* Eques Romanus dignitate senatoria; petitione honorum abstinuerat (*cf. Seneca ad eum contr. 2 praef. 3* 'quia video animum tuum a civilibus officiis abhorrentem et ab omni ambitu aversum'), per ambitionem praeposteram, ut eques Romanus consularibus potentia acquaretur; simul adquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes, administrandis principis negotiis. Idem Annaeum Lucanum genuerat, quo interfecto *(a. 65)* dum rem familiarem eius acriter requirit (*cf. Hieronym. l. l.* 'bona Lucani a Nerone promeretur'), accusatorem concivit Fabium Romanum — — mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur — — exsolvit venas a. 66 *Tac. a 16, 17.* Acilia uxor, Annaeus Lucanus filius. Epicharis amica *Polyaen. strat. 8, 62.*

— ANNAEVS NOVATVS *vide* L. IVNIVS GALLIO.

455 T. Annaeus Placidus *nominatur in numero amicorum M. Antonii Antii Lupi VI 1343.*

— L. Laetorius Annaeus Ruf(us).

456 M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS, vir clarissimus, triumvirum ..... *(aut capitalium aut monetalium).* tribunus leg. III Italicae, quaestor urbanus, ab actis senatus, tribunus plebis kandidatus, praetor kandidatus, curator viae Latinae, legatus leg. XI Claudiae .... *VI 1337 t. mutilus. Tribunus leg. III Italicae non ante imperatorem Marcum.*

457 (L.?) Annaeus Seneca. Lucius *dicitur in subscriptionibus libri suasor. (Bruxell.), contror. I (Antwerp.). VII (Antwerp. Bruxell. Vatican. Tolet.), IX (Antwerp. Bruxell. Vatican.), incertum confusione an recte.*

Natus aliquot annis ante Ciceronis mortem: 'omnes autem magni in eloquentia nominis excepto Cicerone videor audisse; ne Ciceronem quidem aetas mihi eripuit, sed bellorum civilium furor intra

coloniam meam me continuit' *Seneca contror. 1 praef. 11.* Cordubensis: 'duosque Senecas — — facunda loquitur Corduba' *Martial. 1, 61, 7.* Marullus praeceptor eius *Seneca contr. 1 praef. 22; 2, 2, 7; 7, 2, 11;* mortuus ante exilium filii *(a. 43) Seneca ad Helv. 12, 5.* Helvia uxor *vide Helv.*, tres liberi *Seneca ad Helv. 2, 4.* Novato, Senecae, Melae filiis dedicavit libros controversiarum et suasoriarum *praef. contr. l. 1. 2. 3. 4. 7. 9. 10.* Eius antiquus rigor *Seneca ad Helv. 17, 3;* philosophiam oderat *Seneca ep. 108, 22.*

Scripsit historias ab initio bellorum civilium paene usque ad mortis suae diem, *quod opus ipse non edidit Seneca de vita patris fragm. III p. 437 H. (Huc non pertineant quae ex* Seneca *de morte Tiberii affert Suetonius Tib. 73 incertum est neque minus, quo respiciat Lactantius instit. 7, 15, 14 laudans Senecam qui* 'Romanae urbis tempora distribuit in aetates'). Senex *(cf. praef. contr. 1, 2, praef. 10. 1)* scripsit libros controversiarum et suasoriarum. *Loci eorum codicibus non servati citantur a Quintiliano et Donato cf. Kiessling p. 526.*

458 L. ANNAEVS SENECA, consul (suff.) a. 56 *In consulatu:* Annaeus Seneca *Gaius 2, 253 = Institut. 2, 23, 4, Digest. 36, 1, 1,* L. Annaeus *tab. cer. Pomp. 22, amphora Pompeiana Natizie degli scavi 1891 p. 169. — Tribus nominibus ipse utitur Sen. benef. 4, 8, 3:* 'si quod a Seneca accepisses, Annaeo te debere diceres vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen'; Seneca *ipse se adloquitur Sen. ep. 68, 10.* L. Annaeus Seneca *Dio 59, 19, Hieronym. chron. 2082, vir. ill. II p. 835 V.;* Annaeus Seneca *sive* Seneca *alibi.*

Filius Annaei Senecae et Helviae *cf. patrem,* frater Annaei Melae et Annaei Novati, qui postea Iunius Gallio *Tac. a. 15, 73; 16, 17, Dio 60, 35, Vaccae vit. Lucani p. 76 Reiff., Hieronym. chron. 2080. 2084;* Cordubensis *Martial. 1, 61, 7, Hieronym. chr. 2082, vir. ill. l. l, cf. Sen. de matrimonio 88 III p. 434 H., Stat. silv. 2, 7, 31;* equestri ac provinciali loco ortus *Tac. a. 14, 55.* A sorore matris Romam translatus illius materno nutricio per longum tempus aeger convaluit *Sen. ad Helv. 19, 2;* in Tiberii Caesaris principatum iuventus incidit *Sen. ep. 108, 22.* Attalus et Sotio magistri eius *Sen. ep. 108, 3. 13. 17; 49, 2, Hieronym. chron. 2029, vir. ill. l. l.;* Papirium Fabianum audiebat *Sen. ep. 100.* Quaestor factus suffragante sorore matris, quae pro quaestura eius gratiam suam extendebat *Sen. ad Helv. 19, 2 sub finem imperii Tiberii ut videtur.* Anno 39 paene interiit, quod causam aliquam Gaio imperatore praesente in senatu egregie egerat *Dio 58, 19.* Anno 41 insimulatus adulterii Iuliae Livillae in Corsicam relegatus est *Dio 60, 3; 61, 10, schol. ad Iuvenal. 5, 109 cf. Tac. a. 13, 42.* Exulis fidissimus amicus Caesonius Maximus *Martial. 7, 44, 10.* Exul οὕτω τὴν Μεσσαλῖναν καὶ τοὺς Κλαυδίου ἐξελευθέρους ἐθώπευσεν, ὥστε καὶ βιβλίον σφίσι ἐκ τῆς νήσου πέμψαι ἐπαίνους αὐτῶν ἔχον, ὃ μετὰ ταῦτα ὑπ' αἰσχύνης ἀπήλειψε *Dio 61, 10.* Anno 49 *(cf. Tac. a. 14, 53)*

Agrippina uxor Claudii veniam pro eo, simul praeturam impetravit *Tac. a. 12, 8, schol. Iuvenal. l. l. (ubi falso* post triennium revocatus *dicitur).* Praeceptor Neronis *Tac. a. 12, 8, Dio 60, 32 (Zonar. 11, 10).* Claudio mortuo scripsit ἀποκολοκύντωσιν *Dio 60, 35.* Seneca et Burrus rectores imperii et iuventae Neronis *Tac. a. 13, 2. 3. 4; 14, 2, Dio 61, 3. 4. 7 (Zonar. 11, 12).* Consul (suff.) cum Trebellio Maximo *Digest., amphora Pompeiana* mense Augusto a. 56 (octavo kalendas Septembres) *Digest. 36, 1, 1* et Septembri (III non. Sept.) *tab. cer. Pomp. 22 alio collega ut videtur, cuius nomen legi adhuc non potuit cf. Sogliano, Due epigrafi anforarie Pompejane p. 4.* Anno 58 P. Suillium, qui eum variis criminibus insectatus erat, pervertit et in exilium pepulit *Tac. a. 13, 42–43, Dio 61, 10.* Anno 59 Neronem ad caedem matris incitasse dicitur, ut crimen stupri, quod cum Agrippina commisisset, aboleret *Dio 61, 12 cf. 61, 10, auctor omnino Senecae infestissimus et in hac re vix fide dignus.* Caede perpetrata Seneca ad facinus velandum pro Nerone orationem ad senatum scripsit *Tac. a. 14, 11, quae citatur Quintil. 8, 5, 18;* alias antea testificando quam honesta praeciperet vel iactandi ingenii voce principis vulgaverat *Tac. a. 13, 11.* Anno 62 mors Burri infregit Senecae potentiam; itaque a Nerone secessum petiit, quem quamquam Nero per speciem negavit, ipse ab aula se removit; instituta prioris potentiae commutavit, prohibuit coetus salutantium, vitavit comitantes, rarus per urbem, quasi valetudine infensa aut sapientiae studiis domi attineretur *Tac. a. 14, 52–56 cf. 15, 45.* Eodem anno Romanus secretis criminationibus apud Neronem eum ut C. Pisonis amicum incusaverat, sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est *Tac. a. 14, 65.* Anno 65 coniuratione Pisonis detecta quasi socius a Nerone mori iussus ipse se interfecit *Tac. a. 15, 60–65, Dio 62, 25, Sueton. Nero 35, Polyaen. strat. 8, 62, Hieronym. chron. 2082.* Fama fuit Subrium Flavum cum centurionibus occulto consilio neque tamen ignorante Seneca destinavisse, ut post occisum opera Pisonis Neronem Piso quoque interficeretur tradereturque imperium Senecae *Tac. a. 15, 65.*

De faenore ac divitiis eius agunt *Tac. a. 13, 42; 14, 53, Dio 61, 10; 62, 2;* ut homo praedives nominatur *Iuvenal. 5, 109; 10, 16,* ut liberalis *Martial. 12, 36, 8;* ager eius Nomentanus *Plin. n. h. 14, 51, Columell. 3, 3, 5.* — Ingenium illi amoenum et temporis auribus accomodatum *Tac. a. 13, 3;* crimina de moribus *Dio 61, 10.* Iudicia de Senecae eloquentia Gai imperatoris *Sueton. Calig. 53, Quintiliani instit. 10, 1. 125–131; 12, 10, 1 (13), Gellii 12, 2, Frontonis p. 155. 156. 224 N. De scriptis Senecae cf. Teuffel-Schwabe Römische Literaturgeschichte p. 694 sqq.*

Vxor Pompeia Paulina *Tac. a. 15, 60. 63. 64;* filii Marcus *(n. 449 ubi vide), alter, cuius nomen ignoratur. Senecam liberos superstites non reliquisse apparet ex mortis enarratione Tacitea.*

Omissis locis ubi scripta servata vel deperdita citantur, nominatur Tac. a. 13, 6. 13. 14. 20. 21; 14, 57; 15, 23, Sueton. Nero 52, Dio 61, 18, Quintil. instit. 8, 3, 31; 9, 2, 98, Plin. n. h. 29, 10 (auctor Plinii ind. l. 1. 6. 9. 36), Plin. ep. 5, 3, 5, Plutarch. Galb. 20, de cohibenda ira 13 p. 461 F., Tertullian. apol. 12. 50, Lactant. instit. 5, 9.

459 Annaeus Serenus (Serenus *Seneca in dialogis et ep. 63, 15, Martialis 7, 45, 2, ceterum* Annaeus Serenus) ex familiaribus Senecae *Tac. a. 13, 13,* carissimum sibi dicit *Seneca ep. 63, 14,* ut amicus proximus Senecae nominatur *Martial. 7, 45, 2;* simulatione amoris adversus Acten libertam primas Neronis adulescentis cupidines velaverat *Tac. l. l. (sub a. 55).* Praefectus Neronis vigilum *Plin. n. h. 22, 96;* multo minor quam Seneca ante eum obiit *Seneca ep. 63, 14. 15.* Scripsit Seneca ad eum de constantia sapientis *(dial. II),* de tranquillitate animi *(dial. IX), ubi nominatur II 1, 1; 5, 1, IX 2, 1; 4, 1; 17, 12; nominatur praeterea Martial. 8, 81, 11.*

460 Annaeus Statius, amicus et medicus Senecae *Tac. a. 15, 64.*

461 (ANNAEA) NOVATILLA, filia Annaei Novati *Seneca ad Helviam 18, 7.*

462 L. ANNEIVS DOMITIVS PROCVLVS, clarissimus puer, L. f., Antonii Felicis pronepos *V 34 t. Polensis, quem posuit* Antonia Clementiana avia.

463 ANNEIVS RAV(VS), vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi *VI 2010.*

463a Annianus (Annius *pars librorum*), ad quem scripsit Plinius *ep. 2, 16.*

464 Annianus, poeta aetate Gellii *Gell. 6, 7; 9, 10, 1,* fundum in agro Falisco possidebat *id. 20, 8, 1.* Scripsit Fescenninos *Auson. cento nupt. 146, 11 Sch.,* genus metri, quod Annianus Faliscum carmen inscribit *Marius Victorin. Gramm. Lat. VI 122, 12; significatur* poeta Faliscus *Terent. Maur. Gramm. Lat. VI 379, 1816 cf. 385, 1998. Ex Etruria oriundus fuisse videtur. — Fragmenta collegit Bährens Fragm. Poet. Lat. p. 374.*

465 ....VS ANNIANVS. *Titulum dedicavit anno 242 Mogontiacum, quem edidit Ihm Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande LXXXIV (1887) p. 87 sqq., retractaverunt Mommsen Limesblatt I (1892) p. 13 sqq., Domaszewski Correspondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift XI (1892) p. 230 sqq.*

L. f., tribu Fabia, [X vir stli]tibus iudicandi[s], [trib. mil. leg. ..... et I] Min(erviae) Gordianarum, in [quibus] [vi]c. leg. sustinuit, q. pr. [pr.] ....tiam, c. c. civit. adm. li..an. Haliq...ali tan...., [V]I vir turm. I eq. [Rom.], ad....n., praef. fr. dan[di] p(?)l. Ro.... et missus adv(ersus?) hh.(?) pp. in....... ad tir. legend. et arm. fabr. in [Ital.] [Mc]diol, iurid. per Cal[a]briam [Lu]can. et Br[u]ttios, leg. leg. XXI[I] [Pri]mig. p. f. Gordianae a. 242. — *Annianus, cui rescriptum est a. 242 cod. Iustian. 7, 55, 2, diversus videtur.*

— Q. ANNIVS ANNIANVS POSTVMIANVS.

— Q. CORNELIVS SENECIO ANNIANVS.

— M. MINICIVS ANNIANVS.

— C. NERATIVS FVFIDIVS ANNIANVS.

466 Annibalianus, dux clarissimus ex disciplina Probi *vit. Probi 22, 3.*

467 ANNIDIVS SEVERVS, consularis *nominatur in titulo servi VI 9146.*

468 ANNIVS, III vir a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo) *in nummis cusis intra annos 740/750 = 14/4 a. C. (cf. Mommsen Röm. MW. p. 744) Cohen I² Augustus n. 338–340. 526–528.*

469 L. Annius, dux Vespasiani bello Iudaico *Ioseph. bell. 4, 9, 1.*

469a Annius .... acus, praefectus Aegypti anno tertio Marci et Veri (162/163) vel paulo ante *papyrus Graece scripta, Aegyptische Urkunden aus den königl. Museen zu Berlin fasc. 7 n. 198.*

470 M. ANNIVS AFRINVS. *Tituli: ipse posuit imperatori Claudio legatus (Galatiae) Isaurensem III 288 emend. III S. 6799 (1); honoratus est publice ab Atheniensibus CIA III 618 (2); memoratur in fragmento t. Sclavoniensis III 4109 (3) et in inscriptione parietaria Pompeiana IV 1544 (4).*

Nummi: I) Iconii a) cum inscriptione in parte adversa Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστός, *in aversa* α) Σεβαστὴ ἐπ(ὶ) Ἀφρείνου Κλαυδεικονιέων β) ἐπὶ Ἀ..... δεικονιέων *Waddington Revue numismatique 1883 p. 46; b) in parte adversa* Ἄννιος *cum capite hominis, in aversa* Κλαυδεικονιέων *Babelon Revue num. 1887 p. 110, qui contendit imaginem Annii repraesentari. At ei opinioni usus constans aetatis imperatoriae post Augustum adversatur. II) Pessinuntis in parte adversa exhibentes plus minus integra* Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστός, *in aversa* α) ἐπὶ Ἀφρείνου *Babelon p. 114* β) μητρὸς Πεσινσουντίων *(sic)* ἐπὶ Ἀφρίνου *et* γ) ..... ἐπὶ Ἀφρείνου *Imhoof-Blumer Monnaies grecques p. 415 n. 172. 173* δ) ἐπὶ Μ(άρκου) Ἀφρίν(ου) Πεσσινουντ(ίων) *nummus male descriptus apud Mionnetum ex Sestinio IV p. 391, 106 emendatus Babelon p. 115.*

M. Annius Afrinus (Ἀφρεῖνον) *t. 2, ex emendatione t. 1, ubi traditur* M. Annius Africanus, M. Annius Afr. *t. 3,* Afrino et Africano cos. *t. 4 cf. adn. III S. 6799.* — Annius *nummus I b,* M. Afrinus *n. II δ,* Afrinus *nummi reliqui.*

Consul *t. 2* cum Africano *t. 4 suffectus a. incerto Claudii vel Neronis;* legatus Aug. Galatiae sub Claudio *t. nummi, qua legatione consularis an praetorius functus sit parum liquet.* Sub Vespasiano legatus (consularis) Pannoniae *t. 3.* — *Borghesi opp. VIII p. 5 sqq. Afrinum cum (T. Sextio) Africano anno 59 consulem fuisse demonstrare studuit. At acta Arvalium ut T. Sextium Africanum re vera consulem mense Septembri a. 59, ita collegam eius M. Ostorium Scapulam fuisse docuerunt. Itaque collega Afrini quis fuerit, ignoratur nec minus annus consulatus.*

— M. NVMMIVS CEIONIVS ANNIVS ALBINVS.

471 Q. ANNIVS ANNIANVS POSTVMIANVS, M. f., tribu Pal., quaestor urbanus, praetor, proconsul provinciae Siciliae, praefectus aerari militaris *VI 1338.*

472 [Annius?] Arminius Donatus, avus C. Annii Arminii Donati; *modo recte suppletum sit in titulo* 'Annius', pater C. Annii Flaviani; flamen perpetuus (coloniae Thamugadensis) *in titulo nepotis VIII S. 17899.*

473 [C.] ANNIVS ARMINIVS DO[NATVS], [claris]simus puer, C. Anni Flaviani filius, . . [Anni?] Arminii Donati nepos *VIII S. 17899 t. Thamugadensis.*

474 L. ANNIVS ARRIANVS, consul a. 243 cum C. Cervonio Papo. *In consulatu:* L. Annius Arrianus *dipl. mil. III 52, ceterum* Arrianus *fasti.*

475 APPIVS ANNIVS ATILIVS BRADVA, consul a. 160 cum T. Clodio Vibio Varo. *In consulatu:* Appius Annius Atilius Bradua *VI 2806, Orelli 2322,* Appius Annius Bradua *VI 162, ceterum* Bradua *fasti.* — Bradua *Philostratus.*

Consularis (Ti. Claudium Atticum) Herodem maritum (Appiae Anniae) Regillae sororis accusavit eam verberibus occidisse *Philostrat. vit. sophist. 2, 1, 18–19. Filius ergo Appii Annii Galli (n. 493), ubi vide de parentela. — Incertum est utrum ad eum an ad M. Appium Atilium Braduam pertineat tegula urbana inscripta* Appi Braduae *sine temporis nota XV 826.*

476 L. ANNIVS BASSVS, consul (suff.) XV kal. Decembres a. 70, *ut videtur,* cum C. Caecina Paeto. *Titulum dedicavit proconsul CIG 2632 Cyprium.* — *In consulatu:* L. Annius Bassus *VI 200.* L. Annius Bassus *titulus, ceterum* Annius Bassus.

Proconsul Cypri a. 52 *tit.*, legatus legionis XI Claudiae a. 69 *Tac. h. 3, 50,* consul a. 70 *v. supra;* librum de vita eius edidit Claudius Pollio *Plin. ep. 7, 31, 5.*

477 .. ANNIVS CAMARS. *Titulum ipse posuit* sibi et T. Annio ..... *XII 670 Arelatensem, hodie mutilum. Patris nomen periit,* tribu Teretina, [Xvir stlitibus] iudicandis, [sevi]r equitum Rom. turm......, [quaestor], [tribunus] [p]lebis, praetor, proconsul ...... [legatus pr.] pr. provinciae Africae. — *Potest idem esse A. Annius Camars qui sequitur; 'litterarum formae Flavianae aetati conveniunt' Hirschfeld.* T. Annius [Camars?] *filius videtur.*

478 A. ANNIVS CAMARS, tribunus plebis a. 83 *VI 449 cf. n. 477.*

479 T. ANNIVS [CAMARS?], *filius ut videtur Annii Camartis cf. n. 477.*

480 Annius Cornicula, laudator Gallieni *vita Gallieni 17, 2.*

481 L. ANNIVS FABIANVS, IIIvir capitalis, tribunus legionis II Augustae, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor, curator viae Latinae, legatus leg. X Fretensis, legatus Aug. pr. pr. provinciae Daciae *(ante imperatorem Marcum, utpote legatus praetorius) III 1455 = S. 7972 t. Sarmizegetusensis.*

482 L. ANNIVS FABIANVS, consul a. 201 cum M. Nonio Arrio Muciano. *In consulatu:* L. Annius Fabianus *VI 1603. 2129. (ex restitutione 1982. 1983), ceterum* Fabianus *fasti.* — *Idem est* [L. An]nius Fabianus salius Palatinus factus a. 189 *VI 1980, modo nomina recte restituta sint.*

483 Annius Faustus, equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, anno 69 a Vibio Crispo accusatus et damnatus *Tac. h. 2, 10.*

484 Annius Fetialis, auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 16, 33* (Fetialis). *36* (Annius Fetialis); *citatur* Annius Fetialis *de statua Cloeliae ibd. 34, 29.*

485 L. Annins Fetialis *in tegula originis incertae XV 796, quam propter formam litterarum saeculo primo tribuit Dressel; fortasse auctor Plinii.*

486 C. Annius Flavianus. *Titulus eius VIII S. 17900 (1) Thamugadensis mutilus; nominatur in titulo filii VIII S. 17899 (2).* — C. Annius Flavianus *t. 1. 2,* equo publico *t. 1;* praefectus cohortis IIII Raetorum, tribunus leg. III Italicae, praefectus alae I Flaviae Sabastenorum, donis militaribus donatus bello Germanico II ....., subpraefectus classis praetoriae Misenensis, procurator Alpium Atrectianarum *t. 1,* procurator (patrimonii *t. 2 ex restitutione*) tractus Karthaginiensis *t. 1. 2.* — *Filius vel gener* [Annii?] Arminii Donati, pater C. Annii Arminii Donati *t. 2.*

487 M. ANNIVS FLAVIVS LIBO, consul a. 204 cum L. Fabio Cilone. *In consulatu:* M. Ann(ius) Lib(o) *de Rossi Inscript. Christian. I p. 8 n. 4,* ['Αν]νίῳ Λίβων[ι] *Ross Inscript. gr. ined. II p. 44 n. 152b,* Flabius *(sic)* Libo *VI 2003, ceterum* Libo *fasti.* — *Idem est* M. Annius Flavius Libo salius Palatinus factus a. 178 *VI 1979. Potest filius esse M. Annii Libonis n. 509.*

488 M. ANNIVS FLORIANVS = IMP. CAESAR M. ANNIVS FLORIANVS AVG. *Tituli: Hispaniae II 1115 (1), Britanniae VII 1156 (2), Germaniae Brambach inscriptiones Rhenanae 1964 (3), Galliae Orelli 1036 (4), Dalmatiae III S. 10061 (5). Nummi Eckhel VII 499, Cohen VI² 239. Nomina plena exhibent tituli nummique,* Florianus *apud scriptores.*

Frater M. Claudii Taciti qui imperavit *scriptores*, germanus *vit. Tacit. 14, 1, sed quod idem biographus 17, 4 de Tacito et Floriano scribit* 'diversis patribus nati ferebantur', *rectius videtur ex nominum ratione.* Praefectus praetorio Taciti in Asia cum Scythis pugnavit *Zosimus 1, 63, Zonaras 12, 28.* Fratre interfecto imperator factus est, τῶν μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν βασιλέα Πρόβον ἑλομένων, τῶν δὲ κατὰ τὴν 'Ρώμην, Φλωριανόν. καὶ Πρόβος μὲν εἶχεν Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν, τὰ δ' ἀπὸ Κιλικίας μέχρις 'Ιταλίας Φλωριανός· ὑπήκουον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ, καὶ προσέτι γε ἅπασα Λιβύη καὶ τὰ Μαυρούσια φῦλα *Zosimus 1, 64 = Zonaras 1, 29 (ex eodem fonte), id quod probatur fere et titulis et eo quod non extant nummi Alexandrini Floriani. Quod refert biographus 14, 1* Florianum arripuisse imperium non senatus auctoritate, sed suo motu, *Florianus re vera videtur sumpsisse imperium tantum ex militum consensu. Agnitum autem esse ut in ceteris occidentis partibus ita Romae veri simile videtur.* Imp. Caesar M. Annius Florianus pius felix invictus Aug., pontifex maximus,

tribunicia potestate, consul, pater patriae, proconsul *t. 1, item t. 2. 3, nisi quod deest in his consul; in nummis honores omnino non memorantur.* Dum bellum civile contra M. Aurelium Probum parat, Tarsi a militibus occisus est *vit. Taciti 14, 2, Zosimus 1, 64, Zonaras 1, 24, Victor Caes. 36, Epitom. 36 (ubi falso* incisis a semet ipso venis), *Eusebius Armen. a. Abr. 2294, Hieronym. a. Abr. 2293 = Oros. 7, 28, Chronogr. p. 148.* Regnavit vix duobus mensibus *vit. Taciti 14, 3,* duobus mensibus et diebus viginti *Eutrop. 9, 16,* uno mense aut altero vix retenta dominatione *Vict. Caes. 36,* dies sexaginta *(Vict.) Epit.* οὐδ' ὅλον τρίμηνον ἀνύσας *Zonaras 12, 29,* dies LXXXII *Euseb. Arm.,* dies LXXXIIII *Cassiodor. chr.,* dies LXXXVIII *Chronogr., Hieronym.,* tertio mense extinctus *Oros. Regnavit igitur duos fere menses vel paulo amplius aestate anni 276 cf.* ἐν τῷ θέρει γινομένου καύματος *Zosimus 1, 64, 2.*

489 P. Annius Florus. 'P. Annii Flori Virgilius orator an poeta incipit' *inscriptum est in codice Bruxellensi, qui praefationem declamatoriam et initium declamationis de quaestione, utrum Vergilius maior orator an poeta fuerit, exhibet. Vt inde apparet,* Florus poeta ac rhetor ex Africa oriundus Romae puer in ludis Capitolinis a Domitiano *(a. 86/96)* corona privatus erat; unde Roma relicta post multos errores tandem in urbe Hispaniae *(probabiliter Tarracone)* consedit. Triumphum Dacicum *(scilicet Traiani a. 102 vel 106)* versibus celebravit.

Idem sine dubio est Florus poeta, qui versibus cum Hadriano certavit *vit. Hadrian. 16;* Annius Florus ad divum Hadrianum *citatur Charis. Gramm. Lat. I 35, 14; 140, 6,* Florus ad divum Hadrianum *ibd. 123, 7.* Floro poetae *tribuuntur carmina Antholog. lat. 87. 245–252.*

Auctor libelli historici qui inscribitur epitoma de T. Livio bellorum omnium annorum DCC *vel* epitoma de T. Livio *nominatur* Iulius Florus *in codice Bambergensi,* L. Ann(a)eus Florus *in codice Nazariano et in plerisque aliis (cf. Jahn praef. p. XXXVII).* Scripsisse se aetate Hadriani ipse testatur *Flor. praef. 8. Quod ex temporum ratione per se veri simile videtur, certe demonstrare licet (quamvis adhuc haud satis sit demonstratum) proprietatibus sermonis collatis quae sunt communes declamationi et libello historico, auctorem utriusque opusculi esse eundem. Itaque vera auctoris epitomes nomina in codicibus plus minus depravata sunt.*

490 Annius Fuscus, filius curatoris Aquini, maritus Lampridiae, pater Pescennii Nigri, qui imperium sumpsit *vit. Pescennii Nigr. 1, 3 dubia fide.*

491 ANNIVS GALLVS, dux Othonis contra Vitellianos *Tac. h. 1, 87; 2, 11. 23. 44, Plutarch. Oth. 5. 7. 13;* post pugnam apud Betriacum a Muciano dux contra Germanos electus *Tac. h. 4, 68,* legatus Germaniae superioris a. 70 *ibd. 5, 19; nominatur ibd. 2, 33. Cf. n. 492.*

492 APPIVS ANNIVS GALLVS, consul suffectus a. incerto. Appio Annio Gal[lo] L. Verulano Sever[o] [cos.] X k. Septembres *VI 10055, Borghesi opp. V 324 probabiliter coniecit collato Tac. a. 14, 26 suffectos esse sub finem imperii Neronis (a. 65—68) et Appium Annium Gallum esse eundem qui* Annius Gallus *(n. 491) apud Suetonium et Tacitum.*

493 APPIVS ANNIVS GALLVS. *Titulus ei publice positus est ab Eleis in exedra Herodis Attici Olympica cf. Dittenberger, de Herodis Attici monumentis Olympicis, index scholarum Halensis a. 1892 p. VI (t. 1); memoratur in t. Eleusinio Appiae Anniae Regillae filiae* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *III (1885) p. 152 n. 28 (2) et in t. Attico neptis CIA III 1333 b (3) emendato a Dittenbergero l. l. p. XV.*

Nomina plena exhibet t. 1, Appius *t. 2. 3.* Quaestor, praetor *t. 1,* consul *t. 1. 2. 3,* pontifex *t. 1. 2;* pater Appiae Anniae Regillae Atiliae Caucidiae Tertullae, uxoris Ti. Claudii Attici Herodis *t. 1. 2. 3.* Filius: Appius Annius Atilius Bradua *n. 475.* Ἄππιος Ἄννιος Ἀπολαυστιανός *et* Ἄννια Εὐτυχιάς *in t. Nemausensibus XII 3406 liberti sunt vel ipsius vel unius ex posteris.*

Quae necessitudo intercedat inter hunc et Appium Annium Trebonium Gallum consulem a. 108 pro certo diiudicari non potest. Vnum hominem intellegendum esse iure negavit Dittenberger p. VII l. l. propter nimium quinquaginta duorum annorum spatium, quod inter patris (a. 108) et Atilii Braduae filii (a. 160) consulatus intercederet, si Regillam et Braduam consulis illius filios statueremus. Itaque veri simillimum videtur Appium Annium Trebonium Gallum cos. a. 108 patrem esse Appii Annii Galli, avum Appiae Anniae Regillae et Appii Annii Atilii Braduae. Neque minus probabiliter coniecit Dittenberger p. VIII Appium Gallum cos. desig(natum), *qui memoratur in senatus consulto de Cyzicenis III S. 7060 facto sub Antonino Pio esse eundem de quo hic agitur atque consulem suffectum fuisse sub initium imperii Antonini. Nam quod in diplomate militari III 41 p. 883 cf. III S. p. 1988 dato intra a. 149/153 nominantur* Marcellus et Gallus cos. *et inde SC. conditum putatur et ipsum circa a. 149/153, ex nudo Galli cognomine satis vulgari nequaquam sequitur hunc quoque consulem tribuendum esse genti Anniae.*

494 Sex. Annius Gallus *nominatur in t. servi XI 1953 Perusino; eiusdem libertus videtur* Sex. Annius Euryalus *in altero Perusino XI 2030.*

495 ANNIVS HONORATVS, L. Anni Italici Honorati et Gavidiae Torquatae filius *memoratur in titulis patris III 1071. 1072.*

496 Annius Honoratus, *t. graecus mutilus Lebas-Waddington 2316;* .... Ἄννιον Ὀνορᾶτον .... [ἔ]παρχον εἴλης .... *Parentela coniunctus videtur cum L. Annio Italico Honorato, fortasse pater.*

497 ANNIVS ITALICVS, L. Anni Italici Honorati et Gavidiae Torquatae filius *memoratur in titulis patris III 1071. 1072. Cf. n. 498.*

498 L. ANNIVS ITALICVS ....ATVS. *In fragmento t. urbani Bullettino comun. 1885 p. 166 n. 1098 haec fere agnosci possunt:* L. Annio L. f. Quir. Italico ....ato c. v. [XVvir. sacris fa]ciund. cos. ..... quaest. k(andidato) ... [X] [v]ir. stlitib. iudicandis ..... *Cum hic videatur filius L. Annii Italici Honorati idem qui dicitur alibi* Annius Italicus *(cf. n. 497), non poterit suppleri* Honoratus, *cognomen alterius filii.*

499 L. ANNIVS ITALICVS HONORATVS. *Tituli: ipse posuit t. Apulenses praeter dedicationem gemellos III 1071 (1). 1072 (2) intra annos 211/222; ei positus est in legatione Moesiaca Tomitanus III 6154 (3), per eum anno 224 dedicatus t. Moesiae inferioris III 6224 = corr. III S. 7591 (4).*

Plena nomina exhibent t. 1. 2. 3, Annius Italicus *t. 4.* L. f., tribu Quir. *t. 3.* IIII vir viarum curandarum, sevir turmarum equitum, quaestor provinciae Achaiae, tribunus plebis, praetor qui ius dicit inter civis et civis et peregrinos, curator viae Lavicanae et Latinae veteris, iuridicus per Flaminiam et Vmbriam *t. 3,* legatus legionis XIII geminae *t. 1. 2. 3,* praefectus aerarii militaris *t. 1. 2. 3 intra a. 211/222,* curator operum publicorum, consul (suff.), leg. Aug. pr. pr. provinciae Moesiae inferioris sub Severo Alexandro *t. 3* anno 224 *t. 4.* — Sodalis Hadrianalis *t. 1. 2. 3;* curator Neapolis et Atellae *t. 3.* — *Cura operum publicorum praetorius an consularis functus sit neque ex titulo 3, qui honores ordine inverso exhibet, neque per se diiudicari potest.*

Gavidia Torquata uxor, liberi Annii Italicus et Honoratus et Italica *t. 1. 2.*

499a L. ANNIVS ITALICVS RVTILIANVS, clarissimus puer, Italici filius *XI 5808 t. Iguvinus.*

500 C. ANNIVS LAEVONICVS MATVRVS, clarissimus vir; *nomina plena extant in fistula plumbea originis incertae Lanciani sylloge aquar. n. 487, in altera urbana servata sunt* .... vonici Maturi c. v. *Bullettino comunale 1886 p. 103 n. 1155.*

501 L. ANNIVS LARGVS, consul (suff.) a. 109 cum P. Calvisio Tullo *VI 2016 = XIV 2242 (fasti feriarum Latinarum).*

502 L. ANNIVS LARGVS, consul a. 147 cum C. Prastina Pacato Messalino. *In consulatu:* L. Annius Largus *IX 4957, XIV 280, XV 960;* Annius Largus *IX 1573, ceterum* Largus *fasti.*

503 L. ANNIVS LARGVS, salius Palatinus exiit collegio flamen factus a. 170 *VI 1978, filius ut videtur L. Annii Largi consulis a. 147.*

504 L. Annius Largus *nescio quis t. dedicavit Lorii XI 3730, idem videtur* Annius Largus, *cuius* iter privatum *memoratur in t. ibidem reperto XI 3743.*

505 L. (Annius) Largus *nescio quis memoratur in t. filii XI 1920 cf. n. 506.*

506 T. Annius (Largus?), L. Largi f. *t. dedicavit XI 1920 (tabulam votivam Perusinam).*

507 C. ANNIVS LEPIDVS MARCELLVS, in honorem memoriae *eius dedicavit* colonia Cordubensium *t. II S. 5522 Cordubensem.* C. (Annii) et Quintiae P. f. Gallae filius, triumvir kapitalis *t.*

508 M. ANNIVS LIBO, consul a. 128 cum Torquato Asprenate II *memoratur in tegulis urbanis XV 512. 513 (a. 134). 514. In consulatu:* Annius Libo *VI 10048, ceterum* Libo *fasti.* — Annius Libo *in tegulis, vit. Marci 1, 3; praenomen innotuit per filium cf. n. 509.* — Patruus Marci imperatoris *vit. Marc. l. l., filius ergo M. Annii Veri et Rupiliae Faustinae;* consul *ibd., v. supra. Pater M. Annii Libonis qui sequitur, et Anniae Fundaniae Faustinae.*

509 M. ANNIVS LIBO, M. f. *(filius consulis cognominis a. 128),* tribu Galeria, *nominatur inter testes senatus consulti de Cyzicenis sub Antonino Pio III S. 7060. Idem videtur* Libo patruelis imperatoris Marci ab eo temporibus belli Parthici legatus in Syriam missus, qui ibi periit *(circa a. 165) vit. Veri 9, 2.* Libonis uxorem invito Marco Verus dedit Agaclyto liberto *ibd. 9, 3.* — *Vel idem vel certe parentela coniunctus fuit* M. Annius Sabinus Libo; *filius potest esse* M. Annius Flavius Libo *cos. a. 204.*

510 L. [ANNIVS] LONGVS, tribu Teretina, clarissimus vir, Vibiae Se[renae?] maritus, L. Annii Tulli pater *memoratur in t. filii XII 5804 Arelatensi.*

511 Appius Annius Marsus *memoratur in fistulis plumbeis urbanis Lanciani syll. aquar. n. 431. 432; in altera:* Appi Anni Marsi, Volusi Saturnini. *Idem nominatur in t. Perusino XI 1940, quem posuit* Anniae Marsi filiae Appius Annius Priscus patronae. *Homo nobilis videtur.*

512 L. ANNIVS MAXIMVS, salius palatinus factus a. 191 *VI 1980.*

513 L. ANNIVS MAXIMVS, clarissimus vir *in fistula urbana Lanciani syll. aquar. n. 273.*

514 L. An[ni]us Maximus, (L. Annii) Modesti filius, tribu Quirina, Rusuccuritanus, eques Romanus; aedilis, quaestor, flaminicius duumviralisque (Rusuccuru); L. Annius Modestus filius *Ephem. ep. 7, 481 t. Mauretan. Caesar.*

515 L. Ann[iu]s Modest[us], filius L. Annii Maximi, nepos (L. Annii) Modesti *Ephem. ep. 7, 481 cf. n. 514.*

— CL(AVDIVS) ANN(IVS?) N[AT]ALIANVS.

516 C. ANNIVS PERCENNIANVS, frater Arvalis a. 231 *VI 2108.*

517 Annius Plocamus, libertus, qui sub Claudio principe maris Rubri vectigal a fisco redemerat *Plin. n. h. 6, 84 = Solin. 53, 8.* — Annius Plocamus, *qui memoratur in tegula urbana saeculi I XV 798, item* .. Annius Plocamus *(praenomen periit) in fragmento fistulae plumbeae urbanae Lanciani syll. aquar. n. 573 potest esse idem atque libertus. Eiusdem libertus videtur* P. Annius Plocami l. Eros *X 2389 t. Puteolanus.*

518 ANNIVS POLLIO et (Annius) Vinicianus filius eius anno 32 simul maiestatis postulati sunt, 'clari genus atque idem summis honoribus'; sed Tiberius causam eorum distulit *Tac. a. 6, 9. Cum ex verbis Taciti appareat Pollionem consulem fuisse, ad eum spectare videtur VI 14221:* IIII non. Sept. Blando et Pollione cos. *Consul igitur suffectus mense Septembri anni incerti saeculi primi ineuntis. — Sive idem sive pater videtur C. Annius Pollio n. 520.*

519 ANNIVS POLLIO a. 65 coniuratione Pisoniana detecta in Neronem coniurasse defertur *Tac. a. 15, 56;* infamatus magis quam convictus in exilium actus est *ibd. 15, 71.* Maritus Serviliae, Bareae Sorani filiae *ibd. 16, 30. Filius videtur Annii Pollionis n. 518.*

520 C. ANNIVS POLLIO. Monumentum libertorum et libertarum et familiae C. Anni C. f. Cor. Pollionis *VI 7395 aetatis Augusti cf. n. 7398, ubi indicatur a. 1 p. C., memoratur in t. eorum VI 7396–7404. — Vel idem videtur atque Annius Pollio a. 32 accusatus (cf. n. 518) vel pater eius. Cuius filius cum nominetur* Annius Vinicianus *et in fragmento tituli VI 7401 ex eodem monumento* Vinicia *quaedam t. posuerit* sibi et Annio V.... *(marito vel filio), veri simile est matrem vel aviam Viniciani fuisse e gente Vinicia.*

521 .. Annius Postum[us], procurator Augusti a bybliothecis, procurator vicesimae magister, procurator Augusti [ad ann]onam Ostiis, procurator Augusti Pannoniae inferioris *t. nuper repertus Saldis in Mauretania.*

522 ANN[IVS] [PV]BLICIVS HONORATVS, clarissimus vir *in fistulis plumbeis originis incertae Lanciani syll. aquar. n. 506:* ... ANN ...... LICI HONORATI C. V., *n. 507:* .. BLICI HONORAT ....

523 L. ANNIVS RAVVS. *Titulus eius mutilus VI 1339 (1), memoratur in fastis Saliorum VI 1978 (2).*

Plena nomina exhibet t. 2. ...... Ravus *t. 1.* L. f., tribu Arn. *t. 1,* triumvir monetalis aere argento auro flando feriundo, quaestor candidatus imp. Caes. M. Aureli Commodi *(hoc nomen in lapide erasum est)* Antonini Aug. Pii Felicis, praet., [cos.] *t. 1.* — Pontifex, salius Palatinus *t. 1,* exauguratus a. 170 *t. 2;* patronus sodalium Herculanorum *t. 1. — Sine idonea causa idem putatur Anneius Rav(us) n. 463.*

— C. CAERELLIVS FVFIDIVS ANNIVS RAVVS POLLITTIANVS.

524 [AN?]NIVS RV[FIN]VS, clarissimus vir, qui Thysdrum ex indulgentia principis curat *(= curator coloniae Thysdritanae) VIII 51 t. Thysdritanus, 'litteris medio saeculo tertio non posterioribus' Wilmanns qui vidit.*

525 Annius Rufinus, vir egregius, procurator et praefectus Alpium maritimarum *XII 78 t. Ebrodunensis, cuius lectio non satis certa est. Nomen imperatoris periit, ad Diocletianum t. rettulit Hirschfeld.*

526 Annius Rufus, procurator Iudaeae eo tempore quo Augustus mortuus est *(circa a. 12—15 p. C.), Ioseph. ant. 18, 2, 2.*

527 Annius Rufus, L. f., tribu Ouf., patronus Canusinorum *IX 340 cf. Anniam Rufinam.*

528 M. ANNIVS SABINVS LIBO, clarissimus vir, curator Lavinii *memoratur in t. Lavinate XIV 2070, qui dedicatus est* divo Antonino Aug. (= *Antonino Pio*). *Omnino parentela coniunctus cum M. Annio Libone n. 509.*

529 ANNIVS SEVERVS, socer Gordiani (I) qui imperavit *vit. Gord. 6, 4.*

530 Annius Severus, ad quem scripsit Plinius *ep. 3, 6 et 5, 1.*

531 APPIVS ANNIVS TREBONIVS GALLVS, consul a. 108 cum M. Atilio Metilio Bradua. *In consulatu:* Appius Annius Trebonius Gallus *VI 680,* Appius Annius Gallus *VI 29631*, Annius Gallus *II 179, ceterum* Gallus *fasti. — De posteris vide in Appio Annio Gallo n. 493.*

532 L. ANNIVS TVLLVS, clarissimus puer, L. [Anni] Tere(tina) Longi clarissimi viri et Vibiae Se[renae?] clarissimae feminae filius obiit ann. I mens . . . . . *XII 5804 t. Arelatensis.*

533 ANNIVS VERVS, proavus paternus Marci imperatoris, ex Succubitano municipio *(an* Vccubitano? *cf. Kubitschek, Imperium Romanum tributim descriptum p. 182)* ex Hispania factus senator, praetorius (obiit) *vit. Marci 1, 4.*

534 M. ANNIVS VERVS *nescio quis memoratur in t. servi VI 16906.*

535 M. ANNIVS VERVS, consul III a. 126 cum C. Eggio Ambibulo. *Titulus eius fuisse videtur VI 1340 (1), ubi nomina eius probabiliter supplevit Henzen; memoratur in actis Arvalium a. 105 VI 2075 (2), in t. Beneventano IX 1617 (3), in carmine VI 9797 (4), in tegulis urbanis XV 245. 246 (anni 135); 453. 454 (anni 123); 455 (anni 134); 478. 479 (anni 123); 480—486; 799. 800. 805. 806 (anni 123); 807. 808. 809.*

In consulatu: a) primo Annius Verus *Digest. 48, 8, 6; b) altero a. 121* Annius Verus *XV 344*, *ceterum* Verus *fasti; c) tertio a. 126* M. Annius Verus *VI 970,* Annius Verus *VI 4225 XV 109. 506. 554, ceterum* Verus *fasti.* — M. Annius V[erus] *t. 2,* Annius Verus *t. 3,* Verus *t. 4,* M. Annius Verus *sive* Annius Verus *in tegulis.* — Annius Verus *vit. Pii 1, 6, vit. Marci 1, 2, Dio 69, 21;* Verus *Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 1.*

Filius Annii Veri praetorii *(n. 533)*, adscitus in patricios a Vespasiano et Tito censoribus *vit. Marci 1, 2.* Consul I *suffectus a. incerto sub Domitiano Digest. 48, 8, 6;* consul II ordinarius a. 121 cum Augure *fasti;* praefectus urbi *t. 1, 3, vit. Marci 1, 2, Dio 69, 21 (Zonar. 11, 24) probabiliter circa a. 121, cum ea aetate alter consulatus cum praefectura urbana iungi soleat;* consul III a. 126 cum C. Eggio Ambibulo *fasti;* ter consul *t. 1, 4, Dio l. l. (falso* iterum consul *vit. Marci 1, 2).* — Frater Arvalis adfuit in collegio a. 105 *t. 2.* — *In vivis eum fuisse anno 135 docent tegulae v. supra; interfuisse senatui, cum Antoninus gener ab Hadriano adoptaretur, (id est a. 138) ponit narratiuncula per se satis inepta vit. Pii 4.*

Vxor Rupilia Faustina *vit. Marci 1, 4;* liberi: (M.) Annius Verus

(n. 536), M. Annius Libo *(n. 508)*, Annia Galeria Faustina nupta Arrio Antonino qui imperavit. Annio Vero filio mortuo M. Annium Verum nepotem, qui postea imperavit, adoptavit et educavit *vit. Marci 1, 10. — Memoratur a Marco* εἰς ἑαυτόν *1, 1.*

536 (M.) ANNIVS VERVS, filius M. Annii Veri ter consulis *(n. 535)*, pater Marci imperatoris, praetorius decessit *(circa a. 130) vit. Marci 1, 1.* Vxor Domitia Lucilla *in tegulis inscriptis* Domitia Lucill. Veri *et* Lucilla Veri *XV 131. 617–619. 1068. 1071. 1072. 1077. 1078. 1080–1082. 1085. 1086. 1089. 1090, quae apud biographos (vit. Marci 1, 3; 6, 9, vit. Didii Iulian. 1, 3) dicitur* Domitia Calvilla *cf. D 158. De moribus Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 2. 17.*

537 M. ANNIVS VERVS = IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. Filius (M.) Annii Veri praetorii et Domitiae Lucillae, Calvisii Tulli bis consulis filiae, nepos M. Annii Veri consulis III a. 126 *vit. Marci 1. Ceterum vide de parentela stemma, quod subiecimus.* Natus est Romae in monte Caelio die 26 mens. April. a. 121 *vita 1, 3, fasti Philocali I p. 340; cf. Dio 71, 33 et 34:* mortuus die 17 mensis Martii anni 180 vixit octo et quinquaginta annos mensesque decem ac dies viginti et duos. Principio aevi sui nomen habuit Catilii Severi, materni proavi, post excessum vero patris ab Hadriano Annius Verissimus vocatus est, post virilem autem togam Annius Verus *vita 1, 9;* Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος. *Dio 69, 21. Quae de Catilii Severi nominibus traduntur, ita intellegenda videntur, ut secundum morem illius aetatis Marcus nominibus propriis addiderit nomina proavi materni, ut fieret homo* πολυώνυμος, *id quod postea repudiavit. Verissimum per iocum ab Hadriano nominatum esse confirmat Dio 69, 21, quamquam etiam in nummo graeco (cf. Eckhel VII p. 69)* Verissimus Caesar *invenitur; praeterea* Verissimus *dicitur in inscriptione apologiae 1, 1 Iustini Martyris (inde Eusebius histor. ecclesiast. 4, 18),* Verissimus Caesar *Eusebius Armen. chron ad a. Abr. 2164 = Hieronymus 2165 = Syncellus p. 663, 3, qua appellatione Eusebius memor Iustini videtur usus esse.*

Hadrianus ei sexenni honorem equi publici detulit, octavo aetatis anno in saliorum collegium rettulit *vita 4, 1.* Patre mortuo *(circa a. 130)* ab avo paterno adoptatus et educatus est *vita 1, 10.* Vsus est magistris ad prima elementa Euphorione litteratore et Gemino comoedo, musico Androne eodemque geometra; usus praeterea *(puer vel adulescens)* grammaticis Graeco Alexandro Cotiaeensi *(cf. Marcum* εἰς ἑαυτόν *1, 10)*, Latinis Trosio Apro et Pollione et Eutychio Proculo Siccensi; oratoribus usus est Graecis Aninio Macro, Caninio Celere et Herode Attico, Latino Frontone Cornelio *vita 2, 2–4.* Audivit philosophos Apollonium Chalcedonium *(Marcus 1, 8)*, Sextum Chaeronensem Plutarchi nepotem *(Marcus 1, 9)*, Iunium Rusticum *(Marcus 1, 7)*, Claudium Maximum *(Marcus 1, 15)*, Cinnam Catulum *(Marcus*

1, 13), Claudium Severum *vita 2, 7—3, 3 cf. Dio 72, 35.* Studuit et iuri audiens L. Volusium Maecianum *vita 3, 6* et pingendo Diogneto magistro operam dedit *vita 4, 9 (Marcus 1, 6).*

Quinto decimo aetatis anno (a. 135/136) virilem togam sumpsit statimque ei L. Ceionii Commodi *(qui a. 136 ab Hadriano adoptatus L. Aelius Caesar dictus est)* filia desponsata est ex Hadriani voluntate; nec multo post *(anno fere 137)* praefectus feriarum Latinarum fuit *vita 4, 5-6.* Post obitum L. Caesaris *(kal. Ianuariis a. 138)* Hadrianus, cum successorem imperii quaereret neque idoneus, utpote decem et octo annos agens, Marcus haberetur, amitae *(cf. stemma)* Marci virum T. Aurelium Fulvum Boionium Arrium Antoninum ea lege in adoptionem elegit (d. 25 mens. Febr. a. 138 *vit. Pii 4, 6),* ut ille M. Annium Verum et L. Commodum, filium L. Aelii Caesaris sibi adoptaret *vita 5, 1, Dio 69, 21, vit. Pii 4, 5, Veri 2, 2, Severi 20, 1; nominibus vel adoptionibus confusis vit. Hadriani 24, 1, Aelii 5, 12; 6, 9; 7, 2.* Hadriano ferente gratia aetatis facta quaestor est designatus *vita 5, 6, vit. Pii 6, 10.* Post excessum Hadriani *(d. 10 mens. Iulii a. 138)* Antoninus per uxorem Marcum sciscitatus est et ei dissolutis sponsalibus, quae antea cum filia L. Aelii Caesaris inierat, Faustinam filiam despondit *vita 6, 2, minus recte et confuse vit. Aelii 6, 9, Veri 2, 3.* Quaestor *(d. 5 mens. Decembris 138 usque ad d. 4 m. D. 139)* ludum gladiatorium in honorem Hadriani avi edidit *vita 6, 1.* Antoninus eum adhuc quaestorem (a. 139) petente senatu consulem designavit *vita 6, 1, vit. Pii 6, 9* et Caesaris appellatione donavit et sevirum turmis equitum Romanorum iam consulem designatum creavit et edenti cum collegis ludos sevirales adsedit et in collegia sacerdotum iubente senatu recepit *vita 6, 3;* frater Arvalis, magister collegii a. 145 *VI 2085, Ephem. ep. 8 p. 332.*


Ab Antonino adoptatus et Caesar nuncupatus dicitur in monumentis Italiae plerumque M. Aelius Aurelius Caesar *(cf. acta Arval.) sive* M. Aurelius Caesar *(sic in nummis commatis Romani);* M. Aelius imp. Titi Aelii [Hadriani An]tonini f. Pap. Aurelius Ve[rus] *in senatus consulto de Cyzicenis III S. 7060.* M. Aelius Aurelius Verus Caesar *in titulis provinciarum veluti II 1169, III 3007, VIII 228. 229. 10592 sive* M. Aurelius Verus Caesar *veluti III 6162, X 7473, item additur* Verus *in nummis graecis cf. Eckhel VII p. 69.*

Consul I cum Antonino III a. 140 *fasti,* Antoninus secundum etiam eum consulem designavit, cum ipse quartum inierit *vita 6, 4;* consul II cum Antonino IIII a. 145 *fasti.* Post haec Anniam Galeriam Faustinam duxit uxorem *vita 6, 6; 16, 7 a. 145, ut ex iis, quae de tribunicia potestate constant, colligitur;* quas nuptias Pius celeberrimas fecit *vit. Pii 10, 2.* Suscepta filia *(a. 146 Annia Galeria Aurelia Faustina)* tribunicia potestate donatus est atque imperio extra urbem proconsulari, addito iure quintae relationis *vita 6, 6; die 10 mensis*

Decembris a. 146 Marcum tribuniciam potestatem accepisse titulis nummisque constat, cf. nummos Cohen III^2 p. 76 n. 771: Aurelius Caesar Aug. Pii f., *in aversa exhibentes* trib. pot. XV, cos. II, desig. III *cusos intra d. 10 mensis Dec. a. 160 et d. 1 mensis Ianuarii a. 161, et n. 773–783 in aversa* trib. pot. XV cos. III *cusos intra m. Ianuarium et Martium a. 161.* Consul III cum L. Aurelio Commodo II a. 161 *fasti.* — A. 138 ab Antonino in Tiberianam domum transgredi iussus *vita 6, 3* per viginti et tres annos in domo patris moratus est, nec praeter duas noctes per tot annos ab eo mansit diversis vicibus *vita 7, 2.*

Post mortem Pii die 7 mensis Martii a. 161 imperium adeptus *(qui dies imperii colligitur ex Dione 71, 33 collato ibd. c. 34)* statim L. Aelium Aurelium Commodum fratrem participem imperii fecit, tuncque primum Romanum imperium duos Augustos habere coepit *vita 7, 5, vit. Veri 3, 8, Aelii 5, 13, Eutrop. 8, 9, Victor Caes. 16, Epitom. 16.* Ipse nomen Antonini sumpsit et fratrem Verum appellavit *vita 7, 6–7 (ubi perperam pergit biographus* 'addito Antonini nomine', *rectius vita Veri 4, 1).* Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Aug. *in titulis nummisque, raro veluti VI 1012* Imp. Caes. M. Aelius Aurelius Antoninus Aug. Post mortem Veri *(a. 169 ineunte)* Marcus solus rem publicam tenuit *vita 16, 3, Eutrop. 8, 11;* die 27 mens. Novembris a. 176 Commodum imperatorem nuncupavit et paulo post imperii consortem fecit *vita Comm. 2, 4; 12, 4.* Mortuus est die 17 mensis Martii a. 180 *Dio 71, 33, Tertullian. Apologetic. 25,* Sirmii *Tertullian. l. l. vel* Vindobonae *Victor Caes. 16, Epitom. 16. — De liberis Marci vide in uxore.*

Subiecimus stemma Anniorum Verorum:



538 M. ANNIVS VERVS, filius imperatoris M. Aurelii Antonini et Faustinae Augustae. *Titulus eius VIII S. 11323 Sufetulanus, nummi Eckhel VII p. 83, Cohen III^2 p. 132. 169.* — M. Annius Verus *t.,* Annius Verus Caes. *vel* Verus Caes. *nummi;* Verus *vit. Commodi 1, 10 (ubi falso* cum fratre Severo *traditur),* Verus Caesar *vit. Marci 21, 3;* Verissimus *Herodianus 1, 2, 1 fortasse filium cum patre confundens.*

Natus est a. 163 *(qui annus ex tempore mortis efficitur).* Petente L. Vero ex oriente reverso, ut filii Marci Caesares nuncuparentur *vit. Marci 12, 8,* Commodus et Verus simul Caesares appellati sunt die 12 m. Octobris a. 166 *vit. Comm. 1, 10; 11, 13 cf. numm.* Dum Marcus ad bellum Marcomanicum proficisci parat, sub ipsis profectionis diebus (a. 169) in secessu Praenestino agens filium Verum Caesarem exsecto snb aure tubere septennem amisit, quem non plus quinqne diebus luxit iussitque, ut statuae filio mortuo decernerentur et imago aurea circensibus per pompam ferenda, et ut saliari carmini nomen eius insereretur *vit. Marci 21, 3–5.*

539 Sex. Annius Verus, C. f. *XII 506 t. Aquis Sextiis positus.*

540 ANNIVS VINICIANVS (Vinianus Annius *codex Mediceus Taciti,* Ἄννιος *Dio), filius ut videtur L. Annii Viniciani,* gener Domitii Corbulonis nondum senatoria aetate, sed pro legato quintae legioni impositus a. 63 *Tac. a. 15, 28, Dio 62, 23.* Anno 65 Corbulo eum Romam misit specie, ut Tiridatem in urbem deduceret, re vera ut obsidem fidei suae; Nero eum ante praeturam consulem fecit *Dio l. l. Consul suffectus a. 66 vel 67. Ad eum pertinere videtur* coniuratio Viniciana posterior Pisoniana Beneventi conflata atque detecta *Sueton. Nero 36 cf. Henzen, Acta arvalium p. 115.*

541 L. ANNIVS VINICIANVS *memoratur in actis Arvalium anni 38 VI 2028 (1) et anni 40 VI 2030 (2) corr. Ephem. ep. 8 p. 324. Plena nomina extant in t. 1, in tabula 2 extant* .... nnius Vinicianus *v. 17,* ... nicianus *v. 1,* .... cianus *v. 26;* Annius Vinicianus *Dio,* Vinicianus *Tacitus,* Ἄννιος Μινουκιανός *errore Iosephus.*

Filius Annii Pollionis; anno 32 pater filiusque 'clari genus atque idem summis honoribus' (= *consulares*) maiestatis postulati sunt, sed Tiberius distulit causam *Tac. a. 6, 9. Consul igitur suffectus anno incerto ante a. 32.* Anno 39 frater Arvalis cooptatus *t. 1* collegio adfuit a. 40 *t. 2.* Cum Cassio Chaerea aliisque coniurationem in Gaium imperatorem iniit *Ioseph. ant. 19, 1, 3. 9. 13. 19; 19, 4, 3.* Fuit in numero eorum qui post necem Gai imperio digni habiti sunt *Dio 60, 15.* Anno 42 Camillum Scribonianum ad defectionem impulit, et postquam res secus cessit, ipse se interemit *Dio l. l. (Zonar. 11, 9).*

— Cn. Domitius Annius Vlpianus.

542 Annia *(incertum cuius aetatis)* vidua alteri viro nubere noluit *Seneca fr. 75 H.*

543 Annia, edictum, quod dicebatur Augusti ad Anniam pertinens *memoratur Plin. ad Traian. 65, 3.*

544 ANNIA ALEXANDRIA, [clarissima femina], coniunx L. Steii Aemiliani viri clarissimi *VI 1341.*

545 APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA. *Tituli: publice ab Eleis ei positus t. Olympicus in exedra Ti. Claudii Herodis Archäologische Zeitung 1878 p. 95 n. 152 (1), sepulcralis CIA*

III 1333 emendatus a Dittenbergero, commentatio de Herodis Attici monumentis Olympicis p. XV (2).

Ἀππίαν Ἀννίαν Ἀ[τ]ιλίαν Ῥήγιλλαν Ἐλπινείκην Ἀγριππεῖναν Ἀτρίαν Π[ῶ]λλαν *t. 1*, [Αππία Ἀννί[α] [Ατ]ειλία [Ῥήγιλλα] [Αγρ]ιππεῖ[ν]α Ἐλπι-[νείκη] Ἀτρία Πῶλλα *t. 2*, Elpinice *Philostratus vit. soph. 2, 1, 22.* Ti. Claudii Attici Herodis et Appiae Anniae Regillae filia *t. 1. 2*, uxor L. [Vi]bullii Hipparchi *t. 2.* Superstes matri *(defunctae a. 160/161) IGI 1389 I v. 15 (vide in matre)* mortua est ante patrem *Philostratus l. l.*

546 ANNIA CORNIFICIA FAVSTINA (Annia Cornificia *vit. Marci 1, 8;* Annia Faustina *in tegulis*), soror natu minor Marci imperatoris *vit. Marci 1, 8; filia igitur M. Annii Veri et Domitiae Lucillae.* Marcus frater toga virili sumpta (a. 135/136) patrimonium paternum sorori totum concessit, cum eum ad divisionem mater vocaret — — addens, ut et mater, si vellet, in sororem suum patrimonium conferret, ne inferior esset soror marito *vit. Marci 4, 7.* Vxor Vmmidii Quadrati *cf. tegul. urban.* ex pr(aediis) Vmidi *(sic)* Quadrati et Anniae Faustinae *sive* Vmi. Quad. et An. Faus. *XV 731, cui nupsisse videtur sub finem imperii Hadriani.* Marcus *(sub finem imperii Antonini Pii, ut ex contextu apparet)* M. Vmmidio *(sic scribendum est,* Mummio *libri)* Quadrato *(consuli a. 167)* sororis filio, quia illa iam mortua erat, bonorum maternorum partem tradidit *vit. Marci 7, 4. Nomine omisso memoratur Fronto p. 79 N., Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 17.*

547 ANNIA FAVSTINA AVGVSTA. *Nummi Eckhel VII p. 260, Cohen VI² p. 384 sqq.; Alexandrini Catalogue of the Greek coins in the British Museum, Alexandria p. 198 sqq. exhibentes annum quartum et quintum Elagabali. Nam quod de nummis quarti anni dubitaverat von Sallet, Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 52, iam certum exemplum innotuit ex museo Britannico n. 1549.*

Nomina tantum ex nummis innotuerunt. Vxor Elagabali Augusti *nummi;* Elagabalus primam Iuliam Paulam uxorem duxit, dein post repudium eius (Iuliam) Aquiliam Severam, qua item reiecta ἑτέραν εἶθ' ἑτέραν καὶ μάλα ἄλλην ἔγημε καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς τὴν Σεβῆραν ἐπανῆλθεν *Dio 79, 9 cf. 79, 5* (Pomponio Basso crimen erat) ὅτι γυναῖκα καὶ εὐπρεπῆ καὶ εὐγενῆ εἶχε· τοῦ τε γὰρ Σεβήρου Κλαυδίου καὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ Μάρκου ἀπόγονος ἦν· ἀμέλει καὶ ἔγημεν αὐτήν κτλ.; *Herodianus 5, 6, 2 postquam de prioribus uxoribus nominibus omissis similia tradidit, addit* τρίτην δὲ πάλιν ἠγάγετο ἀναφέρουσαν τὸ γένος ἐς Κόμμοδον. *Fuit ergo Annia Faustina filia (Ti.) Claudii Severi, proneptis Marci imperatoris, uxor Pomponii Bassi. Quem Elagabalus cum a. 218 occidisset, anno quarto Aegyptiaco imperii (intra d. 29 m. Aug. a. 220 et d. 28 m. Aug. a. 221) Aquiliam uxorem duxit reiecitque, dein sub finem anni quarti (cum rarissimi videantur nummi Faustinae quartum annum indicantes), id est media fere aestate a. 221 Faustinam, quam paulo post repudiavit, ut Aquiliam reduceret.*

548 ANNIA FAVSTINA filia .... *nescio cuius Romae t. graeco mutilo honorata IGI 1394.*

549 [AN?]NIA FAVSTINILLA, clarissima femina *in fistula plumbea aquaria prope Romam reperta Lanciani sylloge aquaria n. 196.*

550 ANNIA FVNDANIA FAVSTINA. *Tituli: ipsa posuit ad aquas Griselicas t. XII 361 (1), una cum marito Legionensem II S. 5679 (2); memoratur in t. mariti VI 1540 (3), in tegulis urbanis XV 520 (4).*

[Annia Fundania] Faustina *t. 1*, A[nnia .... Fausti]na *t. 3*, Fundania Faustina *t. 4*, Faustina *t. 2*. — Annia Faustina *Galen. XIV 662 K.*, Faustina Annia *vit. Commodi 7, 7.*

Consobrina imperatoris Marci *vit. Comm. 7, 7*, imp. Caesaris M. [Antonini Aug. et div]ae Faustinae Piae pa[truelis] *t. 3*, filia igitur M. Annii Libonis *(n. 508)*. Vxor T. Pomponii Proculi Vitrasii Pollionis cos. II (a. 176) *t. 1. 2. 3. 4. Eadem videtur* consobrina (Marci) patris, quam Commodus complexibus suis iniunxit *vit. Comm. 5, 8;* a Commodo sub finem imperii in Achaia occisa *ibd. 7, 7.* Liberi: T. Fundanius Vitrasius Pollio, Vitrasia Faustina. — *Memoratur apud Galenum l. l.*

551 ANNIA GALERIA AVRELIA FAVSTINA. *Titulus Olympicus Archäologische Zeitung XXXV (1877) p. 102 n. 71. 72, XXXVI (1878) p. 103 positus ei a. Ti. Claudio Herode Attico imperante Antonino Pio. — Plena nomina exhibet tit.* Filia M. Aurelii Caesaris Veri et Anniae Faustinae Augustae *tit. Filia natu maxima fuit cf. Dittenberger ad t. l. l.*, Faustina *ea, de cuius adversa valetudine Marcus paulo post matrimonium confectum (a. 145) scripsit ad Frontonem (Fronto ad Marcum Caesarem 4, 11 p. 72 N.) responditque Fronto ibd. 4, 12. Itaque nata est a. 146 cf. vit. Marci 6, 6* 'Faustinam duxit uxorem et suscepta filia tribunicia potestate donatus est' *(vide supra in patre p. 72). Cum Domitiam Faustinam, antequam pater imperium iniret, mortuam esse ex t. sepulcrali VI 995 constet, ad Anniam Faustinam referendus videtur t. Ephesinus mutilus positus, postquam Marcus imperium adeptus est Wood, discoveries at Ephesus, inscriptions from the site of the temple of Diana n. 16:* Φαυστεῖναν θυγατέρα Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου.

552 ANNIA GALERIA FAVSTINA (I) = FAVSTINA AVGVSTA. Annia Faustina *vit. Pii 1, 6*, Galeria Faustina *vit. Marci 1, 3;* Faustina Augusta *in titulis et nummis Eckhel VII p. 37, Cohen II² p. 413 sqq.*

Filia M. Annii Veri (cos. III a. 126) et Rupiliae Faustinae *vit. Pii 1, 6, Marci 1, 3. 4;* uxor T. Aurelii Fulvi Boionii Arrii Antonini qui imperavit *vit. Pii 1, 6; 5, 2; 6, 7; 8, 1, Marci 1, 3, tit., nummi.* Maritus imperium adeptus uxorem Faustinam Augustam appellari a senatu permisit *vit. Pii 5, 2, unde* Faustina Augusta *in titulis nummisque.* Pius tertio anno imperii sui *(m. Iul. a. 140/141)* Faustinam uxorem amisit *vit. Pii 6, 7; in t. sepulcrali Faustinae VI 987* T. Aelio Hadriano tribuitur tribunicia potestas IIII *(d. 10 m. Dec. 140/141);*

itaque mortua est intra m. Decembrem a. 140 et m. Iulium a. 141 (de nummis Alexandrinis cf. von Sallet, Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 36). A senatu consecrata est delatis circensibus atque templo et flaminicis et statuis aureis atque argenteis, cum etiam ipse (Pius) hoc concesserit, ut imago eius cunctis circensibus poneretur *vit. Pii 6, 7;* diva Faustina Aug. *sive* diva Faustina *sive* diva Faustina Pia *passim in titulis atque nummis; nummi inscripti:* Consecratio *vel* Consecratio S. C. *Eckhel p. 39, Cohen n. 162 sqq.*, aed(es) div. Faustinae *et* dedicatio aedis *Eckhel p. 39, Cohen n. 1. 194.* Pius in honorem Faustinae puellas alimentarias Faustinianas constituit *vit. Pii 8, 1, Alexandri Severi 57, 7 cf. nummos in parte adversa exhibentes* diva Augusta Faustina, *in aversa* puellae Faustinianae *Eckhel p. 40, Cohen n. 261 sqq.*

553 ANNIA GALERIA FAVSTINA (II) = FAVSTINA AVGVSTA, uxor M. Aurelii Antonini. Annia Faustina *vit. Marci 1, 5, t. Olympicus Archäologische Zeitung XXXV (1877) p. 101 n. 70;* Galeria Faustina iunior *Eutrop. 8, 10,* Faustina *ceterum.* — Imperatoris Antonini Pii et Anniae Galeriae Faustinae filia, consobrina M. Aurelii Antonini *vit. Pii 1, 7, Marci 1, 5, Eutrop. 8, 10, Dio 71, 3.* Hadrianus Antoninum ea lege adoptaverat, ut Faustinam filiam L. Ceionio Commodo, qui postea L. Verus dictus est, desponderet, sed post excessum Hadriani Antoninus dissolutis sponsalibus Faustinae et Commodi, filiam M. Aurelio despondit *vit. Aelii 6, 9, Marci 6, 2; 16, 7, Veri 2, 3.* Anno 143 Pius de ea scripsit 'mallem mehercule Gyaris cum illa quam sine illa in Palatio vivere' *Pius ad Frontonem p. 164.* A. 145 *(cf. nummum M. Aurelii a. 145 cusum cum inscriptione* Vota publica *Eckhel VII p. 46)* Pius nuptias Faustinae et Marci celeberrimas fecit *vit. Pii 10, 2.* A. 146 ex Marco filiam peperit (Anniam Aureliam Galeriam Faustinam) *vit. Marci 6, 6. Veri simile est, ut recte iam observavit Eckhel VII p. 77, post illam filiam natam, ut Marco tribunicia potestas decreta est (v. supra p. 72), ita Faustinam nuncupatam esse Augustam.* Faustina Aug. *in t. Tiferni Tiberini reperto XI 5931 posito inter mensem Decembrem a. 146 et 147 et inde ab eo tempore passim in titulis nummisque Eckhel l. l., Cohen III² p. 136 sqq.; in nummis civitatium liberarum saepe dicitur* Annia Faustina, *in graecis nonnunquam* Φαυστῖνα νέα *sive* Φαυστεῖνα νέα Σεβαστή *sive* 'Αν. νέα Φαυστεῖνα Σεβ. *cf. Eckhel p. 81.*

A. 165 in Asia apud Anniam Lucillam fuisse videtur *cf. Fronto ad Verum 2, 4 p. 132 N.* 'socrum et liberos vestros saluta' *(ep. scripta a. 165).* Alteras nuptias Lucillae (a. 169) cum Claudio Pompeiano aegre tulit *vit. Marci 20, 7.* Bello Pannonico (circa a. 170) Sirmii cum filiola trienni apud Marcum erat *Philostrat. vit. sophist. 2, 1, 27. 28, vit. Marci 26, 8.* Victoria de Quadis relata a. 174 mater castrorum appellata est *Dio 71, 10, vit. Marci 26, 8, XIV 40, nummi*

Eckhel p. 79, Cohen p. 149 n. 139 sqq. Cum de valetudine mariti desperaret, cum Avidio Cassio secreta consilia de imperio usurpando iniisse a quibusdam insimulata est *vit. Marci 24, 6–7 = vit. Avidii Cassii 7, 1, Dio 71, 22. (Epistulas Faustinae et Marci, quae de rebellione Avidii in vita eius c. 9 sqq. afferuntur, mera commenta esse mythhistorici cuiusdam constat inter omnes.)* Avidio oppresso a. 175 maritum in orientem comitata a. 176 in radicibus montis Tauri in vico Halalae subito mortua est *vit. Marci 26, 4, Dio 71, 30.* Defunctae Marco petente summi honores habiti, consecrata est (diva Aug. Faustina *sive* diva Faustina pia *passim in titulis nummisque*), novae puellae Faustinianae institutae aliaque id genus decreta *vit. Marci 26, 5–8, Dio 71, 31.* Marcus fecit coloniam vicum in quo obiit Faustina et aedem illi extruxit *vit. Marci 26, 9, Caracall. 11, 7.* Multae fabellae vulgo ferebantur de Faustinae impudicitia et adulteriis, quae omnia Marcus aut nesciebat aut dissimulabat *vit. Marci 19, 1–9; 23, 7; 26, 6; 29, 1–3, Veri 10, 1. 5, Dio 71, 34, Vict. Caes. 16, 2, Iulian. Caes. p. 429 Hertl.* Ipse praedicat uxorem οὑτωσὶ μὲν πειθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δὲ ἀφελῆ *Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 17. — Memoratur in epistulis Marci et Frontonis Fronto p. 80. 83. 89. 90. 91 passimque nomine omisso.*

Liberi Marci et Faustinae quot omnino fuerint ignoratur, tredecim notos habemus. A. 146 Annia Galeria Aurelia Faustina nata est; sub initium a. 147 filius natus et paulo post mortuus est *epistula Marci ad Ephesios data d. 28 mensis Martii a. 147 CIG 3176, qui videtur esse* T. Aelius Antoninus; dein filiae natae sunt, *ut colligitur ex epistulis Marci et Frontonis p. 82. 86. 89,* Annia Lucilla, (Arria?) Fadilla, Cornificia; praeterea Pio vivo nati et mortui sunt T. Aurelius Antoninus, T. Aelius Aurelius, Domitia Faustina, *ut ex titulis sepulcralibus apparet VI 993. 994. 995;* d. 31 mens. Augusti a. 161 Faustina peperit L. Aurelium Commodum et Antoninum geminos *cf. Fronto p. 101;* a. 163 M. Annius Verus natus est, *incertum quo anno* Hadrianus; filia natu minima videtur Vibia Aurelia Sabina, ea filia quae triennis dicitur sub annum fere 170 *Philostr. vit. sophist. 2, 1, 27. 28.*

554 ANNIA ITALICA, L. Annii Italici Honorati filia *III 1071. 1072.*

555 ANNIA LVCILLA = LVCILLA AVGVSTA. *Nummi Eckhel VII p. 98, Cohen III² p. 215 sqq., memoratur in t. propter puerperium eius Iunoni Lucinae pro salute domus Augustorum posito a. 166 VI 360. —* Annia Lucilla *in uno dicitur nummo Byzantiorum Mionnet I 379, 107, ceterum in nummis* Lucilla Aug. *vel* Lucilla Aug. Antonini Aug. f.; Lucilla Aug. *t.;* Lucilla *apud scriptores.*

Filia M. Aurelii Antonini et Anniae Faustinae *vit. Marci 7, 7; 20, 6, vit. Veri 2, 4; 7, 7; 10, 1, Dio 71, 1, Herodianus 1, 3, 1; nata est circa a. 148.* Pater imperium adeptus a. 161 eam L. Vero despondit *vit. Marci 7, 7;* a. 164 Marcus eam nupturam commissam

sorori Veri (Fabiae) eandemque locupletatam Brundisium usque deduxit et in Syriam misit *ibd. 9, 4.* Verus ex Syria Ephesum profectus est, ut uxorem acciperet *vit. Veri 7, 7;* uxor L. Veri *tit. vit. Veri 2, 4; 10, 3, Herodianus 1, 8, 3.* Ex Vero filiam peperit *incerti nominis Dio 72, 4, ad quam pertinere potest titulus. Plures ex eo liberos tulisse veri simile videtur ex nummis inscriptis* Fecunditas *et* Innoni Lucinae *cf. Eckhel l. l.* Rumoribus insimulata est veneno maritum peremisse idcirco, quod Verus nimium indulserat Fabiae sorori, cuius potentiam uxor Lucilla ferre non posset *vit. Veri 10, 3.* Vero mortuo a. 169 Marcus eam non decurso luctus tempore grandaevo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit genere Antiochensi nec satis nobili, cum filia eius Augusta esset et Augustae filia; sed has nuptias et Faustina et ipsa invitae habuerunt *vit. Marci 20, 6–7, Dio 71, 4, Herodian. 1, 8, 3.* Maritum dedignata rem habuit cum Claudio Pompeiano Quinctiano privigno, cui filiam ex Vero sublatam in matrimonium dederat. Cum ambo coniurationem in Commodum iniissent, factione detecta in Capreas insulam relegata paulo post interfecta est *vit. Commodi 4, 1. 4; 5, 7; 8, 3, Dio l. l., Herodian. 1, 3, 4–8. — Nominatur vit. Caracall. 3, 8, Herodian. 4, 6, 3.*

556 ANNIA QVARTILLA, (Appii Annii) Marsi filia, Gal(eonis) Tettieni Severi (uxor) *XI 1940 t. Perusinus, quem dedicavit* App. Annius Priscus patronae.

557 APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA. *Tituli: specie ipsa, re vera nomine ipsius maritus Ti. Claudius Herodes Atticus dedicavit Olympiae exedram cum aquaeductu t. Archäologische Zeitung 1878 p. 94 n. 149 (1); vivae dedicatus est t. Eleusinius* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *1885 p. 152 n. 28 (2), alter Atticus Athenische Mittheilungen 1883 p. 287 (3); t. sepulcralis eius CIA III 1417 (4) (fragmentum t. similis esse videtur CIA III 3638); in honorem defunctae dedicati sunt a marito urbani IGI 1392 = CIG 6185 (5), carmen Triopeum IGI 1389 I = CIG 6280 (6), t. bilinguis CIG 6184 = CIL VI 1342 = IGI 1391 (7). Memoratur in t. Olympicis propinquorum, patris Dittenberger, commentatio de Herodis Attici monumentis Olympicis p. VI (8), avi materni ibd. p. VII (9), quattuor liberorum ibd. p. XII (10—13), in t. Delphico* L. Vibullii Rufi Regilli Claudii Herodis filii *Bulletin de correspondance Hellénique 1877 p. 409 n. 2 (14), in t. sepulcrali Elpinices filiae CIA III 1333 emend. a Dittenbergero l. l. p. XV (15). Qui tituli praeter bilinguem t. 7 omnes sunt graeci.*

Appia Annia Regilla Atilia Caucidia Tertulla *t. 2,* Appia Annia Regilla *t. 3. 4,* Annia Appia Regilla *t. 15,* Annia Regilla *t. 7;* Regilla *ipsa se dicit in t. votivo 1 antiquam talium simplicitatem imitata;* Regilla *t. 5. 8. 9. 10–13. 14, Philostratus, Lucianus.*

Filia Appii Annii Galli consularis *(cf. n. 493) t. 2. 8. 15,* soror Appii Annii Atilii Braduae *(n. 475) Philostrat. v. soph. 2, 1, 18–20,*

Lucian. Demon. 33, per matrem neptis M. Appii Atilii Braduae *t. 9; matri vel aviae vel utrique nomina fuisse Caucidiae Tertullae ex nominibus Regillae apparet.* Vxor Ti. Claudii Herodis Attici *t. 2. 3. 4. 6 – 15, Philostrat. l. l.* Liberi: 1) Appia Annia Atilia Regilla Elpinice Agrippina Atria Polla *cf. n. 545,* 2) Ti. Claudius M. Atilius Atticus Bradua Regillus, 3) Marcia Claudia Alcia Athenais Gavidia Latiaris, 4) L. Claudius Vibullius Regillus Herodes. Mortua est duobus liberis superstitibus *t. 6 v. 15, scilicet Elpinice et Attico,* regnante Pio *ut apparet ex t. 5; circa annum 160* Appius Annius Atilius Bradua frater, sive consul (anno 160) sive consularis (εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν τοῖς ὑπάτοις) Herodem maritum accusavit uxorem interfecisse *Philostratus l. l.* Memoriam defunctae supra modum Herodes luxit celebravitque *Philostratus l. l., cuius rei testes sunt t. 4–7.*

558 Annia Rufilla, a. 21 fraudis damnata, cum C. Cestio accusatori crimina maiestatis minata esset, a Druso Caesare pnblica custodia attineri iussa est *Tac. a. 3, 36.*

559 ANNIA RVFINA, Q. (Annii) et Albinae filia, Rufi neptis, P. Cassii Dextri uxor *publice honorata IX 330 t. Canusino. Arta necessitudine coniuncta videtur cum* L. Annio L. f. Rufo, *qui et ipse t. simillimo et Canusii simul cum priore reperto publice honoratus est IX 340.*

560 Anser, poeta pessimus *Servius Verg. ecl. 7, 20,* Cinna procacior Anser *Ovid. trist. 2, 435 in recensu poetarum eroticorum.* Ciceronem *Philipp. 13, 11* ('eique, qui nunc Mutinam oppugnant D. Brutum obsident, de Falerno Anseres depellantur') alludere ad Anserem poetam, qui laudes Antonii scribebat *adnotat Servius Verg. ecl. 9, 36, (unde fluxerunt quae extant in Glossario Verg. Lion II p. 373 cf. Mommsen Hermes VIII p. 74);* Anser poeta fuit, qui laudes Antonii scribebat *Fragmenta Bobiensia Gramm. Lat. VII 543, 21.* Vergilium *ecl. 9, 36* per transitum carpere Anserem *perperam contendit Servius ibd.;* Anser refertur in obtrectatoribus Vergilii *Serv. Verg. ecl. 7, 20 (cf. vit. Donat. p. 66 Sueton. rel. Reifferscheid* 'Anser, quoniam Antonii partes secutus est, illum non observasse dicitur'). *Vt recte grammatici adnotasse videntur Ciceronem ad Anserem poetam alludere, ita omnia, quaecunque afferunt de inimicitiis Vergilii et Anseris, ex perversa eclogarum interpretatione sibi enucleasse, qualibus commentis tota scatet vita Vergilii.*

561 .. ANT......, *t. admodum mutilus Mactaritanus VIII S. 11810:* .... Ant..... praef(ecto) aerario. praes[idi prov. ......], [adlecto inter co]nsulares ab im[p. C. Iulio Vero Maximino?], [iuridico Flaminiae] et Vmbriae, praef(ecto) Min[iciae ... praetori ....]m. Aug., aedili plebi(s), adl[ecto inter quaestorios ab.......] [ordo populusque M]act(aritanus) ob insignem in pat[riam civesque singulo]s amorem et L. Ant.... [Xviro] stlitib(us) iudic(andis), eq. R., iuve[ni] .... [ob m]erita patris atq(ue) in ci[ves]...... *Nomina imperatoris erasa*

sunt neque certe dignoscuntur; saeculum tertium adlectio inter consulares et praefectura Miniciae satis indicant.

562 L. ANT......, origine Mactaritanus, .. Ant.... viri consularis filius, Xvir stlitibus iudicandis, eques Romanus *memoratur in t. patris Mactaritano VIII S. 11810, vide in patre.*

563 Antabagius, dux Tiberii per Germaniam Transrhenanam ad Drusum moribundum pervolantis *Valer. Maxim. 5, 5, 3.*

564 *Antaeus *citatur a Paulo Digest. 39, 3, 14 pr.*, Ateius *libri secundi ordinis.*

565 ANTEIVS. 'Missis ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio, Silius et Anteius et Caecina fabricandae classi praeponuntur' (a. 16 p. C.) *Tac. a. 2, 6, ubi verba* et Anteius *glossema ortum ex praecedentibus* et C. Antio *sine idonea causa iudicavit Nipperdey.*

566 ANTEIVS a Gaio in exilium actus et occisus *Ioseph. ant. 19, 1, 15.*

567 ANTEIVS, ordinis senatorii vir, filius Antei a Gaio occisi post caedem Gai interfectus *Ioseph. ant. 19, 1, 15.*

568 P. ANTEIVS, legatus pro pr. Dalmatiae a. 51/52 *III 1977 t. Salonitanus;* a. 55 ei Syria destinata, sed variis mox artibus elusus ad postremum in urbe retentus est *Tac. a. 13, 22;* a. 66 ab Antistio Sosiano apud Neronem delatus, cui invisus erat caritate Agrippinae, se interfecit *ibd. 16, 14.*

569 ANTEIA, Helvidio Prisco (iuniori) nupta, dein alteri cuidam *Plinius ep. 9, 13, 4. 5. 16.*

— NERATIA ANTEIA RVFINA NAEVIA DECIANA.

570 Anteros, Tiberii libertus supra hereditates *Scribonius Largus 162.*

— T. Flavius Anterotianus.

571 Anthimus *memoratur in papyro Parisina graece scripta Hermes XXVII (1892) p. 467; praefectum Aegypti a. 115 Wilcken, qui edidit, agnorisse sibi visus est p. 476, num recte dubitari potest.*

572 ..... VS ANTIANVS, legatus Aug. pr. pr. Pannoniae inferioris *dedicavit* pro salute et perpetuitate imp. Caesaris [M.] Aureli !!!!!! P. Felicis Aug. *t. in agro Aquincensi repertum III 3637.* Imperator P. Felix Aug., *cuius nomen erasum est, non fuit ante Commodum.*

573 ANTIGONVS, Philippi cuiusdam filius, Macedo, tribunus militum ab Antonino Severi filio honoribus militaribus ornatus et inter praetorios adlectus est *Dio 77, 8. Idem memoratur in t. Suessano Philippo patri dedicato IGI 888 = CIG 5822* Αὐσονίων ὑπάτου πατέρα κλυτὸν Ἀντιγόνοιο θρέψε Μακεδονίη, δέξατο δ' Ἰταλίη. *Consularem igitur dignitatem postea adeptus est, id quod perperam negavit is qui indicem Inscriptionum Graecarum Italiae confecit p. 734.*

— Spicius Antigonus.

574 Antinous, ortus ex urbe Bithynio sive Claudiopoli Bithyniae *Dio 69, 11, Pausanias 8, 9, 7, nummi Bithynii Eckhel VI p. 552,* natus d. 27 mensis Novembris *(anno incerto) XIV 2112 I 6. 11 12,* deliciae

Hadriani, periit cum imperatore in Nilo navigans a. 130; cecidisse eum in Nilum Hadrianus ipse scripsit, cum immolatum esse ab Hadriano vel ipsum se immolasse pro Hadriano alii contenderent *vit. Hadr. 14, 5, Dio l. l., Vict. Caes. 14, 7, Eusebius Armen. ad a. Abr. 2143 = 127, Hieronymus ad a. Abr. 2145 = 129; anno 130 Hadrianum iter Aegyptiacum fecisse monumenta docent cf. Dürr, die Reisen des Kaisers Hadrians p. 64.* In honorem mortui Hadrianus urbem Antinoopolim apud Nilum condidit eo loco, quo ille obierat *Dio l. l., Pausanias 8, 9, 7, Vict. Caes. 14, 6, Ammianus 22, 16, 2, Hieronymus l. l., Hegesippus apud Eusebium hist. eccl. 4, 8, Chronic. Pasch. p. 475 (ubi falso* Hadrianus urbem condidisse dicitur d. 30 mensis Octobris Aviola et Pansa consulibus = *a. 122),* Antinoum inter deos rettulit et templa simulacraque constituit *cf. praeter scriptores modo laudatos nummos apud Eckhel l. l., titulos XIV 2112, IGI 960. 961 = CIG 6007, IGI add. 978 a p. 695. Nominatur apud Photium bibl. II p. 535, Tertullian. apolog. 13, ad nation. 2, 10, de corona 13, adversus Marc. 1, 18.*

575 Antiochianus, unus ex praefectis praetorio Elagabali a. 221 *vit. Elagab. 14, 8. Idem potest esse* Antiochianus, ad quem Alexander a. 222 rescripsit *cod. Iustin. 6, 35, 3.* — (Aelius Antiochianus, Antonius Antiochianus decuriones alares veteranae Gallicae a. 199 *III 14*).

576 Antiochianus, rerum scriptor librum de bello Parthico Veri confecit, quem inscripsit Ἀντιοχιανοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερονίκου τῶν ἐν Ἀρμηνίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδίᾳ νῦν Ῥωμαίοις πραχθέντων *Lucian. quom. hist. conscr. 30.*

— FLAVIVS ANTIOCHIANVS.

577 Antiochus (II), ex genere regum Commagenes, frater Mithridatis (III); Augustus eum a. 725 = 29 Romam accivit et, quod fratris legatum Romam missum occiderat, damnavit interfecitque *Dio 52, 43. Cum Dio 54, 9 sub a. 734 = 20 referat* (Αὔγουστος) Μιθριδάτῃ τινὶ τὴν Κομμαγηνήν, ἐπειδὴ τὸν πατέρα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς αὐτῆς ἀπεκτόνει, καίπερ παιδίσκῳ ἔτ' ὄντι ἐπέτρεψε, *haec cum priore Dionis relatione ita componi solent ac possunt, ut Antiochum et legatum fratris et fratrem ipsum interfecisse statuatur, damnatum autem esse a Romanis potissimum ob ius Romanum legato Romam misso interfecto violatum. Cum frater Mithridatis esset, fuit filius Antiochi (I) Epiphanis et Laodices cf. Lebas-Waddington 136 d et infra n. 578.*

578 Antiochus (III), rex Commagenorum defunctus a. 17, cuius regnum imperio Romano accessit *Tac. a. 2, 42 cf. 2, 56, Strabo 16 p. 749. Ad eum referendum esse fragmentum tituli Attici CIA III 554* [βασιλέα] Ἀντίοχον [βασι]λέως Μιθριδάτου [υἱόν ....] *ex litterarum forma Köhler lapide denuo examinato comprobavit Athenische Mittheilungen I (1876) p. 28 adn. Contra titulum Ephesium Lebas-Waddington 136 d non pertinere ad Antiochum III, ad quem rettulerant Waddington et*

Dittenberger, sed ad Antiochum I demonstravit Mommsen ibd. Fuit ergo filius Mithridatis III nescio quo anno regnum adeptus, pater Antiochi IV, ultimi regis Commagenorum.

579 Antiochus (IV), Antiochi (III) regis filius, cui Gaius imperium adeptus regnum paternum restituit adiectis Ciliciae oris maritimis *Dio 59, 8,* deiu rursus ademit; iterum restitutus a Claudio a. 41 *Dio 60, 8, Ioseph. ant. 19, 5, 1. In nummis* βασιλεὺς Ἀντίοχος *vel* βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος *vel* βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος Ἐπιφανής *Eckhel III p. 255.* A. 52 agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, rebellantes composuit *Tac. a. 12, 55;* a. 54 a Nerone iussus copias contra Parthos expedire *ibd. 13, 7;* a. 60 pars Armeniae ei data *ibd. 14, 26.* Vespasiano, postquam mense Iulio a. 69 imperator salutatus est, statim accessit Antiochus vetustis opibus ingens et inservientium regum ditissimus *Tac. h. 2, 81;* Tito contra Iudaeos auxilia misit *ibd. 5, 1, Ioseph. bell. 5, 11, 3.* A. 72 a Caesenuio Paeto legato Syriae apud Vespasianum insimulatus cum Parthis societatem iniisse et regno exutus primum Lacedaemone, dein Romae cum filiis exilium honorificum toleravit *Ioseph. bell. 7, 7, 1–3.* Filii Epiphanes et Callinicus, filiae *memorantur ibd. § 2, nominatim dicitur* Iotape *Ioseph. ant. 18, 5, 4.* Vxor Iotape *nummi Eckhel III p. 257. Memorari videtur in titulis mausolei, quod C. Iulius Antiochus Epiphanes Philopappus nepos Athenis sibi extruxit III 552 IV = CIA III 557e:* βασιλεὺς Ἀντίοχος βασιλέως Ἀντιόχου.

580 Antiochus Zenobia capta a Palmyrenis imperator appellatus, ab Aureliano captus, sed impune dimissus *anno fere 273 Zosimus 1, 60. 61. Idem videtur qui* Achilleus *nominatur vit. Aurel. 31 cf. Polemius Silvius 243. Ad eum rettulit Waddington fragmentum tituli Graeci III 6049 = Lebas-Wadd. 2629 prope Palmyram reperti.*

581 Antiochus, comoediarum actor aetate Iuvenalis *Iuvenal. 3, 97.*

582 Antiochus, transfuga quidam Cilix *Dio 77, 19. 21.*

— C. IVLIVS ANTIOCHVS EPIPHANES PHILOPAPPVS.

— Paccius Antiochus.

— Herodes Antipas *vide* Herodes.

583 ANTIPATER, Zeuxidemi filius, Hieropolitanus, sophista, ab epistulis (graecis) imperatoris Septimii Severi, magister Antonini et Getae. *Philostrat. vit. soph. 2, 24 cf. Galen. XIV 218 K.;* ὑπάτοις δ' ἐγγραφεὶς Bithyniae praefuit sub Severo. Superstes Getae sexaginta octo annos natus mortuus est. Scripsit praeter orationes res gestas Severi *Philostrat. l. l.* Filiam Hermocrati Phocaeensi in matrimonium dedit *ibd. 25, 4. Nominatur ibd. 26, 3.*

584 Antipater, Herodis Magni regis Iudaeorum filius natu maximus, natus ex Doride uxore prima Herodis *Ioseph. ant. 14, 12, 1, bell. 1, 12, 3; 1, 23, 1.* Postquam Herodes Mariammen (priorem) uxorem duxit *(a. 717 = 37),* Antipatrum in exilium egit *id. bell. 1, 22, 1,* unde

circa a. 740 = 14 a. C. ad aulam revocavit et anno insequenti *(cf. Schürer, Geschichte des Jüdischen Volkes p. 303 sqq.)* comitem M. Agrippae ex oriente Romam revertentis ad Augustum misit *id. ant. 16, 3, 3, bell. 1, 23, 1–2.* Cum Herodes a. 742 = 12 a. C. Aquileiae Augusti opera cum Alexandro et Aristobulo filiis Mariammes reconciliatus domum rediret, Antipater et ipse in Iudaeam revertit *id. ant. 16, 4, 5.* Discidia inter patrem filiosque calumniis summopere auxit auctorque fuit Herodi, ut Alexandrum et Aristobulum interficeret *id. ant. 16, 7, 2 sqq., bell. 1, 24, 1 sqq., Nicolaus Damascenus fr. 5 M. III p. 351.* Post necem eorum *(anno fere 747 = 7 a. C.)* summa potentia in aula et summa patris gratia usus secreta consilia de successione cum Pherora fratre Herodis iniit *id. ant. 17, 1, 1; 17, 2, 4, bell. 1, 28; 1, 29, 1.* Quibus detectis Romam concessit *id. ant. 17, 3, 2, bell. 1, 29, 2.* Dum ibi moratur, post mortem Pherorae indiciis libertorum servarumque eius apud Herodem delatus est insidias patri struxisse *id. ant. 17, 3, 4—4, 3, bell. 1, 30 — 31, 1.* Herodes ira dissimulata per speciem amicitiae eum in patriam reverti iussit reversumque Hierosolymis apud consilium, cui P. Quinctilius Varus legatus Syriae interfuit, sibi insidias parasse insimulavit probavitque, dein Antipatrum in vincula coniecit et de rebus eius ad Augustum rettulit *(a. 749 = 5 a. C.) id. ant. 17, 5, 1–7, bell. 1, 32, 3–5, Nicolaus Damasc. p. 352.* Qui cum Herodi liberum arbitrium permisisset, Antipater paucis diebus ante quam Herodes moreretur *(a. 750 = 4 a. C.)*, interfectus est *id. ant. 17, 7, bell. 1, 33, 7, Nicolaus Damasc. p. 353.*

— T. Aelius Antipater.

— Gallus Antipater.

— SEPTIMIVS ANTIPATER.

— GARGILIVS ANTIQVVS.

— L. PVLLAIENVS GARGILIVS ANTIQVVS.

— Nonia Antist...

— T. POMPONIVS AN[TI]STIANVS.

— T. (?) ... PONIVS MAMILIANVS RVFVS ANTISTIANVS FVNISVLANVS VETTONIANVS.

Quod Hübner ad CIL VII 164 adnotaverat nomen gentile exiisse in PONI *vel* RONI, *de* PONI *iam constat, postquam F. Haverfield Oxoniensis a me rogatus lapidem denuo examinavit et ectypum gypsaceum optime confectum benevole huc misit. Prima littera fuit vel* T. *vel* P., *altera item* T *vel* P, *tertia plane detrita est, quartae apices, qui dignoscuntur, cum* M *apte conveniunt. Itaque probabiliter restituere mihi videor* [T.] [POM]PONI T. F. GAL. MAMILIANI *etc. Litteras esse saeculi II exeuntis consentimus qui vidimus omnes.*

— AVR(ELIVS) ANTIS[TIVS].

585 Antistius (?), servus imperatoris Aureliani post mortem eius a senatu manumissus *vit. Aureliani 50, 3. Servo Antistii nomen non convenit.*

586 Q. Antistius *nominatur in fragmento tituli urbani Bullettino comunale XIII (1885) p. 96 n. 1009.*

587 ANTISTIVS ADVENTVS, legatus Augusti pr. pr. (Britanniae) *memoratur in t. Britannico VII 940 saeculi II.*

588 Q. ANTISTIVS ADV[ENTVS], legatus Augustorum *(Marci et Veri ut videtur)* pr. pr. (Arabiae), consul designatus *III 92 = Lebas-Waddington 1944 t. Bostranus. In lapide extare traditur* O. ANTISTIO, *unde Waddington primum nomen periisse opinatus „exempli gratia" proposuit* [C. Aeli]o Antistio *etc., vix recte puto.*

589 Q. ANTISTIVS ADVENTVS POSTVMIVS AQVILINVS. *Tituli: Thibilitani Revue archéologique XXI (1893) p. 396 (1), qui cursum honorum ordine inverso exhibet, VIII S. 18893 (2) anno 164 positus, 18893 (3). 18906 (4), fortasse ad hunc pertinent frustulae t. Thibilitani VIII S. 18899; Batavus Brambach, inscriptiones Rhenanae n. 55 (5), ubi cum praenomen Gai dubitanter editor supplevisset cf. p. XXVII, scribendum esse* Q. *docuit t. 1.*
Plena nomina exhibet t. 2, ... Postumio (*sic, cum t. 2 admittat etiam* Postumus) Aq[u]ilino *supersunt in t. 1,* Q. Antistius Adventus Postu...... linus *in t. 4,* [Q.] Antistius Adventus *t. 5.* — Q. f. *t. 1. 4,* Antonia Prisca mater *t. 2,* tribu Quirina *t. 1.* IIIIvir viarum curandarum *t. 1. 4,* tribunus militum legionis I Minerviae piae fidelis, quaestor pr. pr. provinciae Macedoniae, sevir equitum Romanorum, tribunus plebis, legatus pr. pr. provinciae Africae, praetor, legatus Aug. legionis VI Ferratae et secundae Adiutricis translatus in eam expeditione Parthica *(imperatoris Veri) t. 1* legatus legionis II Adiutricis a. 164 *t. 2,* qua (expeditione) donatus est donis militaribus corona murali vallari aurea hastis puris tribus, curator operum locorumque publicorum, legatus Augusti ad praetenturam Italiae et Alpium expeditione Germanica *(imperatoris Marci),* consul *(suffectus a. incerto sub Marco, fortasse iam ante curam operum publicorum) t. 1,* legatus Augusti pr. pr. provinciae Germaniae inferioris *t. 1. 5.* — Sacerdos Fetialis *t. 1.* — Novia Crispina uxor eius *t. 2,* L. Antistius Mundicius Burrus *frater vel filius t. 2. 3.*

590 C. Antistius Auspex, procurator Aug. *III 5173 t. Noricus.*

591 L. ANTISTIVS BVRRVS, consul a. 181 cum imperatore Commodo III. *In consulatu:* L. Antistius Burrus *VI 213. 725. 1979, Ephem. ep. 5, 465 = VIII S. 14428,* Antistius Burrus *VI 861 = X 1791, V 7907, IX 4697, Latyschew, inscriptiones regni Bosporani II 20; alibi* Burrus *fasti. Idem videtur* Antistius Burrus, quem Pertinax dictus est insimulasse apud Commodum affectati imperii *vit. Pertin. 3, 7, et* Burrus sororis Commodi *(fortasse Aureliae Vibiae Sabinae)* vir, quem Cleander in suspicionem regni affectati traxit et occidit multis aliis, qui Burrum defendebant, pariter interemptis *vit. Commodi 6, 11. — Cf. n. 592.*

592 L. ANTISTIVS BVRRVS ADVENTVS, salius Palatinus factus a. 178 *VI 1979; incertum est num idem sit atque* L. Antistius Burrus *consul a. 181.*

593 Antistius Capella, litterator latinus Commodi *vit. Commodi 1, 6.*

594 M. ANTISTIVS LABEO (*praenomen servavit Porphyrio ad Horat. satir. 1, 3, 82, ceterum* Antistius Labeo *sive* Labeo), filius Pacuvii Antistii Labeonis *Pomponius Digest. 1, 2, 2, 49 cf. Gell. 5, 21, 4,* qui et ipse iure consultus post pugnam apud Philippos se interemit *Appian. bell. civ. 4, 135;* senatus lectione, cum vir virum legeret, M. Lepidum olim hostem Augusti et tunc exulantem legit *Sueton. August. 54 cf. 35, Dio 54, 15 anno 725/726 = 29/28 a. C. cf. Mommsen, res gestae div. Aug. p. 35; tunc igitur fuit in senatu.* Intra praeturam stetit *Tac. a. 3, 75;* noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, honorem suscipere *Pomponius § 47,* cum Augustus Ateio Capitoni consulatum accelerasset *(anno 5 p. C.),* ut Labeonem dignatione eius magistratus anteiret *Tac. a. 3, 75.* Obiit post legem Papiam Poppaeam (*cf. Digest. 24, 3, 64, 9, Vlpianus ad legem Iuliam et Papiam* 'hoc Labeo quasi omissum in lege adnotat') a. 9 p. C. rogatam et ante Ateium Capitonem mortuum a. 22, *probabiliter sub finem imperii Augusti, cum alias Tacitum mortem eius memoraturum fuisse veri simile sit.* — Vxor Neratia *Digest. 34, 2, 32, 6.*

Iure consultus clarissimus, institutus a Trebatio *Pompon. l. l.;* Labeo et Capito decora aetatis Augusti, sed Labeo incorrupta libertate et ob id fama celebratior *Tac. l. l.* Hi duo primum quasi diversas sectas fecerunt, nam Ateius Capito in his, quae ei tradita fuerant, perseverabat, Labeo ingenii qualitate et fiducia doctrinae, qui et ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innovare studuit *Pompon.;* iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit et consulentibus de iure publice responsitavit, sed ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit et in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetraverat latinarumque vocum origines rationesque percalluerat *Gell. 13, 10, 1.* Iudicium Ateii Capitonis de Labeone *(mortuo) id. 13, 12, 1–4.*

Labeo plurimum studiis operam dedit et totum annum ita diviserat, ut Romae sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet et conscribendis libris operam daret; itaque reliquit quadringenta volumina *Pomponius.* Scripsit Probabilia (Πιθανῶν βιβλία ὀκτώ *Index Digest., ubi numerus cadit in Pauli epitomen*), ad edictum praetoris urbani et peregrini, ad duodecim tabulas, libros responsorum, epistularum, de iure pontificio; post mortem eius editi sunt libri, qui posteriores inscribuntur, quorum librorum tres continui, tricensimus octavus et tricensimus nonus et quadragensimus *etc. Gell. 13, 10, 2;* Posteriora *(epitomata a Iavoleno) index Digest. et passim in Digest. Fragmenta collegerunt Lenel, Palingenesia 502, Huschke, Iurisprudent. Anteiustinian. p. 110 sqq., de scriptis cf. Pernice, M. Antistius Labeo I p. 35 sqq.*

Quod scribit Horatius sat. 1, 3, 82 'Labeone insanior inter sanos dicatur' *hominem Stoicorum placitis usque ad insaniam deditum signi-*

ficans, Porphyrio (similiter Acro et scholiasta Cruq.) rettulit ad M. Antistium Labeonem. Cum cognomen Labeonis ut non vulgare, ita non sit singulare, incertum est, num Labeo quidam e gente Antistia significetur; quod si ponatur, ex temporum ratione de Pacuvio Labeone probabilius cogitari possit quam de filio. — Nominatur apud Petronium 137 (in carmine) 'atque esto quicquid Servius et Labeo'.

595 Tib. Antistins Marcianus, Fausti filius, tribu Quirina, domo Circina, praefectus cohortis II Hispanae, tribunus legionis XV Apollinaris Piae Fidelis, praefectus alae Sulpiciae c. R., secundum mandata impp. dominorum nn. Augg. *(non ante Severum et Antoninum)* integerrimus abstinentissimusque procurator, a censibus accipiendis *(scil. in tribus Galliis)*, eques Romanus *honoratus a tribus provinciis Galliis t. Lugdunensi Boissieu, inscriptions de Lyon p. 269.*

596 L. ANTISTIVS MVNDICIVS BVRRVS *(sic t. 1,* Antistius Burrus *t. 2),* Q. Antistii Adventi Postumi Aquilini *cognatus VIII 18893 (1). 18898 (2) t. Thibilitani pro salute Burri et Aquilini anno 164 dedicati. Ex neutro certe apparet Burrus utrum filius an frater Aquilini intellegendus sit. Potest idem esse L. Antistius Burrus consul a. 181.*

597 C. ANTISTIVS REGINVS, III vir (monetalis) sub Augusto *in nummis aureis et argenteis cusis ante a. 739 = 15 Cohen I² p. 310 n. 346, p. 311 n. 347. Filius videtur C. Antistii Regini legati Caesaris Caes. bell. gall. 6, 1; 7, 83. 90.*

598 Antistius Rusticus, maritus (Mummiae) Nigrinae in Cappadocia mortuus *Martial. 4, 75; 9, 30. Vna cum uxore memoratur in t. servae VI 27881.*

— T. FL(AVIVS) VMBRIVS ANTISTIVS SATVRNINVS FORTVNATIANVS *signo* HYDATIVS.

599 ANTISTIVS SOSIANVS *(sic Tac. a. 16, 14, h. 4, 44,* Antistius *alibi),* tribunus plebis a. 56 *Tac. a. 13, 28;* a. 62 praetor a Cossutiano Capitone maiestatis delatus et in insulam relegatus *ibd. 14, 48. 49; 16, 21;* a. 66 ut P. Anteium et Ostorium Scapulam apud Neronem deferret, revocatus *ibd. 16, 14;* a. 70 egressus exilium in insulam redactus *Tac. h. 4, 44.*

600 Antistius Vetus e primoribus Macedoniae maiestatis damnatus a. 21 *Tac. a. 3, 38.*

601 Antistius Vetus *nominatur in titulo Berytensi, quem dedicavit* Flavia T. f. Nicolais Saddane (uxor) *III S. 6680.*

602 Antistius Vetus *nescio quis memoratur in titulo servi VI 17180.*

603 (Antistius) Vetus *nescio quis nominatur in titulis libertorum VI 11922. 11923. 11928.*

604 [C. ANTIS]TIVS VETVS, C. f. *nescio quis in titulo liberti bilingui III S. 12241.*

605 C. ANTISTIVS VETVS *nescio quis fortasse memoratur in t. Sidonensi III 151, qui, quamquam lectio plane certa est, a lapicida ita male habitus est, ut quid sibi velit titulus incertum sit. Esse sepulcralem*

militis legionis II Traianae, beneficiarii C. Ant(istii) Vet(eris) co(n)s(ularis) *coniecit Mommsen.*

606 C. ANTISTIVS VETVS, consul (suffectus) a. 724 = 30. *In consulatu:* C. Antistius Vetus *fasti Amiternini IX 4191*, C. Antistius *fasti min. VI.* Filius C. Antistii Veteris, cuius, cum pro praetore Hispaniam ulteriorem regeret a. 685/686 = 69/68, C. Caesar quaestor fuerat, quaestor C. Caesaris a. 693 = 61 eandem provinciam administrantis *Plut. Caes. 5 cf. Sueton. div. Iulius 7, Velleius 2, 43, 4.* Tribunus plebis a. 698 = 56 *Cicero ad Quintum fratr. 2, 1, 3,* a. 709 = 45 Caecilium Bassum Apameae frustra obsedit *Cicero ad Attic. 14, 9, 3, Dio 47, 27. Idem videtur* Vetus *Appian. Illyrica 16,* qui a. 720 = 34 contra Salassos pugnavit. Consul suffectus kalendis Iuliis a. 724 = 30 *v. supra.* Legatus Augusti a. 729 = 25 contra Cantabros pugnavit *Velleius 2, 90, Florus 2, 33, Dio 53, 25. — Vel pater vel hic videtur* Antistius Vetus, qui villam Puteolanam Ciceronis paulo post obitum eius emit *Plinius n. h. 31, 7. — Pater C. Antistii Veteris consulis a. 748 = 6 a. C.*

607 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 748 = 6 a. C. cum D. Laelio Balbo. *Memoratur in titulo Chio CIG 2222 (1) posito sub Augusto cf. Waddington, fastes p. 103; referri potest ad eum t. Atticus CIA III 589 (2)* ὁ δῆμος Γάιον Ἀνθέστιον Γαίου ὑὸν Οὐέτερα *et t. Pergamenus Fränkel, Inschriften von Pergamon n. 423 (3)* ὁ δῆ[μος] Γάιον Ἀντίστιον [Οὐέτερα] [τὸν] πάτρωνα καὶ εὐεργ[έτην]. *Nummi cusi a. 738 = 16 a. C. (cf. Eckhel VI p. 103) Cohen I² p. 110 seq.*

In consulatu: C. Antistius Vetus *VI 763, X 5161, Gruter. 192, 9, Dio ind. l. 55,* C. Antistius *Monument. Ancyr. l. 3, 28 = gr. 9, 5, VI 11034, Dio 55, 9, Cassiodor., alibi* Vetus *fasti.* — C. Antistius Vetus *t. 2. 3, nummi,* Antistius Vetus *t. 1.* — C. f. *t. 2, Dio ind. l. 55, filius ergo C. Antistii Veteris consulis a. 724 = 30, nepos C. Antistii Veteris pro praetore Hispaniae, qui dicitur* avus huius Veteris (= *cos. a. 6 a. C.)* consularis atque pontificis *Velleius 2, 43, 3.*

III vir (monetalis) a. 738 = 16 a. C. *nummi;* consul a. 748 = 6 *fasti,* consularis atque pontifex *Velleius l. l.;* proconsul Asiae *a. incerto sub Augusto t. 1;* a. 30 p. C. fuit in vivis *Velleius l. l.;* duorum consularium et sacerdotum pater *id., scilicet C. Antistii Veteris consulis a. 23 p. C. et L. Antistii Veteris consulis suff. a. 28.* — Patronus Pergamenorum *t. 3.*

608 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 23 p. C. cum C. Asinio Pollione. *In consulatu:* C. Antistius Vetus *VI 10051, Fabretti p. 627, 234, Dio ind. l. 57, Frontin. de aquis 102, Plinius n. h. 33, 32,* C. Antistius *X 895, Tac. a. 4, 1, Cassiodor., alibi* Vetus *fasti.* — C. Antistius Vetus *fasti Arvalium Henzen p. CCXLIV.*

C. f. *Dio ind. l. 57, filius igitur C. Antistii Veteris consulis a. 748 = 6 a. C., nepos C. Antistii Veteris consulis a. 724 = 30 a. C., frater L. Antistii Veteris consulis n. 611.* Praetor urbanus a. 20 *fasti*

Arval., consul a. 23 *v. supra*, consularis atque sacerdotio ornatus *Velleius 2, 43, 3.*

609 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 50 cum M. Suillio Nerullino. *In consulatu:* C. Antistius Vetus *fasti Antiatini X 6638, XII 2234 (ubi traditur perperam* Vetere II *fortasse male lectum pro* ET), *VI 8639 I 15 = X 6637 (ex restitutione),* C. Antistius *Tac. a. 12, 25, alibi* Vetus *fasti.* — *Filius videtur C. Antistii Veteris consulis a. 23 p. C., pater consulis a. 96, qui sequitur.*

610 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 96 cum T. Manlio Valente. *In consulatu:* C. Antistius Vetus *VI 17707, tit. in agro Romano repertus Römische Mittheilungen 1886 p. 128;* C. Antistius *Dio 67, 14, alibi* Vetus *fasti.* — *Filius videtur consulis cognominis a. 50, qui praecedit.*

611 L. ANTISTIVS VETVS, consul (suffectus) sub Tiberio. *Titulus ei publice positus a Gabinis XIV 2802 (1); consulatus memoratur VI 10293 (2).* — *Plena nomina exhibent t. 1. 2.* C. f. *t. 1, filius C. Antistii Veteris consulis a. 748 = 6 a. C. cf. n. 607.* Xvir stlitibus iudicandis *(turbato ordine in t. 1 ponitur post praeturam et ante quaesturam),* quaestor Tiberii Caesaris Augusti, praetor *t. 1.* Consul (suffectus) X k. Ian. *a. 28 ut videtur cf. Borghesi opp. IV p. 450* cum Q. Iunio Blaeso *t. 2; consulatus eorum memorari videtur apud Suidam s. v.* Ἀπίκιος Μάρκος = *Aelian. fr. 110 Hercher* ὑπάτω δὲ ἤστην Ἰούνιος Βλαῖσος καὶ Λεύκιος. Consularis atque sacerdotio ornatus *dicitur nominibus omissis a. 30 a Velleio 2, 43, 3;* pontifex *t. 1.*

612 L. ANTISTIVS VETVS, consul a. 55 cum Nerone Augusto. *Memoratur in titulo Mogontiacensi Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift III (1884) p. 32 ad Westdeutsche Zeitschrift II (1883) p. 431. In consulatu:* L. Antistius Vetus *VIII 8837,* L. Antistius *tabula cerata Pompeiana 8. 9. 10. 12, Tac. a. 13, 11,* Antistius Vetus *tabula 11, III S. 7380, alibi* Vetus *fasti.* — [L. An]tistius Vetus *titulus,* L. Vetus *Tac. a. 13, 53; 16, 10,* L. Antistius *ibd. 14, 58.*

De patre non constat; fuit vel filius C. Veteris consulis a. 23 vel L. Veteris n. 611. — Consul a. 55 *v. supra;* cum (kal. Ianuariis) in acta principum iurarent magistratus, Nero in acta sua collegam Antistium iurare vetuit *Tac. a. 13, 11.* Post consulatum a. 55/58 legatus Aug. pr. pr. Germaniae superioris *Tac. a. 13, 53,* anno 56 *titulus.* A. 62 fuit Romae, unde mandata ad Rubellium Plautum generum misit *Tac. a. 14, 58.* Proconsul Asiae *ibd. 16, 10 a. 63/64 ut videtur, cum paulo post proconsulatum damnatus sit.* A. 65 ipse socrusque eius Sextia et Antistia Pollitta filia, invisi Neroni tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum generum L. Veteris, a Fortunato liberto adscito Claudio Demiano accusati sunt et damnationem anteierunt venas simul solventes *ibd. 16, 10–11.* — *Idem videtur* L. Vetus auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 3–6.* — *Nominatur Tac. a. 16, 12. 22.*

613 L. ANTISTIVS VETVS, C. f., tribu Aemilia, augur *XIV 2849 t. Praenestinus. Incertum est quis intellegendus sit; potest esse L. Antistius Vetus n. 612.*

614 ANTISTIVS ZOILLVS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi *VI 2010.*

615 Antistia, duarum Antistiarum liberti et familia *VI 7650.*

616 ANTISTIA POLLITTA (Antistia *Tac. a. 14, 22,* Polutia *codex ibd. 16, 10 correxit Nipperdey*), filia L. Antistii Veteris consulis a. 55, uxor Rubellii Plauti, quem, cum a. 60 a Nerone iussus esset in Asiam secedere, sectata est *Tac. a. 14, 22;* neci mariti a. 62 in Asia perpetratae adfuit *ibd. 16, 10.* Vidua Romam reversa a. 65 una cum patre accusata venas exsolvit *ibd. 16, 10–11.*

617 C. ANTIVS a. 16 p. C. a Germanico missus ad census Galliarum *Tac. a. 2, 6.*

— C. IVLIVS ANTIVS.

618 M. ANTIVS CRESCENS CALPVRNIANVS. *Tituli: memoratur in Ostiensibus XIV 324 (1) posito a. 203 et 325 (2) posito a. 194, in actis ludorum saecul. Severi I 50, II 10 (3), ad eum certe referendum est fragmentum t. urbani VI 1336 (4).*

Plena nomina exhibet t. 1, extant in t. 2 ...... [Cresce]ns Calpurnianus, *in t. 4* M. An.... Crescen[s] Calpurnianus; Crescens Calpurnianus *t. 3.* — [Cos.] *(suffectus anno incerto saeculi III ineuntis),* proconsul provinciae M[acedoniae], XVvir sacris faciundis *(item t. 3),* iuridicus Britanniae vice legati, legatus pr. pr. prov. ...., [cu]r(ator) r(ei) p(ublicae) Mars[orum Marrucinorum], pr[aetor?] ..... *t. 4, ubi in fine plura desunt.* Pontifex Volkani et aedium sacrarum Ostiae a. 194 *t. 2,* a. 203 *t. 1.*

619 M. ANTIVS GRAT[IL]LIANVS, quaestor pr. pr. [provinciae Siciliae] a. 213 *X 7228 t. Lilybetanus.*

— C. ANTIVS A. IVLIVS QVADRATVS *vide* A. IVLIVS QVADRATVS.

— M. ANTONIVS ANTIVS LVPVS.

620 ANTIVS POL[L]IO, consul (suff.) a. 155, III nonas Novembr. Antio Polione *(sic)* et Opimiano kos. ordinalis *(sic)*, Cevero et Sabiniano cos. *(sic) VI 2120.*

621 ANTIVS RVFINVS ex auctoritate Hadriani a. 136 fines inter Moesos et Thraces posuit (legatus Moesiae inferioris) *III 749 t. Moesiae infer. cf. Addenda p. 992, Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oestreich XV (1892) p. 209 n. 79 = III S. 12407.*

622 ANTIA MARCELLINA, M. Antonii Antii Lupi filia *VI 1343.*

623 ANTONINVS, filius imperatoris M. Aurelii Antonini, frater gemellus Commodi, natus d. 31 mensis Augusti a. 161 apud Lanuvium *vit. Commod. 1, 2;* quadrimus elatus est *(a. 164/165) ibd. 1, 4. Hic significatur* 'pullus Antoninus noster' *a Marco imperatore in epistulis ad*

Frontonem datis p. 94 N. vel pullus *p. 99;* pullulos tuos *(= Commodum et Antoninum) memorat Fronto p. 101.*

624 ANTONINVS, senator aetate Pausaniae *Paus. 2, 27, 6. 7.*

625 Antoninus, filius Abgari quondam regis (Severo) Abgaro fratri *Romae posuit t. sepulcralem IGI 1315 = CIG 6196 cf. A n. 8.*

626 Antoninus, grammaticus *citatur Gramm. Lat. VII 525, 22.*

627 Antoninus, homo plebeius *vit. Getae 3, 5.*

628 Antoninus, popa *vit. Getae 3, 9.*

629 Antoninus Aquila, rhetor, quem Fronto Aufidio Victorino commendat *Fronto ad amic. 1, 10 p. 179 N.* — Antonius Aquila, *qui in rescripto Severi et Antonini memoratur Digest. 19, 2, 19, 9, diversus videtur.*

630 *Antoninus Balbus a Severo occisus *vit. Sever. 13, 2 cf. Antonium Balbum.*

631 Antoninus Gallus, consul sub Valoriano *vit. Aureliani 8, 2 in epistula.*

632 T. AELIVS ANTONINVS, M. Aurelii Caesaris Veri et Anniae Faustinao Augustae filius *t. Olympicus Archäologische Zeitung XXXV (1877) p. 102 n. 71, XXXVI (1878) p. 103. Cf. n. 553.*

— IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS.

— ARRIVS ANTONINVS.

— C. ARRIVS ANTONINVS.

— Aurelius Antoninus.

— M. Aurelius Antoninus.

— T. AVRELIVS ANTONINVS.

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS.

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVG.

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS *sive* IMP. CAESAR M. AVRELIVS SEVERVS ANTONINVS AVGVSTVS (= Caracalla).

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVGVSTVS (= Elagabalus).

— M. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS.

— T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS.

— ... FL(AVIVS) VEDIVS ANTONINVS.

— M. GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS.

— Q. HATERIVS ANTONINVS.

— IVLIVS ANTONINVS.

— Iulius Maior Antoninus.

— L. IVL(IVS) AVR(ELIVS) SVLP(ICIVS) VRA(NIVS) ANTONINVS.

— M. OPELLIVS ANTONINVS DIADVMENIANVS.

— PETRONIVS ANTONINVS.

— Petronius Antoninus.

— SALLIVS ANTONINVS.

— P. VEDIVS ANTONINVS.

— T. Vlpius Aelianus Antoninus.

633 Antonius, eques Romanus a. 55 ob veneficia a Nerone occisus *Dio 61, 7.*

634 Antonius, praefectus alae bello Iudaico *Ioseph. bell. 3, 2, 1–3.*

635 Antonius, centurio bello Iudaico *Ioseph. bell. 3, 7, 35.*

636 Antonius, centurio a. 175 *Dio 71, 27.*

637 IVLLVS ANTONIVS, consul a. 744 = 10 a. C. cum Africano Fabio Maximo. *Rectam praenominis formam docuerunt t. urbanus ab Augusto positus Notizie degli scavi 1888 p. 244 (1)* Iullo Antonio Africano Fabio cos. *et t. liberti* M. Antoni Iulli patris l. Rufionis *VI 12010 (2). Apud scriptores nomen insolitum a librariis plerumque corruptum est, sed recte* Iull- *Dio 51, 15; 54, 26, Cassiodor. chr. a. 744, Horatii in inscriptione carm. 4, 2 et in v. 2 librorum pars servavit* Iull-, *alii exhibent* Iuli-, *alii* Iul-; Iuli- *Velleius 2, 100, 4, Sueton. Claud. 2, de grammat. 10, Tac. a. 1, 10; 3, 18; 4, 44, Ioseph. ant. 16, 6, 7, Dio 54, 36; 55, 10. Cum constet inter omnes veram nominis formam* Iull- *ubique restituendam esse, librariorum errores infra non iam curabimus.*

Nummum, quem descripsit Florez, Medallas de las colonias da España I p. 331 (unde pendent Mionnet Suppl. I p. 72 n. 412 et recentiores omnes) exhibentem secundum Floresium in parte adversa caput Augusti cum inscriptione Augusto D. D. C. C. N. C., *in aversa capita C. Caesaris et L. Caesaris, in medio* C. L., *cum inscriptione* M. Petronio C. Iulio Antonio IIvir. *Borghesi opp. I p. 469 et Waddington Fastes p. 100 ad Carthaginem novam et ad nostrum rettulerunt, cum Eckhel I p. 43 eum nummum dubiis suis non vacare recte scripsisset. Illorum sententia cum refutetur titulo nuper reperto, tum nummus ille male descriptus esse et ad Cnossum Cretae pertinere videtur cf. Imhoof-Blumer, Monnaies grecques p. 214.*

In consulatu: Iullus Antonius *t. 1, Sueton. Claud. 2, Dio ind. l. 54, Cassiodor.,* Iullus *Dio 54, 36. — Praeterea* Iullus Antonius *Velleius 2, 100, 4, Tac. a. 3, 18; 4, 44, Sueton. de grammat. 18, Ioseph. ant. 16, 6, 7, Dio 55, 10;* Iullus *Tac. a. 1, 10, Dio 51, 15;* Antonius *Seneca de brevitate vit. 4, 6, Plutarch. Anton. 87; Horatius carm. 4, 2 eum adloquitur* Iulle *v. 2,* Antoni *v. 26. — Quod libertus in t. 2 praenomine Marci utitur, solito more patronus, cum Iulli praenomen nobile atque remotum ab usu vulgari liberto omnino dari non posset, vulgare quoddam ex arbitrio liberto impertiit.*

M. Antonii ex Fulvia filius minor *Plutarch. Anton. 87, Dio 51, 15, ind. l. 54, Sueton. de grammat. 18.* Dum pater in oriente moratur, Romae ab Octavia educatus est *Plutarch. Anton. 54,* magistro usus L. Crassicio grammatico *Sueton. l. l.* Post necem patris a. 724 = 30 vitam obtinuit et summis honoribus ab Augusto affectus est *Plutarch. Anton. 87, Dio 51, 15,* qui ei Marcellam (iuniorem) M. Agrippae abductam in matrimonium dedit *Plutarch. l. l. cf. Velleius 2, 100, 4, Tac. a.*

4, 44. Praetor a. 741 = 13 a. C. Augusti diem natalem ludis circensibus et venatione celebravit et ex senatus consulto Augusto et senatoribus epulum dedit *Dio 54, 26, Velleius l. l.* Consul a. 744 = 10 a. C. *fasti* (consulatu ornatus *Velleius l. l.*). Sacerdotio, provinciis ornatus *Velleius;* proconsul (Asiae) *Ioseph. ant. 16, 6, 7, ubi affertur epistula* Iulli Antonii proconsulis ad Ephesios data. A. 752 = 2 a. C. sceleribus Iuliae Augusti filiae detectis Iullus ex adulteris eius, quasi ad imperium adspirasset, Romae morte punitus est *Dio 55, 10, Seneca de brevitate vitae 4, 6, Tac. a. 1, 10; 4, 44* (ipse sceleris a se commissi ultor *dicitur a Velleio vera velare studente*). Nomen fastis non erasum est *Tac. a. 3, 18. — Cum in t. 2 dicatur* Iullus pater, *necesse est eum filium cognominem (cf. quae adnotavi ad A 62) habuisse, de quo tacent scriptores; alter filius* L. Antonius *Tac. a. 4, 44 (ex praenomine natu minor) cf. infra.*

Heroico metro Διομηδείας XII libros scripsit egregios, praeterea et prosa aliqua *Acro ad Horat. carm. 4, 2, 23, eadem fere scholiasta Cruq. Vnde lectionem traditam v. 33* 'concines maiore poeta plectro' *et v. 41* 'concines laetosque dies' *tuendam et verba Horatii ad Iullum referenda esse post alios Bücheler Rheinisches Museum XXXXIV (1889) p. 318 denuo demonstrare studuit. At praeferenda est emendatio Lachmanni utroque loco* 'concinet' *restituentis cf. Kiessling in editione carm. ad l. l.*

638 M. ANTONIVS, filius M. Antonii IIIviri. *Nummi capita exhibentes patris et filii Cohen I^2 p. 58 n. 1. 2, quorum prior cusus a. 719/720 = 35/34 in parte adversa inscriptus est* M. Antonius M. f.; Antonius iuvenis *Sueton. Aug. 17,* Ἄντυλλος *Plutarchus et Dio.*

M. Antonii et Fulviae filius maior *Sueton. Aug. 17. 63, Plutarch. Anton. 71. 81. 87.* Anno 710 = 44 d. 17 mensis Martii pater parvum filium in Capitolium ad Brutum et Cassium obsidem misit *Cicero Philipp. 1, 2. 31; 2, 90, Velleius 2, 58, 3,* belli Mutinensis tempore Romae cum matre fuit *Cicero Philipp. 12, 1,* postea patrem in Aegyptum secutus est *Plutarch. Anton. 28. 57.* A. 718 = 36 C. Caesar Tarenti Iuliam filiam puero despondit *Sueton. Aug. 63, Dio 48, 54; 51, 15.* A. 724 = 30 Antonius post pugnam Actiacam Alexandriam reversus Marco filio togam virilem dedit *Plutarch. Anton. 71, Dio 51, 6;* Caesar rerum potitus eum simulacro divi Iulii, ad quod confugerat, abreptum interemit *Sueton. Aug. 17, Plutarch. Anton. 81. 87, Dio 51, 15.*

639 L. ANTONIVS, Iulli Antonii et Marcellae filius, Octaviae Augusti sororis nepos, post mortem patris *(a. 752 = 2 a. C.)* admodum adulescentulus sepositus ab Augusto in civitatem Massiliensem, ubi specie studiorum nomen exilii tegeretur; ibi obiit a. 25 p. C., habitus tamen supremis honor ossaqne tumulo Octaviorum inlata per decretum senatus *Tac. a. 4, 44.*

— Valerius Antonius.

640 Q. ANTONIVS I.. V... consul *(suffectus a. incerto)* cum L. Aurelio Flacco *VI 2017 fasti feriarum Latinarum. Fortasse supplendum est* I[sa]u[ricus], *cf. infra Q. Antonium Isauricum.*

641 M. ANTONIVS ....ANVS cooptatus (sodalis Augustalis Claudialis) a. 210 *VI 1984. Fortasse* [Severi]anus *cf. n. 698.*

642 (Antonius) Agrippa, filius Antonii Felicis et Drusillae, periit in conflagratione Vesuvii montis (a. 79) *Ioseph. ant. 20, 7, 2.*

643 L. ANTONIVS ALBVS, frater Arvalis a. 117. 118. 120. 129. 130. 139. 145 *VI 2076. 2078. 2080. 2083. 2084, Ephem. ep. 8 p. 332. Idem videtur* Albus proconsul Asiae aetate Aelii Aristidis *Aristid. p. 497 D. Rexisse Asiam anno proconsulari 151/152 Waddington fastes p. 214 contendit perperam usus epistula Pii (Iustin. Martyr. ad calcem Apolog. II opp. I² p. 243 Otto), quam fictam esse ipse non negabat.*

644 M. ANTONIVS ANTIVS LVPVS. *Titulus sepulcralis ei post memoriam restitutam positus VI 1343. — Plena nomina exhibet titulus,* Antius Lupus *vit. Commod. 7, 5;* patricius *tit.* Praefectus feriarum Latinarum, Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis II Adiutricis piae fidelis, quaestor, praetor; augur, sodalis Titius *tit.* A Commodo occisus *vit. Commod. 7, 5;* cuius memoria per vim oppressi in integrum secundum amplissimi ordinis consultum restitnta est *tit., scilicet post necem Commodi cf. vit. Pertin. 6, 8.* — Claudia Regilla uxor eius, Antia Marcellina filia, M. Valerius Bradua Mauricus et Antonia Vitellia adfines, Q. Fabius Honoratus et T. Annaeus Placidus amici *tit.*

645 M. ANTONIVS [A]R[IS]TO[MENES?], M. Antonii Flammae filius, sacerdos Apollinis Cyrenensis a. 73 *CIG 5144 t. Cyrenensis.*

646 ANTONIVS ARRIANVS, clarissimus iuvenis *t. urbanus Bullettino comunale 1885 p. 104 n. 1034.*

647 Antonius Atticus, rhetor *Seneca suasor. 2, 16.*

648 Antonius Balbus (Antoninum *traditur,* Antonium *scribendum videtur, cum ceteri fere omnes, qui eo loco recensentur, nomine gentilicio significentur),* homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 2.*

649 M. ANTONIVS BALBVS, vir clarissimus, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum. Fortasse filius eius qui praecedit.*

650 L. Antonius Capito, M. filius *post mortem publice a Lesbiis honoratus CIG 2197 h. add., t. Mytileneus aetatis imperatoriae ineuntis videtur.*

651 M. ANTONIVS CASCELLIVS, M. Antonii Flammae filius, sacerdos Apollinis Cyrenensis a. 68 *CIG 5144 t. Cyrenensis.*

652 P. Antonius Cassianus, procurator Aug., (Numidiae) a. 175, vir [egr.] *VIII 2276 t. Numidicus cf. Add. p. 950.*

653 Q. ANTONIVS CASSIVS CASSIANVS, consularis *VI 1344 t. sepulcralis.*

654 Antonius Castor, artis herbariae peritissimus aetate Plinii centesimum aetatis annum excessit *Plin. n. h. 25, 9;* auctor Plinii *ind. l. 20–27, citatur* (Castor *nude*) *ibd. 20, 174. 244. 261; 23, 166; 26, 51.*

655 T. Ant(onius) Cl(audius) Alfenus Arignotus, tribu Quirina, ὑπατικῶν συγγενής, procurator Augusti arcae Livianae aetate Antonini (Severi filii) *CIG 3484. 3497.*

— L. Antonius Claudius Dometinus Diogenes *vide* Claudius.

656 M. ANTONIVS CRISPINVS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum.*

657 L. Antonius Expectatus, L. Antonii Firmi filius *III 2075, vide in patre.*

658 M. ANTONIVS FE....., (sodalis Augustalis Claudialis) cooptatus a. 225 *VI 1984.*

659 Antonius Felix. Antonius Felix *Tac. h. 3, 9,* Claudius Felix *Ioseph. ant. 20, 7, 1, Suidas s. v.* Κλαύδιος *traditur; qui utroque loco scripserunt* Κλαύδιος Φήλικα (*scil.* πέμπει *vel* ἐπέστησεν) *non librariorum, sed Iosephi errorem correxisse videntur, quem sequitur Suidas; ceterum* Felix. — Frater Pallantis *Tac. a. 12, 54, Ioseph. ant. 20, 7, 1; 20, 8, 9, bell. 2, 12, 8;* libertus Claudii *(Vict.) Epitom. 4, immo Antoniae matris eius, ut ex nomine apparet.* Aliquot annis ante a. 52 ('iam pridem Iudaeae impositus' *Tac. sub a. 52*) Iudaeae praepositus est provincia ita divisa, ut Ventidio Cumano Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent; discordiis inde ortis Vmmidius Quadratus legatus Syriae provinciae statum composuit et de procuratoribus statuit, ut Cumanus damnaretur, Felix procurator totam provinciam regeret *Tac. a. 12, 54;* Felicem (Claudius) cohortibus et alis provinciaeque Iudaeae praeposuit *Suet. Claud. 28,* Felicem legionibus Iudaeae praefecit *(Vict.) Epitom. 4. Contra Felicem post damnationem Cumani (a. 52) in Iudaeam missum esse narrat Ioseph. ant. 20, 7, 1, bell. 2, 12, 8 (a quo pendent Hieronym. ad a. Abr. 2066, Syncell. p. 629, 3), sed plus tribuendum videtur accuratae Taciti enarrationi.* Felix Ionathan pontificem maximum Iudaeorum per sicarios interfecit *Ioseph. ant. 20, 8, 5. bell. 2, 13, 3;* Iudaeos a falsis vatibus deceptos et rebellantes coercuit *id. ant. 20, 8, 6, bell. 2, 13, 5, Eusebius Armen. ad a. Abr. 2067, Hieronym. 2069;* Iudaeis in urbe Caesarea tumultuantibus milites immisit *id. ant. 20, 8, 7, bell. 2, 13, 7, Eusebius Armen. ad a. Abr. 2069, Hieronym. 2071;* Paulus apostolus apud eum accusatus est *act. apost. 24.* Per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuit *Tac. h. 5, 9.* Successit ei Porcius Festus *Ioseph. ant. 20, 8, 9, bell. 2, 14, 1, acta apost. 24, 27, Eusebius Armen. ad a. Abr. 2070, Hieronym. 2071 anno 60 ut videtur cf. Schürer, Geschichte des Jüdischen Volkes p. 484.* A Iudaeis Caesariensibus apud Neronem accusatus gratia Pallantis absolutus est *Ioseph. l. l.*

Trium reginarum maritus *Sueton. Claud. 28;* maritus Drusillae, Cleopatrae et Antonii neptis *Tac. h. 5, 9 (qui nomen* Drusillae *duas coniuges confundens posuisse videtur);* cum Iudaeam administraret, Drusillam, filiam Agrippae, uxorem Azizi Emesenorum regis, marito ab-

ductam sibi coniunxit *Iosephus ant. 20, 7, 2, acta apost. 24, 24; tertia uxor ignoratur.* Agrippa filius eius et Drusillae *(alterius uxoris) Ioseph. l. l.*

Memorari videtur in titulo Polensi V 34, quem posuit L. Anneio L. f. Domitio Proculo clarissimo puero pronepoti Antonii Felicis Antonia Clementiana avia. *Quod si recte ponitur*, Antonia Clementina filia fuit Felicis, *incertum ex quo matrimonio.*

660 ANTONIVS FELIX MAGNVS, clarissimus puer, Antonii Frontonis Salviani filius *VI 1345.*

661 L. Antonius Firmus, L. f., tribu Tromentina, aedilis, IIIIvir iure dicundo (Salonae), praefectus fabrum, procurator Aug. *III 2075 t. Salonitanus ab initio mutilus;* L. Antonius Expectatus filius; *alter filius, cuius nomen periit, titulum posuit.* Antonia Primigenia *uxor ut videtur.*

662 M. ANTONIVS FLAMMA *(praenomen exhibet titulus CIG 5144,* Antonius Flamma *Tacitus),* a. 70 a senatu (accusantibus *add. Wurm*) Cyrenensibus damnatur lege repetundarum et exilio ob saevitiam *Tac. h. 4, 45. Cyrenen eum pro consule rexisse cum inde per se veri simile sit, confirmatur eo, quod in t. Cyrenensi supra allato, catalogo sacerdotum Apollinis*, sub a. 68 M. Antonius M. Antonii Flammae f. Ca. scellius, sub a. 73 M. Antonius M. Antonii Flammae f. [A]r[is]to[menes] *recensentur.*

663 ANTONIVS FRONTO SALVIANVS, clarissimae memoriae vir, quaestor urbanus, aedilis Cerealis designatus; Antonius Felix Magnus filius *VI 1345.*

664 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG. (1). *Tituli patris et filii imperatorum extant graeci Perge Pamphyliae Lanckoroński, Städte Pisidiens und Pamphyliens I p. 168 n. 37 (1):* αὐτοκράτο[ρα] Καίσαρα M. Ἀντώνιον Γορδιανὸν Σεμπρωνιανὸν Ῥωμανὸν Ἀφρικανὸν π[ατέρα] ..... *et n. 38 (2)* αὐτοκράτορα Καίσαρα M. Ἀντώνιον Γορδιανὸν Σεμπρωνιανὸν [Ῥ]ωμανὸν Ἀφρι[κ]ανὸν υἱὸν [ε]ὐσεβῆ εὐτυχῆ σεβαστὸν σωτῆρα τῆς οἰκουμέν[ης] ἡ γερουσία. *Ad alterum utrum spectant titulus Burdigalae qui extat, origine fortasse Africanus Ephem. ep. 5, 342 (3):* Imp. [Caes.] M. Antonio Gord[iano] [Semproniano] Romano African[o] [invicto P. F. Aug.], pontifici maximo, t[r.] [p.] ...... *et fragmentum tituli Cuiculitani VIII 10895 semel et male descripti.*

Nummi: I) *Aegarum Ciliciae n. ab una parte inscriptus* θεοὺς Γορδιανοὺς Σεμ(πρωνιανοὺς) Ῥωμ(ανοὺς) Ἀφρι(κανοὺς) Σεββ. *cum capitibus Gordianorum;* II) *Prymnessi Phrygiae exhibens* αὐ(τοκράτωρ) K(αῖσαρ) M. Ἀντ(ώνιος) Γορδιανὸς Σεμ(πρωνιανὸς) Ῥωμ(ανὸς) Ἀφρι(κανὸς) Σεβ(αστός), *caput laureatum Gordiani patris, ut opinatur von Sallet, qui n. I et II de visu descripsit Zeitschrift für Numismatik VII (1880) p. 140. Ceterum vide de nummis utriusque, qui nisi ex diversis imaginibus distingui*

non possunt, Eckhel VII p. 301 sqq., Cohen V^2 *p. 1 sqq., de Alexandrinis von Sallet, Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 56.*

Privatus plerumque M. Antonius Gordianus *nominatus fuisse videtur, cum omnino in nummis commatis Romani et in titulis nepotis (vide infra) ita nuncupetur; num privatus cognomine* Semproniani *usus sit, in medio relinquendum est. Inepte de nominibus Gordianorum scriptores qui dicuntur historiae Augustae hariolantur modo nomen* Antonini *modo* Antonii *iis tribuentes vita Macrini 3, 5, Diadum. 6, 3, Elagabali 18, 1; 34, 6, Gordianorum 4, 7; 9, 5; 17, 1. 5.* — Antonius Gordianus *Philostratus praef. vit. sophist., Victor Caes. 26, 1, ubi* Anthonius *codex Bodleianus exhibet, ceterum* Gordianus *apud scriptores.*

Natus est anno fere 159, *cum a. 238* ἐς ἔτος ἤδη περί που ὀγδοηκοστὸν ἐληλακώς *dicatur Herodian. 7, 5, 2 (cf. Zonar. 12, 17* ἑβδομήκοντα γὰρ καὶ ἐννέα ἐβίω ἐνιαυτούς), patre Maecio Marullo, matre Vlpia Gordiana; originem paternam ex Gracchorum genere habuit *(unde* Semproniani *cognomen sumpsit)*, maternam ex Traiani imperatoris, patre avo proavo consulibus *vit. Gord. 2, 2.* Quaesturam magnificentissimam gessit, aedilitatis suae tempore duodecim populo Romano munera exhibuit *vita 3, 5,* praeturam nobilem gessit *vita 4, 1;* consulatum sero accepit *vita 18, 5,* primum iniit cum Antonino Caracalla, secundum cum Alexandro *vita 4, 1. Errasse biographum, qui consulatum secundum ex consulatu filii effecisse videtur, docent nummi, in quibus dicitur consul sine iterationis nota. Consul suffectus igitur anno incerto Caracallae.* Sub Alexandro Severo proconsul Africae factus est *vita 5, 1, Philostratus praef., qui ei proconsuli dedicavit libros de vitis sophistarum;* πολλῶν πρότερον ἄρξας ἐθνῶν ἔν τε πράξεσι μεγίσταις ἐξετασθείς *Herodian. 7, 5, 2, cui num fides habenda sit iure dubitatur.*

Anno 238 ineunte in oppido Thusdro imperator appellatus Carthaginem se contulit, ubi et filius legatus patris Augustus nuncupatur *Herodian. 7, 5, 2—6, 2, vita 7–9, Victor Caes. 26.* Legatione Romam missa senatus populusque Gordianos imperatores agnovit, Maximinum Maximumque hostes iudicavit *Herodian. 7, 6, vita 7, 8 sqq., Zosimus 1, 14. (Huc spectare tit. Africanos repertos eo loco, ubi fuit municipium Althiburus, VIII 1822* Victoriae Aug. *et 1823* Victoriae sen. Rom. *coniecit Wilmanns.) Imperatores facti pater et filius plane eodem modo appellantur* Imp. Caesar M. Antonius Gordianus Sempronianus Romanus Africanus *t. 1. 2. 3 nummi I. II, sive* Imp. Caesar M. Antonius Gordianus Africanus *in nummis Romanis et Alexandrinis;* Africani *cognomentum memorant praeterea Herodian. 7, 5, 8, vita 9, 3.* P(ontifex) m(aximus), tr(ibunicia) p(otestate), cos., p(ater) p(atriae) *dicitur Gordianus pater num. Cohen n. 2 cf. t. 3; pontificis maximi dignitas tantum patri tributa esse videtur.*

Contra Gordianos Capellianus legatus Numidiae profectus Gordianum iuniorem vicit; iunior in pugna cecidit, senior clade nuntiata vitam laqueo finivit *Herodian. 7, 9, vita 15–16, vit. Maximini 19, Ammianus Marcellinus 26, 6, 20.* Consecratus est *vita 16, 4;* divus Gordianus *in titulis nepotis.*

Vxor Fabia Orestilla *vita 17, 4*, Annii Severi filia *cf. ibd. 6, 4.* Filios duos habuit, illum consularem, qui cum ipso Augustus appellatus est, et filiam Maeciam Faustinam, quae nupta est Iunio Balbo *vita 4, 2.*

Chronologiam a. 238 incredibilem in modum confusam apud scriptores nummorum ex fide primus disposuit Eckhel VII p. 293. Virorum doctorum ratiocinationes, quibus postea regna Maximini, Gordianorum, Pupieni et Balbini usque ad dies computasse sibi visi sunt omnes omnino haud firmis argumentis usi, examinare hoc loco non licet. Haec fere sunt, quae probabiliter de illorum imperiis dici possunt:

Maximinus medio fere mense Martio a. 235 imperium adeptus est (cf. Borghesi opp. III 445, V 486); regnasse tres annos ([Vict.] Epitom. 25, Ioann. Antioch. M. IV fr. 146, Eusebius-Hieronymus etc.) vel 'triennio et paucis diebus' *Eutrop. 9, 1 plerique testes consentiunt. Quibus conveniunt quae Herodianus l. VIII de Aquileiae obsidione optimum auctorem secutus fuse enarravit, cf. inprimis 8, 4, 2* τῶν γὰρ ὑπερκειμένων ὀρῶν τὰς δι᾽ὅλου τοῦ χειμῶνος παγείσας χίονας λύουσα ἡ τοῦ ἔτους ὥρα παμμεγέθη τὸν χειμάρρουν εἰργάζετο κτλ., *unde Maximinum ineunte vere a. 238 ad urbem Aquileiam accessisse apparet. Itaque occisus est sub finem mensis Martii vel paulo post.*

Seditio Africanorum orta est teste Herodiano 7, 4, 1 συμπληρουμένης αὐτῷ (= Μαξιμίνῳ) τριετοῦς βασιλείας *id est* 'cum tertius imperii annus ad finem verteretur', *non ut quidam perperam interpretati sunt:* 'postquam tertius annus perfectus est'. *Ex iis autem quae de temporis spatio imperii Gordianorum patris filiique traduntur, tantum respicienda sunt testimonia Zonarae 12, 17, qui* XXII dies *iis tribuit, et Chronographi, qui* dies XX. *Regnaverunt igitur per tres fere hebdomadas vel mense Februario vel sub initium mensis Martii a. 238.*

Post necem Gordianorum Pupienus et Balbinus Augusti appellati sunt, Gordianus nepos Caesar nuncupatus. Id quod factum esse ante mensem Aprilem sequitur ex iis, quae de obsidione Aquileiae constant. Mense Maio tres imperatores Romae fuisse confirmat t. urbanus VI 816 positus VI id. Maias, *ubi memoratur* Auggg. libertus *(= Augustorum trium, minus quidem accurate, sed levi errore). Interfectis autem Pupieno et Balbino Gordianum Augustum appellatum solum imperare coepisse ante mensem Septembrem cum nummi Alexandrini septimum annum indicantes doceant, tum ante d. 23 m. Iunii sequitur ex titulo Norico V 4820 cf. p. 1118 posito* VIII kal. Iulias, *ubi* Aug(ustus) n(oster) *invenitur.* Dies LXXXXVIII *duobus Augustis*

tribuit Chronographus; ἐβασίλευσεν Βαλβῖνος μῆνας γ' καὶ ἐσφάγη· καὶ ἐβασίλευσεν Πούπλιος ἡμέρας ἑκατὸν καὶ ἐσφάγη *Chron. Paschal. p. 269 cf. Zonar. 12, 17 p. 127 Dindorf. Itaque Pupienus et Balbinus regnaverunt per tres fere menses vel paulo amplius inde a mense Martio ineunte in medium mensem Iunium, ubi Gordianus solus imperium iniit.*

De subscriptionibus constitutionum a. 238 in codice Iustiniano, de eclipsi solis (vit. Gordian. 23, 2), de inscriptione papyri graece scriptae (Mittheilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer II. III p. 31) hoc loco agere non meum est, cf. Borghesi opp. V p. 486 sqq., Seeck Rheinisches Museum XLI p. 161 sqq., Sadée, de imperatorum Romanorum tertii saeculi temporibus constituendis p. 8 sqq.

665 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAESAR M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG. (II). *De nummis, titulis, nominibus vide in patre.* — M. Antonio Gordiano ex Fabia Orestilla natus est *vita 17, 4 anno fere 192, cum a. 238* quadraginta et sex annos egisse *dicatur vita 15, 2.* Quaesturam Elagabalo auctore promeruit; practuram Alexandro auctore urbanam tenuit, in qua tantus iuris dictionis gratia fuit, ut statim consulatum mereretur *vita 18, 4–5. Consul suffectus anno incerto sub Alexandro.* Legatus patris proconsulis Africae cum patre imperator appellatus a Capelliano victus periit *Herodian. 7, 7–9, vita 15–16.* Inter deos relatus *vita 16, 4, vit. Maximi et Balbini 4,* divus Gordianus *in titulis Gordiani III cf. n. 666. — Cum nummi Gordianorum patris et filii tantum ex diversis capitibus distinguantur, nummum apud Cohen p. 6 n. 4 inscriptum in aversa* P. M. Tr. P. P. P. S. C. *falso ad filium relatum esse crediderim et propter* P. M. *pertinere ad patrem.*

666 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAESAR M. ANTONIVS GORDIANVS AVG. (III). Divi M. Antonii Gordiani nepos, divi M. Antonii Gordiani sororis sue *(sic)* filius *Ephem. ep. 7, 575,* divi M. Antonii Gordiani nepos, divi Antonii Gordiani sororis filius *VIII 848,* divi Gordiani nepos et divi Gordiani sororis filius *VIII 4218, Ephem. ep. 5, 1097; 7, 754; haud accurate nonnumquam* divorum Gordianorum nepos *veluti VIII 10330. 10331. 10431. 10452. 10460;* Gordiani ex filia nepos *Herodian. 7, 10, 7, vita 22, 4;* Dexippus eum nepotem ex filio statuerat *vita 19, 9 cf. Zosim. 1, 16.* Filius Maeciae Faustinae et Iunii Balbi consularis viri *vita 4, 2.*

Natus est d. 20 mensis Ianuarii *fasti Philocali I p. 334* a. 225; *nam* tredecim annos natus imperium adeptus esse *dicitur Herodian. 8, 8, 8,* secundum alios tunc egit undecim vel sedecim *vita 22, 2.* Post necem duorum Gordianorum cum Pupienus et Balbinus Augusti appellati essent, Gordianus populo et militibus postulantibus Caesar nuncupatus est *mense fere Martio a. 238 (vide supra p. 98), Herodian. 7, 10, vita 22, vit. Maximini 20, vit. Maximi et Balbini 3.* M. Antonius Gordianus Caesar *in nummis Eckhel VII p. 309,* M. Antonius

Gordianus nobilissimus Caesar princeps iuventutis *Eph. ep. 7, 660,* M. Antonius Gordianus nobilissimus Caesar Pi[us] Augustus *VIII 10365. 10342 ex emendatione. Vt hi tituli duobus Augustis et Caesari positi sunt, ita tribus principibus dedicati fuisse videntur tituli mutili VIII 10343, Ephem. ep. 7, 673; fortasse etiam fragmentum Correspondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift VI (1887) p. 213. Praeterea primum trium principum nomina scripta fuisse, dein duorum Augustorum erasa esse videntur in miliariis Cappadociae III S. 6913. 6934. 6936. 6953. — Praemissis nominibus Augustorum* καὶ Μάρκου Ἀντωνίου Γορδιανοῦ τοῦ ἱερωτάτου Καίσαρος *in papyro graece scripta Mittheilungen aus der Samnlung der Papyrus Erzherzog Rainer II. III p. 31.*

Post necem Pupieni et Balbini *(mense fere Iunio a. 238)* Augustus appellatus solus regnum obtinuit *Herodian. 8, 8, 8, vita 22, Zosim. 1, 16.* Imp. Caesar M. Antonius Gordianus Aug. *in nummis titulisque.* Anno 241 (Furiam Sabiniam) Tranquillinam filiam (C. Furii Sabinii Aquilae) Timesithei uxorem duxit *vita 23, 6, Eutrop. 9, 2, 2, Zosim. 1, 17, Zonar. 12, 18. Biographum recte eas nuptias a. 241 confectas esse narrasse confirmant nummi Alexandrini Tranquillinae quartum Gordiani annum indicantes von Sallet, Daten p. 60.* In expeditione Persica fraude M. Iulii Philippi a. 244 ineunte occisus est *vita 30, Eutrop. 9, 2, Victor Caes. 27, Epitome 27, Ammianus Marc. 23, 5, 7, Zosim. 1, 18–19, Zonar. 12, 18.*

667 ANTONIVS HIBERVS, gravissimus praeses *memoratur in titulo Tyrano III 781; ex contextu apparet eum legatum pr. pr. Moesiam inferiorem rexisse aetate Antonini Pii vel fratrum imperatorum. Fortasse non diversus fuit a consule anni 133, qui sequitur.*

668 M. (?) ANTONIVS HIBERVS, consul a. 133 cum P. Memmio Sisenna. *In consulatu:* M. Antonius *XIV 2014*, C. *(sic)* Antonius Hiberus *VI 10299,* Antonius Hiberus *VI 13505 (XI 3898 ex restitutione), ceterum* Hiberus *fasti.*

669 Antonius Honoratus, tribunus cohortis praetoriae a. 68 *Plutarch. Galba 14.*

670 M. A(NTONIVS?) I. SEVERIANVS, clarissimus vir *in t. christiano servi VIII 9585 lectionis certae. Fuit* I(ulianus) *vel* I(unianus) *vel simile quid; cf. infra M. Antonium Severianum.*

671 Q. ANTONIVS ISAVRICVS, legatus Aug. (Britanniae *aut* legionis VI victricis) *nominatur in t. Eburacensi VII 233 posito a* Sosia Iuncina *(uxore). Potest idem esse* Q. Antonius I[sa]u[ricus] consul *(suffectus anno incerto) n. 640.*

672 Antonius Iulianus, rhetor. Hispanus *Gellius 19, 9, 2,* magister Gellii *id. 18, 5, 1,* iudicium Gellii de eo *id. 1, 4;* commentarii eius *id. 18, 5, 12; nominatur id. 9, 1, 2; 9, 15; 15, 1; 20, 9.*

673 C. Antonius Iulianus, proc(urator) p(rovinciae?) P(annoniae?) s(uperioris?) *III 5120 t. Noricus semel descriptus;* PP. X *traditur.*

674 M. Antonius Iulianus, procurator Iudacae a. 70 *Ioseph. bell. 6, 4, 3; idem videtur* Antonius Iulianus, qui de Iudaeis scripserat *Minucius Felix, Octavius 33, 4.*

675 M. ANTONIVS IVVENIS, frater Arvalis a. 183. 186 *VI 2099. 2100.*

676 M. Antonius Liberalis, rhetor *Suetonius index rhet. 14;* latinus rhetor gravissimas inimicitias cum (Remmio) Palaemone exercet *Hieronymus (ex Suetonio) ad a. Abr. 2064 = a. 48.*

677 T. ANTONIVS MARTIALIS PVDENTIANVS, T. f., quaestor provinciae Africae, tribunus plebis, praetor, legatus pr. pr. provinciae Africae *VI 1346.*

678 M. ANTONIVS MEM........ *Fragmentum tituli Galatici ei positi Bulletin de correspondance Hellénique VII (1883) p. 26.* — M. 'Αντ. Μεμ....... τὸν λαμπ[ρότατον] [ὑπατικόν?], χειλίαρχον [λεγιῶνος ....], κουαίστορα [ἐπαρχείας] [Λυκί]ας Παμφυλ[ίας], [πράξεις] [συν]κλήτου εἰλη-[φότα], [αἰδίλην] κουρούλην, πρ[εσβευτὴν .....], στρατηγὸν δή[μου] [Ῥω-μαίων?], [ἔ]παρχον αἰραρί[ου] ......, ..ορθωτην Γαλ[ατῶν] ......, [προ-σ]τατεύσαν[τα] [καὶ ἐπιμελη]σάμενον [α]ὐτῶν ......

Fuit ergo tribunus militum legionis alicuius, quaestor Lyciae Pamphyliae, ab actis senatus, aedilis curulis, praetor, praefectus aerarii *(vel Saturni vel militaris); supplementa partis extremae incerta sunt,* [δι]ορθωτὴν Γαλ[ατῶν Τρόκμων] *proposuit Ramsay qui edidit; rectius opinor* [ἐπαν]ορθωτήν. *Significari videtur legatus missus ad corrigendum statum partis alicuius provinciae Galatiae. — Ab initio tituli* ὑπατικόν *plane incertum est neque minus apte suppleri potest* συγκλητικόν. *Fortasse idem est qui sequitur.*

679 ANTONIVS MEMMIVS HIERO, legatus Aug. pr. pr. (Cappadociae) sub Philippis *in miliariis Cappadociae III S. 6914. 6915. 6917. 6941. 6942. 6946. 6947. 6955 = 12212. 12165. 12180. 12181. 12183. 12192. 12199. 12200. Plena nomina in titulis partim corruptis partim plus minus mutilis non leguntur, sed certe colliguntur inter se collatis t. 6914. 6946. 6955. 12199. 12212.*

680 Antonius Musa, libertus *Dio 53, 30,* Euphorbi medici frater *Plin. n. h. 25, 77;* medicus Augusti gravissimum morbum curavit a. 731 = 23 indeque summopere honoratus est *Sueton. August. 81. 59, Plin. n. h. 19, 128; 25, 77; 29, 6, Acro ad Horat. epist. 1, 15, 2;* anulis aureis donatus *Dio l. l;* Claudium Marcellum, quem eadem ratione atque Augustum curavit, non sanavit *ibd.*

Memoratur vel auctor medicamentorum citatur Horat. epist. 1, 15, 3, Scribonius Largus 110, Plin. n. h. 30, 117; complures libros de medicamentis scripsit *Galenus XII 989. XIII 463K., apud quem auctor medicamentorum affertur XI 87. 137. XII 636. 685. 737. 739. 740. 741. XIII 47. 57. 61. 104. 108. 206. 263. 326. 832; falso apud Galenum tradi* Antonium Musam *pro* Petronio Musa *demonstrare studuit E. Meyer, Geschichte der Botanik II p. 50 sqq.*

Sub nomine Antonii Musae feruntur libellus de tuenda valetudine ad Maecenatem (*in Musae editione Caldani p. 105–117, idem repetitur apud Marcellum Empiricum p. 9—13 ed. Helmreich sub inscriptione* 'epistula alia eiusdem Hippocratis ex Graeco translata ad Maecenatem') *et in libris manu scriptis* de herba betonica *praemissa epistula ad M. Agrippam, cf. Teuffel-Schwabe, Römische Literaturgeschichte p. 621[5].*

681 L. Antonius Naso *memoratur in t. Bithyniae III S. 6993 posito anno 78, in nummis Bithyniae a) in parte adversa cum capite et inscriptione Vespasiani, in aversa:* ἐπὶ Λ. Ἀντωνίου Νάσωνος ἐπιτρόπου, Βιθυνία *Eckhel II p. 404,* ἐπὶ Λουκίου Ἀντωνίου Νάσωνος ἐπιτρόπου, Βιθυνία *in exemplo Monacensi descripto ab Imhoof-Blumer; b) cum capite Domitiani Caesaris, in aversa cum eadem inscriptione atque in a) Borghesi opp. I 509 (male descripti Mionnet V p. 174, 1012, VI p. 687, 505).*

L. Antonius Naso *tit., nummi;* Antonius Naso *Tac. h. 1, 20.* — Tribunus praetorianorum a Galba mense Ianuario a. 69 exauctoratus *Tac. l. l.;* procurator Vespasiani et Titi Bithyniae a. 78 *tit., nummi.*

682 Antonius Natalis, eques Romanus, coniurationis Pisonianae in Neronem particeps a. 65 *Tac. a. 15, 50;* indicio impunitatem meruit *ibd. 15, 56. 60. 71; nominatur ibd. 15, 54. 55.*

683 Antonius Novellus, primipilaris, unus ex ducibus classis Othonianae *Tac. h. 1, 87; 2, 12.*

— (M. Antonius) Pallas.

684 M. ANTONIVS PALLAS, consul (suff.) a. 167. Q. Caecilio Dentiliano M. Antonio Pallante cos., a. d. III non. Mai. *dipl. mil. III 46,* Dentiliano et Pallante *intus.*

685 Antonius Polemo, sophista Graecus. *Memoratur in titulo Smyrnaeo CIG 3148 et in nummis Smyrnae Eckhel II p. 554.* Antonius Polemo *Philostratus vitae soph. 1, 25, 5 (ex epistula Hadriani) et titulus,* Polemo *ceterum.*

Oriundus ex Laodicea Phrygiae oppido, ἡ μὲν δὴ Πολέμωνος οἰκία πολλοὶ ὕπατοι καὶ ἔτι *Philostrat. 1, 25, 1. Ex posteris fuisse videtur Polemonum regum Ponti, qui post regnum depositum partim Olbae (cf. n. 687), partim Laodiceae (cf. n. 704) principatum tenebant.* Inde a puero Smyrnae degit ibique scholam frequentissimam rhetor celeberrimus habuit; a Smyrnaeis summis honoribus affectus (στρατηγός *in nummis*) res publicas eorum curavit et legationibus obeundis gratiam Traiani, Hadriani, Antonini imperatorum civitati conciliavit *Philostrat. I 25 passim.* Hadrianus non semel grandes pecunias ei in usum civitatis donavit *id. § 2. 5, quo spectat titulus:* καὶ ὅσα ἐπετύχομεν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἁδριανοῦ διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος. Ab Hadriano inter sodales musei Alexandrini receptus est *id. § 5.* Defunctus annum agens quinquagesimum sextum sepultus est Laodiceae,

ubi eius maiorum quoque sepulcra erant *id. § 26. 27.* — Filius (P. Claudius) Attalus *id. 3, 25. 2.*

Declamationes eius affert *id. 1, 25, 24–25; de scriptis quae extant cf. Christ, Geschichte d. griechischen Litteratur ed. II p. 606.* Iudicium L. Veri de Polemonis eloquentia *Verus ad Frontonem p. 29 N.* Cum Quintiliano componitur *Hieronym. comment. in Galat. l. III praef.; Phrynichus p. 421 Lobeck quamquam eum propter vitium quoddam orationis vituperat, addit* ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται. — *Memoratur passim apud Philostratum.*

686 Antonius Polemo *in nummis Mileti sub Valeriano cusis Waddington, Revue numismatique 1866 p. 441.*

687 M. Antonius Polemo. *Nummi Olbensium Waddington, Revue numismatique 1866 p. 429 seq. inscripti ab una parte* M. Ἀντωνίου Πολέμωνος ἀρχιερέως, *ab altera* δυνάστου Ὀλβιέων τῆς ἱερῆς Κεννατῶν καὶ Λαλασσέων ἔ(τους) ι' *vel* ια'. *Quos nummos cum Waddington ad Polemonem I regem Ponti, cui Antonius partem Ciliciae dederat Appian. b. c. 5, 75, falso rettulisset, ad dynastam quendam Olbes pertinere demonstravit Mommsen Ephem. ep. 1 p. 275. Veri simile est eum fuisse ex posteris Polemonis II, qui Ponto Polemoniaco in provinciam redacto (anno fere 63) dominationem Olbensem retinuit cf. Ephem. ep. 2 p. 260.*

688 M. ANTONIVS PRIMVS. *Plena nomina exhibet Martialis 10, 32, 3. 4, praenomen id. 9, 99, 1. 3; 10, 73, 8;* in pueritia cognomen ei Becco fuit *Sueton. Vitell. 18.*

Tolosae natus *Sueton. l. l., Martial. 9, 99, 3;* a. 61 falsi damnatus *Tac. a. 14, 40, h. 2, 86, Dio 65, 9;* bello civili senatorium ordinem reciperavit et a Galba legioni VII Galbianae praepositus est *Tac. h. 2, 86, Dio l. l.* Vespasiani partes secutus *Tac. h. 2, 86; 3, 2;* res ab eo contra Vitellianos a. 69 gestae *Tac. h. 3, 2. 6. 7. 9–32. 34. 49. 52. 53. 59. 60. 63. 78–82, Dio 65, 9–15. 17–20, Ioseph. bell. 4, 9. 11.* Roma capta (mense Decembri a. 69) summa potentiae penes eum fuit *Tac. h. 4, 2,* consularia insignia ei decreta *ibd. 4, 4;* potentia a Muciano fracta *ibd. 4, 11;* quia propalam opprimi nequibat, vanis promissis ab eo elusus *ibd. 4, 39.* Inde ad Vespasianum se contulit, a quo non pro spe exceptus est *ibd. 4, 80.*

Anno 94 Martialis ad eum epigramma scripsit *9, 99; a. 95 vel intra a. 95/98 (cum nesciamus carmina ad priorem an ad alteram editionem libri decimi pertineant cf. Friedländer ed. Martial. p. 64 sqq.) epigrammata 10, 23. 32. 73.* 'Iam numerat placido felix Antonius aevo quindecies actas Primus Olympiadas' *id. 10, 23, 1–2, scilicet circa a. 95 Primus septuagesimum quintum fere annum egit cf. Friedländer ad Martial. 4, 45, 3.* — Ingenium ac mores *Tac. h. 2, 86, nominatur ibd. 3, 54. 64. 66; 4, 24, 31. 32; 5, 19, 26.*

689 M. ANTONIV[S] [PRIM?]VS PR . . . VS, unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministrarunt a. 118 *VI 2078 acta Arvalium.*

— C. Publicius Antonius Probus.

690 M. ANTONIVS RVFINVS, consul a. 131 cum Ser. Octavio Laenate Pontiano. *In consulatu:* M. Antonius Rufinus *VI 157. 10299, XIV 2636,* Antonius Rufinus *VI 10048, ceterum* Rufinus *fasti.*

691 M. ANTONIVS RVFINVS, clarissimus vir, patronus coloniae Abellinatium *X 1120 t. Abellinas.*

692 Antonius Rufus, grammaticus *citatur Quintilian. 1, 5, 43, Velius Longus Gramm. Lat. VII p. 79, 13; plane incertum est, num idem sit* Antonius Rufus, *quem loco confuso Acro qui fertur ad Horatii ep. 23, 288 refert inter eos,* qui praetextas et togatas scripserunt.

693 C. Antonius Rufus *memoratur in titulis servorum Noricis III 5117 (1). 5122 (2) item in titulo Dalmatico III S. 13283 (3). Plena nomina exhibet t. 1. 3,* Antonius Rufus *t. 2.* Procurator Augusti (Norici) *t. 1,* praef(ectus) veh(iculorum) et cond(uctor) p(ortorii) p(ublici) *t. 3.* — *Fortasse idem significatur in titulo Aquileiensi V 820, quem posuit* vil(icus) *quidam* C. A(ntonii?) R(ufi?) c(onductoris) p(ublici) p(ortorii) *cf. Römische Mittheilungen VIII (1893) p. 197.*

694 L. ANTONIVS SATVRNINVS. L. Antonius *Sueton. Domitian. 6. 7, vit. Severi Alexandri 1, 7;* Antonius Saturninus *Aelian. fragm. 112 Hercher = Suid. s. v.* Ἀντώνιος Σατουρνῖνος *cf.* ἀξίωσις, βουλή, 'dum nimium vano tumefactus nomine *(= Antonii)* gaudes et Saturninum te, miser, esse pudet *Martial. 4, 11, 1–2 cf. v. 6* 'ille etiam nostris Antonius occidit armis'; *ceterum* Antonius.

A Vespasiano in senatum adlectus *Aelian. l. l. Consulem suffectum fuisse anno 82 Borghesi opp. VII p. 272 coniecit, quod in titulo Faleriensi IX 5420* P. Valerio Patruino .... cos. XIIII K. Augustas *nomina alterius consulis erasa fuisse videntur.* Legatus Germaniae superioris *Sueton. Domitian. 6, (Vict.) Epitom. 11;* apud duarum legionum hiberna *(= Mogontiacum)* res novas molitus *(Sueton. l. l. 7)* a L. Appio Maximo Norbano victus et oppressus est, cum Rhenus resolutus repente transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisset *anno 88 vel 89 Sueton. l. l. 6, Dio 67, 11, (Vict.) Epitom. 11, Martial. 4, 11 cf. 9, 84.* De qua victoria Domitianus contra rebelles Roma profectus praesagiis prius quam nuntiis comperit *Sueton. l. l., Plutarch. Aemilius Paulus 25.* — *Memoratur vit. Pescennii Nigri 9, 2, Severi Alexandri 1, 7, Vopisc. quadr. tyr. 1, 1.*

— IVL(IVS) ANTONIVS SELEVCVS.

695 Antonius Septimius Heraclitus, vir egregius, procurator Sardiniae sub Gallo et Volusiano *in miliario Sardiniae Ephem. ep. 8, 773.*

696 M. ANTONIVS SEVERIANVS, clarissimus vir *IX 6083, 17 in signaculo. Cf. n. 670.*

— T. AELIVS NAEVIVS ANTONIVS SEVERVS.

697 Antonius Silo, dux Vespasiani bello Iudaico *Ioseph. bell. 3, 10, 3.* (Antonius Silo centurio *Brambach inscriptiones Rhenanae 1626*, T. Antonius Silo praefectus orae maritumae *II 4138*).

698 Antonius Taurus, tribunus praetorianorum a Galba exauctoratus a. 69 *Tac. h. 1, 20.*

699 Ant(onius) Taurus, ex DVA|RVS. C(entenarius?), ducenarius post factus, maritus Ael(iae) Saturninae clarissimae feminae *III S. 8712 t. Dalmaticus. De litteris* DVA|RVS *constat per Hirschfeldium, qui probabiliter ex lapicidae errore, qui exemplum non intellexerat, ortas esse coniecit.*

— Antonius Valerius *an* Valerius Antonius? *vide* Valerius.

700 M. Antonius Vitellianus, vir egregius, praepositus tractus Apuliae Calabriae Lucaniae Bruttiorum; patronus coloniae Canusii *IX 334 t. Canusinus.*

701 [An]tonius Vrbanus, ὁ ὑ[πατικός?] *CIA III 26 fragmentum incertae explicationis, aetatis fere Hadriani.*

702 [An]tonius Zeno, proc(urator) *VIII 1480 fragmentum Thuggense semel descriptum.*

703 M. ANTONIVS ZENO, consul (suff.) a. 148. *Nummi: I) Perinthi in parte aversa* ἐπὶ Ἀντ. Ζήνωνος πρ. Σεβ. ἀντ. Περινθίων, *in adversa a)* θεὰ Φαυστεῖνα *Mionnet Suppl. II 405, 1212, b)* Αὐρήλιος Οὖηρος Καῖσαρ *Imhoof-Blumer, Monnaies grecques p. 44 n. 31. II) Philippopolis in adversa cum capite et inscriptione Antonini (Pii), in aversa* ἐπὶ Ἀντ. Ζήνωνος πρ. Σεβ. ἀντ. Φιλιπποπολειτῶν *Mionnet Suppl. II 447, 1441. 1442 cf. Imhoof-Blumer p. 44, Catalogue of Greek coins in the British Museum, Thracia p. 161, 4. III) Nicopolis cum eadem adversa atque in II, in aversa* ἡγε. Ζήνωνος Νειχοπολει. *in museo Wiesbadensi ex descriptione Imhoofii; exemplum e museo Gothano male servatum vel descriptum Mionnet Suppl. II 117, 357.*

Legatus Aug. pr. pr. Thraciae sub initium imperii Antonini Pii *nummi (nam* θεὰ Φαυστεῖνα *ex nota Graecorum adulatione magis ad vivam quam ad consecratam referendum est).* Consul (suff.) a. d. VII id. Oct. a. 148 cum C. Fabio Agrippino *dipl. mil. III S. LX.*

704 M. Antonius Zeno *in nummis Laodiceae Phrygiae Waddington Revue numismatique 1866 p. 439: I) in parte adversa* δῆμος Λαοδικέων καὶ Ζμυρναίων, *in aversa* ἐπὶ ἱε(ρέως) [M.] Ἀντωνίου Πο(λέμωνος) υἱοῦ Ζήνωνος τὸ δ'; *II) in aversa* Πολέμωνος υἱοῦ Ζήνωνος Λαοδικέων, *in adversa a)* Κλαύδιος Καῖσαρ, *b)* Νέρων Καῖσαρ; *III) in adversa* δῆμος Λαοδικέων, *in aversa* ἐπὶ ἱε(ρέως) Ζήνωνος Πο(λέμωνος) υἱ(οῦ) τὸ δ'. *Nummos I et III et litterarum formis et artis proprietate ad aetatem Neronianam pertinere adnotat Waddington p. 440.* Fuit M. Antonius Zeno Laodicenus filius Polemonis, sacerdos Laodiceae sub Claudio et Nerone *nummi. Ex stirpe Polemonum regum Ponti originem duxisse videtur,*

parentela quadam coniunctus cum M. Antonio Polemone domino Olbae cf. supra n. 687.

705 ANTONIA *memoratur in titulo graeco Smyrnaeo publice posito Zenoni, filio Polemonis et Pythodoridis Philometoris, nepoti Antoniae* τῆς εὐεργέτιδος *Ephem. ep. 1 p. 270. M. Antonii triumviri ex Antonia filia videtur ea, quam a. 710 = 44 pater filio M. Lepidi despondit Dio 44, 53; a. 717 = 37 Antonius ad Lepidum collegam Calliam libertum misit de nuptiis conficiendis acturum Appian. b. c. 5, 43 (cf. A 247). Nupsisse videtur circa a. 720 = 34 Pythodoro, ex quo peperit Pythodoridem reginam Ponti, mortua esse ante patrem cf. Mommsen l. l. p. 273.*

706 ANTONIA maior, M. Antonii triumviri ex Octavia filia, uxor L. Domitii Ahenobarbi *(consulis a. 738 = 16 a. C.) Sueton. Nero 5; contra* uxor *dicitur* minor Antonia *Tac. a. 4, 44; 12, 64 errore ut videtur.* Nam Antonia filia maior ex Octavia nata est a. 715 = 39 *Plutarch. Anton. 33 cf. c. 87, ubi Plutarchus, cum de filiabus Antonii agat, priore loco uxorem Domitii Ahenobarbi nominat.* A. 717 = 37 Antonius eam (Cn.) Domitio (patri Lucii) uxorem destinavit *Dio 48, 54 sine dubio patrem cum filio confundens.* Post necem Antonii (a. 724 = 30) Caesar Octaviae filiabus pecunias ex bonis paternis concessit *Dio 51, 15.* Liberi: Cn. Domitius Ahenobarbus, Domitia, Domitia Lepida. — Basilica Antoniarum duarum, *quae memoratur VI 5536, huius et Antoniae minoris fuisse videtur.* Anton(ia) Domiti *in t. servi VI 4702.*

707 ANTONIA minor = ANTONIA AVGVSTA. *Tituli: VI 921 (1) in arcu Claudii, IX 3663 (2) Marrucinus, X 1417 (3) Herculanensis; graeci Lebas-Waddington 1039 (4) Iliensis, CIG 5186 (5) Cyrenaicus; memoratur in actis Arvalium a. 38 VI 2028b (6), in titulis sacerdotum CIA III 315 (7). 652 (8), passim in t. libertorum vel servorum cf. VI. p. 878. 899. 909. 941. VI 12037. 19475. III 560 = CIA 1435, IGI 734 = CIG 5802. Nummi Eckhel VI p. 179 sqq., Cohen I² p. 222 sqq.*

In titulis, qui ante imperium Gai positi sunt, nominatur Antonia Claudi Neronis [Drusi Germanici fratris Ti.] C[a]esaris [Aug.] *t. 2 similiter in t. graecis 4. 5,* Antonia Drusi *sive* Antonia *in t. libertorum,* (Antonia minor *in t. servi Dessau, Inscript. sel. 1754) post Tiberium* Antonia Augusta Drusi *t. 1, ceterum* Antonia Augusta *in titulis nummisque;* θεὰ Ἀντωνία *t. 7.* — Antonia minor *Sueton. Calig. 1, Claud. 1 (de Taciti errore vide n. 706), ceterum* Antonia Drusi *vel* Antonia.

Filia M. Antonii III viri et Octaviae sororis Augusti *Plutarch. Anton. 87,* ἡ ἀδελφιδῆ ἡ θεοῦ Σεβαστοῦ *t. 4.* Nata est die 31 mensis Ianuarii *t. 6* a. 718 = 36 *ut videtur cf. Plutarch. Anton. 35.* Post necem patris *(a. 724 = 30)* Augustus ei et sorori maiori ex bonis paternis pecunias concessit *Dio 51, 15.* Vxor Neronis Claudii Drusi, fratris Tiberii qui imperavit *t. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9, Sueton. Calig. 1,*

Claud. 1, Plutarch. Anton. 87, Ioseph. ant. 18, 6, 6, qui ex ea complures quidem liberos tulit, verum tres omnino reliquit: Germanicum, Livillam, Claudium *Sueton. Claud. 1,* Marito mortuo *(a. 745 = 9 a. C.)* forma et aetate florens vidua permansit *Valer. Max. 4, 3, 3,* quamquam Augustus ei, ut iterum nuberet, imperaverat *Ioseph. ant. 18, 6, 6.* A. 20 funeri publico Germanici non interfuit, incertum qua causa *Tac. a. 3, 3;* eodem anno post necem Cn. Pisonis Valerius Messalinus censuit grates ei agendas ob vindictam Germanici *ibd. 3, 18.* A. 31 per Caenidem libertam et a manu *(cf. Sueton. Vespasian. 3)* Tiberium de coniuratione Seiani certiorem fecit *Dio 66, 14, Ioseph. ant. 18, 6, 6,* unde in magno honore apud eum fuit *Ioseph. ibd.* Iulia Augusta mortua *(a. 29)* Gaium et Livillam nepotes apud se educavit *Sueton. Calig. 10. 24,* Gaius sub initium imperii ei quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno senatus consulto congessit *Sueton. Calig. 15,* Augustam nuncupavit et sacerdotem Augusti fecit omnesque Vestalium honores simul ei tribuit *Dio 53, 3.* Antonia Augusta *in titulis nummisque aetatis Claudii v. supra. Sed quod refert Suetonius Claud. 8* Claudium matri defunctae cognomen Augustae ab viva recusatum decernendum curasse, *publice quidem etiam sub Gaio Antoniam Augustam nominatam esse testantur acta fratrum Arvalium t. 6, qui* a. 38 ob natalem Antoniae Augustae immolaverunt. Sacerdos Augusti *in nummis sub Claudio cusis Eckhel VI p. 179.*

Paulo post Gaius aviam monentem aliquid graviter increpuit *Sueton. Calig. 29* et per indignitates et taedia causa extitit mortis, dato tamen, ut quidam putant, et veneno; nec defunctae ullum honorem habuit *Sueton. ibd. 23, Dio 59, 3.* Claudio regnum adepto summi honores defunctae habiti, carpentum, quo per circum duceretur, decretum *Sueton. Claud. 11,* et dies natalis eius ludis equestribus celebratus *Dio 60, 5.*

Claudium filium portentum hominis dictitabat *Sueton. Claud. 1.* Ab aliis medicis prope excaecata, a Floro curata *Galen. XII 768.* Nunquam expuit *Plin. n. h. 7, 80 = Solin. 1, 74.* Villam apud Baias possidebat, quae fuerat Q. Hortensii *Plin n. h. 9, 172.* Alexander Lysimachus procurator eius *Ioseph. ant. 19, 5, 1. — Nominatur Tac. a. 11, 3; 13, 18, Sueton. Claud. 4, Dio 60, 2, Scribonius Largus 271, Ioseph. ant. 18, 6, 1. 3. 7. 10 Ad eam referri potest epigramma, quod Crinagoras poeta in partum Antoniae scripsit Anthologia Palat. VI 244.*

708 (CLAVDIA?) ANTONIA, filia natu maxima Claudii imperatoris ex Aelia Paetina *Sueton. Claud. 27, Tac. a. 12, 27, Ioseph. ant. 20, 8, 1, bell. 2, 12, 5. Vna cum Britannico et Octavia repraesentatur et nominatur in nummis coloniarum Eckhel VI p. 246. Dicitur ubique omisso nomine gentilicio patris* Antonia *neque ex titulo libertae (v. infra) colligere licet eam unquam 'Claudiam Antoniam' nominatam fuisse, quoniam libertos mulieris semper nomen gentilicium patris patronae accepisse notum est.*

A. 41 Claudius eam Cn. Pompeio Magno in matrimonium dedit *Sueton. Claud. 27. 28, Dio 60, 5. 21.* Quem cum interfecisset *(a. 46/47),* iterum eam collocavit Fausto Cornelio Sullae *Sueton. Claud. 27;* natalem nepotis ab iis geniti Claudius silentio ac tantum domestica religione transegit *Sueton. Claud. 12, Zonaras 11, 9.* Sulla a. 62 a Nerone occiso *(Tac. a. 14, 57)* Antonia post Poppaeae mortem *(a. 65)* Neronis nuptias recusavit *Sueton. Nero 35, schol. ad Iuvenal. 8, 213.* Participem fuisse coniurationis Pisonianae Plinius tradiderat, quem refellit Tacitus *a. 15, 53.* Quasi molitrix rerum novarum a Nerone interempta est *(a. 66/68) Sueton. Nero 35. — Memoratur in fragmento t. Gabini XIV 2794* Antonia Aug. f. *et in t. libertae VI 15517* Claudiae, Antoniae Aug. filiae lib., Oenadi; *nominatur Tac. a. 12, 68.*

— POLLA AN[TONIA?].

709 ANTONIA AGRIPPINA, ὑπατική *ipsa nomen scripsit in sepulcris regum Aegypti Thebanis CIG 4774.*

— Antonia Caenis *v.* Caenis.

710 Antonia Clementiana, avia L. Annei Domitii Proculi, pronepotis Antonii Felicis *(filia ergo huius) V 34 t. Polensis.*

711 ANTONIA FVRNILLA, A. f., Q. Marcii Bareae Surae (uxor) *t. urbanus Bullettino comunale 1880 p. 136 n. 386; mater videtur* Marciae Furnillae, quam Titus, qui postea imperavit, uxorem duxit *Sueton. Tit. 4.*

712 Antonia *Harmeris, Antoniae Maximillae liberta, cui ius Quiritium a Traiano petiit Plinius *Plin. ad Traian. 5, 2. Cognomen corruptum videtur.*

— (Antonia) Hedia,

713 Antonia Maximilla, ornatissima femina, Hedia et Antonia Harmeris(?) libertae eius *Plin. ad Traian. 5, 2.*

714 ANTONIA PICENTINA, Cn. f., C. C...... Secundi praetorii (uxor), sacerdos divae Faustinae *IX 5428 t. Faleriensis.*

715 ANTONIA PRISCA, mater Q. Antistii Q. f. Adventi Postumi Aquilini *VIII S. 18893 cf. filium.*

— NAEVIA ANTONIA RVFINA.

716 ANTONIA SATVRNINA, L. f., coniunx C. Arrii Pacati, matertera Arriorum Antonini, Maximi, Pacati clarissimorum virorum *VIII 7032 t. Cirtensis ei positus a liberto; eadem* Antonia L. f. Saturnina *memoratur in t. et ipso Numidico VIII 8280.*

717 Antonia Tertulla Valeria Asinia Sabiniana, M. f. *X 6704 t. Antiatinus. Feminam nobilem indicant nomina.*

718 Antonia Tryphaena. *Tituli: decreta duo Cyzicenorum in honorem eius, quorum prius (1) imperante Tiberio, alterum (2) sub initium imperii Gai factum est Monatsberichte der Berliner Akademie 1874 p. 16 sqq. cf. supplementa Bulletin de correspondance Hellénique VI (1882) p. 612; memoratur in tertio (3) item Cyziceno Athenische Mittheilungen XVI (1891) p. 141. Imago eius repraesentatur cum ad-*

scriptione nominis in nummis quibusdam Polemonis (II) regis filii von Sallet, Beiträge zur Geschichte und Numismatik der Könige des Bosporus p. 76 seq. cf. Ephem. ep. 2 p. 259.

Ἀντωνία Τρύφαινα βασιλέως Πολέμωνος καὶ βασιλίσσης Πυθοδώριδος Φιλομήτορος θυγάτηρ *t. 1*, ἡ βασιλέων μὲν θυγάτηρ, βασιλέων δὲ μήτηρ Τρύφαινα *t. 2*, ἡ κρατίστη καὶ φιλοσέβαστος Ἀντωνία Τρύφαινα *t. 3*; βασιλίσσης Τρυφαίνης *in nummis.*

Filia Polemonis (I) regis Bosporani, nata ex altera uxore Pythodoride Philometore, neptis per matrem Antoniae Antonii triumviri filiae *(cf. n. 705)*. Vxor Cotyis Rhoemetalcae filii, regis Thracum occisi *(intra a. 14/19) Strabo 12 p. 556 (ubi Pythodoridis filia nomine omisso significatur)*. Mater Rhoemetalcae *t. 2. 3*, Polemonis, Cotyis *t. 2*. Sacerdos (Iuliae) Augustae *t. 1 cf. t. 3*. Anno 37/38 Cyzicum cum filiis duobus maioribus venit ad ludos edendos τῆς θεᾶς νέας Ἀφροδίτης Δρουσίλλης, *id est in honorem Drusillae sororis Gai imperatoris, quae defuncta est anno 38.*

719 ANTONIA VITELLIA, adfinis M. Antonii Antii Lupi *VI 1343.*

— (Faenia) Antulla.

720 Anullinus, imperatoris Severi amicus ab eo ditatus *(Victor) Epitome 20, 6. Potest esse P. Cornelius Anullinus cos. II a. 199.*

721 ANVLLINVS, senator, cuius libertus Diocletianus dicitur *Eutrop. 9, 19, (Victor) Epitome 39, 1, Zonaras 12, 31 p. 159 Dind.*

722 *Anullinus, *vit. Maximini 32, 6*: 'idem (= *Dexippus*) addit in conspectu Maximini iam deserti a militibus [anolinum] et praefectum praetorio ipsius et filium eius occisum', *ubi* Anolinum *tertia manus (teste Petero) codicis Palatini inseruit. Quod si recte traditum sit, aut scribendum est* et Anullinum praefectum *aut* 'et' *delendum est. Additamentum nulla auctoritate fultum, quamquam tuetur Hirschfeld, Untersuchungen zur Römischen Verwaltungsgeschichte p. 236, reisiendum est.*

— P. CORNELIVS ANVLLINVS.

723 Apaturius, rhetor Graecus *Seneca controv. 10, 5, 28, suasor. 1, 11; 2, 21.*

— Iulius Apella.

724 APELLAS, Pergamenus, pater Frontonis, avus Apellae; ὅσων ἐθνῶν ἐπῆρξεν, ὅσας τιμὰς ἐκ βασιλέων ἐκαρπώσατο .... *(silentio se praeterire ait Aristides) Aristid. orat. X p. 118 seq. Dindorf.*

725 Apellas, pronepos A. Iulii Quadrati *(cos. II a. 105)*, nepos Apellae, filius Frontonis, Pergamenus, quattuordecim annos natus ab Aristide magistro oratione celebratus *Aristid. orat. X p. 113 sqq. Dindorf.*

726 Apelles, Ascalonitanus *Philo legat. p. 576*, tragoedus celeberrimus aetate imperatoris Gai *ibd., Sueton. Calig. 33, Dio 59, 5 (Zonar. 11, 4); idem significari videtur apud Petronium 64.*

727 Apelles (? Apellari *libri*, Apollinari *vulgo*), tragoedus aetate Vespasiani *Sueton. Vespas. 19.*

728 APER, consul a. 207 cum Maximo *fasti.*

729 Aper *(quod vulgo ponitur* Arrius Aper, *nomen gentile tantum auctoritate quae est nulla editionis principis scriptorum historiae Augustae vit. Car. 12, 1 nititur, item ibd. manus recentior quaedam in codice Palatino* Arrius *addidit)*, praefectus praetorio et socer Numeriani; quem cum occidisset, ipse a Diocletiano a. 284 interfectus est *vit. Cari 12–13, Victor Caes. 38. 39, Epitome 38, Eutrop. 9, 18. 20, Oros. 7, 24, 4; 7, 25, 1, Hieronymus ad a. Abr. 2301, Syncellus p. 724. 725, Zonaras 12, 30, 31. Nominatur vit. Cari 14, 3; 15, 4.*

730 M. APER, e Gallia oriundus *cf. Tac. dial. 10*, homo novus et in civitate minime favorabili natus *ibd. 7*, fuit in Britannia *ibd. 17;* latum clavum, quaesturam, tribunatum, praeturam accepit *ibd. 7*, orator aetate Vespasiani celeberrimus, iudicium Taciti de arte ingenioque *ibd. 2. — Nominatur ibd. 3. 5. 11. 12. 14. 15. 16. 24. 25. 26. 27. 28. 33. 42.*

— .. ARRIANVS APER VETVRIVS [S]EVERVS.
— C. CAESIVS APER.
— Cominius Bo..i.. Agricola [Aur]elius Aper.
— FLAVIVS APER.
— Flavius Aper.
— M. FLAVIVS APER.
— T. FL(AVIVS) APER COMMODIANVS.
— L. FLAV(IVS) SEPTIMIVS APER OCTAVIANVS.
— M. NONIVS ARRIVS PAVLINVS APER.
— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.
— M. Porcius Aper.
— P. Salvius Aper.
— P. SEPTVMIVS APER.
— Trosius Aper.
— Vettius Aper.

731 Aphrodisius, Trallianus, statuarius Palatinas domos Caesarum probatissimis signis replevit *Plin. n. h. 36, 38.*
— T. Aurelius Aphrodisius.
— Scribonius Aphrodisius.
— Aelius Festus Aphtonius.

732 APICATA (Apicatia *maluit Borghesi opp. V p. 307*), L. Aelii Seiani uxor domo pulsa a. 23 *Tac. a. 4, 3,* Seiano occiso (a. 31) libellum de flagitiis mariti, inprimis de caede Drusi, ad Tiberium misit *Tac. a. 4, 11, Dio 58, 11,* dein se interemit *Dio l. l.*

733 Apicius, homo gulosus aetate Traiani *Athenaeus 1, 7 d.*

— Caelius Apicius (?).
— M. Gavius Apicius.
734 Apicius Iulianus *memoratur in t. graeco Soadeno Lebas-Waddington 2306 posito in honorem Antonini Pii et M. Aurelii Caesaris:* [ἐπὶ] Ἀπικίου Ἰουλιανοῦ [ὑπατικοῦ?] [διὰ γραμμά]των αὐτοῦ βουλῆς [συναχθείσης....]. *Waddington legatum Syriae fuisse et quidem a. 149 coniecit coniuncto fragmento 2307, ubi consules a. 149 nominantur. Res satis incerta.*
735 APIDIVS MERVLA, quod in acta divi Augusti non iuraverat, albo senatorio a Tiberio anno 25 erasus est *Tac. a. 4, 42.*
736 APINIVS TIRO, praetorius anno 69 *Tac. h. 3, 57. 76.*
737 Apion, grammaticus, Plistonici filius *Suidas s. v.* Ἀπίων, qui Plistonices cognominatus est *Plin. n. h. 37, 75, Gell. 5, 14, 1; 6, 8,* Aegyptius in Oasi natus *Ioseph. contra Apionem 2, 3,* ab Alexandrinis civitate donatus *ibd.* sub Tiberio Romae docuit *Suidas l. l.*, qui eum cymbalum mundi vocavit *Plin. n. h. praef. 25;* sub C. Caesare tota circulatus est Graecia et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus *Seneca ep. 88, 40.* Legatus Alexandrinorum Iudaeos apud Gaium accusavit *Ioseph. ant. 18, 8, 1;* iterum Romae docuit sub Claudio *Suidas l. l.*, ubi Plinius adulescens eum vidit *Plin. n. h. 30, 18. Cum de ingenio doctrinaque eius tum de studiis Homericis egit Lehrs, Quaestiones epicae p. 1 sqq.; de scriptis Müller FHG. III p. 506 sqq.*
— L. Aelius Aurelius Apolaustus Memphius.
— C. Bellicius Calpurnius Apolaustus.
738 Apollinaris nominatur inter veteres medicinae artis auctores latino sermone perscriptos *Marcellus Empiricus praef. 2.*
— Aurelius Apollinaris.
— Cerellius Apollinaris.
— Claudius Apollinaris.
— P. COELIVS APOLLINARIS.
— L. DOMITIVS APOLLINARIS.
— Nasennius Apollinaris.
— Pinarius Apollinaris.
— [T.?] Prifernius Paetus Memmius Apollinaris.
— C. Sulpicius Apollinaris.
739 Apollodorus, Pergamenus, rhetor Graecus, C. Caesaris *(qui postea Augustus)* iuvenis magister dicendi *Sueton. August. 89, Strabo 13, 4, 3 p. 625, Quintilian. 3, 1, 17, Hieronym. ad a. Abr. 1953;* octoginta duos annos natus obiit *Lucian. Macrob. 23.* Discipuli praeter Augustum nominantur Calidius *Hieronym. l. l.*, Bruttedius Niger *Seneca controv. 2, 1, 36,* Vipsanius Atticus *ibd. 2, 5, 11,* Moschus *ibd. 2, 5, 13,* Turrinus pater *ibd. 10 pr. 14,* Dionysius Atticus *Strabo l. l., Quintilian. 3, 1, 18,* C. Valgius, Mattius, Domitius *Quintilian. l. l.* Apollodorus et Theodorus Gadareus diversas opiniones tradiderunt, appellatique inde Apollodorei et Theodorei ad morem certas in philosophia sectas

sequendi *Quintil. 3, 1, 18* (Apollodorei *memorantur in arte rhetorica Anonymi Spengel Rhetor. graec. I 431, 1; 441, 1; 442, 10*). — Ipsius sola videtur Ars (rhetorica) edita ad Mattium, quia ceteras missa ad Domitium epistula non agnoscit *Quintilian. l. l. cf. Strabon. l. l.* — *Citatur vel memoratur Seneca controv. 2, 1, 36, Quintil. 2, 15, 12; 3, 1, 1; 3, 5, 17; 3, 6, 35–36; 3, 11, 3; 4, 1, 50; 4, 2, 31; 5, 13, 59; 7, 2, 20; 9, 1, 12, Tac. dial. 19, Anonymus apud Spengel Rhet. graec. I p. 434, 30.*

740 Apollodorus, scriptor quidam sive poeta Alexandrinus aetate Martialis *Martial. 1, 61, 5.*

741 Apollodorus, Damascenus *Procopius de aedificiis Iustiniani 4, 6 p. 288 ed. Bonn.*, architectus clarissimus imperatori Traiano pontem in Danuvio extruxit *id., Tzetzes Chil. II 82 sqq. Dionem auctorem laudans;* sub eodem imperatore Romae forum, odeum, gymnasium *Dio 69, 4.* Ab Hadriano primum exilio, dein morte punitus *Dio, Tzetzes l. l.* — *Ex verbis Procopii profitentis se descriptione pontis illius supersedere,* Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ὁ καὶ παντὸς γεγονὼς ἀρχιτέκτων τοῦ ἔργου φραζέτω *sequitur Apollodorum de eo opere scripsisse. Extant* Poliorcetica *(Wescher, Poliorcétique des Grecs p. 137–197),* quae Hadriano dedicavit *praef. p. 137.*

742 Ap. Apollonides, cui Sulpicium Cornelianum commendavit Fronto *Fronto ad amicos 1, 2 p. 174 N.*

— T. Aurelius Calpurnianus Apollonides.

743 APOLLONIVS, sub Commodo, quod Christianus erat, a Perenni *(a. 180–185)* occisus *Euseb. hist. eccl. 5, 21, Hieronym. vir. ill. 42 (II p. 869 V.) ubi* senator *dicitur; de actis martyrii eius armeniace scriptis cf. Harnack Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1893, p. 721 sqq., qui p. 740 iure dubitat, num recte Hieronymus illi latum clavum tribuerit.*

744 Apollonius, rhetor quidam Graecus *Seneca controv. 7, 4, 3.*

745 Apollonius, Chalcedonius, philosophus Stoicus, ab Antonino Pio imperatore Romam vocatus, Marci et Veri magister *vit. Pii 10, Marci 2, 7; 3, 1, Veri 2, 5, Dio 71, 35, Eutrop. 8, 12, Hieronym. ad a. Abr. 2165 = Euseb. Armen. 2165, Lucian. Demon. 31, Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 8. 17.*

746 Apollonius, Apollonii Chalcedonii filius *Marcus ad Frontonem 5, 36 p. 86 N.*

747 Apollonius, Syrus, Platonicus oraculum Hadriano in fano Iovis Nicephorii datum libris suis indidit *vit. Hadriani 2, 9.*

748 Apollonius, pycta *Seneca nat. quaest. 4 praef. 8.*

749 Apollonius, Aegyptius quidam vates *Dio 59, 29.*

750 Apollonius, Tyaneus, philosophus Pythagoricus. *Praeter Lucian. Alex. 5, ubi magister quidam Alexandri Abonoteichitae dicitur fuisse* τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ συγγενομένων καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων,

ante saeculum III non memoratur. Nam quod hodieque non semel ad eum refertur Apuleius apolog. 90 secundum lectionem vulgatam, veram 'vel Apollobeches' codicum vestigia secutus iamdudum restituit G. Krüger p. 100 ed. apolog. Saeculo III ineunte iussu Iuliae Domnae Augustae (mortuae a. 217) Philostratus vitam Apollonii scribere aggressus est. Qui auctores nominat (vit. 3) Maximum Aegiensem, qui libellum de rebus ab Apollonio Aegis gestis confecerat, Moeragenem, qui quattuor libros de eo composuerat, Damidem Assyrium comitem et discipulum Apollonii, quem potissimum ducem Philostratus se elegisse profitetur. Ac Moeragenem quidem re vera de Apollonio quaedam scripsisse per Originem adv. Cels. 6, 41 satis constat neque est cur Maximi libellus in suspicionem veniat; sed Damis ille num omnino extiterit unquam, non sine causa dubitavit Chr. Baur, Apollonius von Tyana und Christus p. 115. Philostrato autem ipsi quatenus fides habenda esset, postquam alius alio modo iudicavit (cf. Baur p. 12 sqq., de recentioribus praefationem Kayseri ed. alterius p. IV sqq.), eum permulta fabulosa partim ab aliis sumpsisse, partim suopte ingenio addidisse nemo iam negat. Meo quidem iudicio fabulam philosophicam plane eadem ratione composuit, qua fabulas eroticas scripserunt sophistae qui dicuntur inde ab Antoninorum aetate. Cum autem a Philostrato posteriores plerumque pendeant, hoc loco ubi non de imagine sapientis Pythagorici qualem postea finxerunt, sed de rebus externis, ut ita dicam hominis, qualis fuit, solum modo agere licet, pauca sunt quae afferri possint.

Oriundum fuisse ex urbe Cappadociae Tyanis praeter vitam 1, 4 confirmat Lucianus l. l. Necem Domitiani eadem hora, qua Romae peracta est, Ephesi (ἢ καὶ ἑτέρωθι Xiphilin.) populo proclamasse scripserunt Philostratus et Dio Cassius (Xiphilin. 67, 18). Quamquam consensui hominum eiusdem aetatis haud ita multum per se tribuerim, tamen cum Domitiani temporibus bene conveniunt quae de gravissimis inimicitiis inter Apollonium et Euphratem (cf. E 91) ortis traduntur vit. 1, 13; 2, 27; 5, 27. 31. 33. 34. 37. 38. 39; 6, 7–9. 13; 8, 7. 11. Quantumvis enim in enarratione earum Philostratus a fide historica afuit, philosophos illos re vera simultates pro diversitate scholarum exercuisse non video cur negemus. Sed neque quo anno natus neque quo mortuus sit Apollonius, accuratius definire licet. Nam cum ex iis quae vita 1, 12 enarrantur, conicias Apollonium ephebum fuisse eo tempore, ubi Archelaus rex Cappadociae (cf. A 832) in suspicionem coniurationis venit id est sub initium imperii Tiberii, postea idem Philostratus 8, 29 obscurum esse professus, quando quomodo quo loco Apollonius vita excessisset, addidit οὐδ' ὑπὲρ ἡλικίας τοῦ ἀνδρὸς εἴρηται οὐδὲν τῷ Δάμιδι, ἀλλὰ τοῖς μὲν ὀγδοήκοντα, τοῖς δ' ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα, τοῖς δὲ καὶ πρόσω τῶν ἑκατὸν ἐλθεῖν. Ipsi paulo post Domitiani mortem nusquam comparuisse videtur.

Inde ab aetate Septimii Severi Apollonius divino quodam cultu celebratus est. Iulia Domna Philostratum vitam eius scribere iussit *vita 3;* Antoninus Domnae filius ei veluti heroi fanum extruxit *Dio 77, 18,* templum Tyanis sumptu principali factum *vita 8, 31;* Severus Alexander eum in larario habuit *vit. Alexandri 29, 2.* Aurelianum ne civitatem Tyanam *(sic)* everteret, visu deterruit; 'norat vultum philosophi venerabilis Aurelianus atque in multis eius imaginem viderat templis, denique statim adtonitus et imaginem et statuas et templum eidem promisit' *vit. Aureliani 24.* Aetate Diocletiani Hierocles in libro, quem Φιλαλήθης λόγος inscripsit, Apollonium cum Christo composuit, contra quem Eusebius Pamphili libellum in publicum emisit qui extat *(p. 369 sqq. ed. Kayseri), cf. Lactant. institut. 5, 2;* graecos libros, qui de vita Apollonii conscripti sunt, memorat *Vopiscus vit. Aurelian 24,* 'tanti viri facta' in litteras se relaturum esse profitetur idem *ibd.* Apollonii Pythagorici vitam non ut Nicomachus senior e Philostrato, sed ut Tuscius Victorianus e Nicomachi schedio exscripsit, Leoni, quia iusserat, misit Sidonius Apollinaris *epist. 8, 3.* In magis gentilium numeratur *Arnob. 1, 52.* Οὐκέτι φιλόσοφος, ἀλλ' ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων μέσον *Eunapius vit. sophist. ed. II Boissonade p. 454 cf. p. 500,* amplissimus philosophus *Ammianus Marcellinus 23, 6, 19 cf. 21, 14, 5. Memoratur Philostrat. vit. soph. p. 206. 223. 247, Hieronym. chron. ad a. Abr. 2112 = Syncell. p. 652, 18, Hesych. Miles. fr. 7, Ioann. Ant. fr. 105. 107 FHG. IV;* [Ap]olonius Thyaneus *VI 29828 clipeus in tectorio pictus.*

Scripta, quae sub nomine Apollonii ferebantur, enumeravit Suidas s. v. Ἀπολλώνιος: 1) διαθῆκαι *cf. vit. 1, 3; 7, 35;* 2) περὶ μαντείας *et* 3) περὶ θυσιῶν *cf. vit. 3, 41* καὶ ξυγγράψαι μὲν περὶ μαντείας ἀστέρων βιβλίους τέτταρας, ὧν καὶ Μοιραγένης ἐπεμνήσθη, ξυγγράψαι δὲ περὶ θυσιῶν καὶ ὡς ἄν τις ἑκάστῳ θεῷ προσφόρως τε καὶ κεχαρισμένως θύοι. τὰ μὲν δὴ τῶν ἀστέρων καὶ τὴν τοιαύτην μαντικὴν — — οὐδ' εἰ κέκτηταί τις οἶδα, τὸ δὲ περὶ θυσιῶν ἐν πολλοῖς μὲν ἱεροῖς εὗρον, ἐν πολλαῖς δὲ πόλεσιν πολλοῖς δὲ ἀνδρῶν σοφῶν οἴκοις κτλ. *cf. ibd. 4, 19;* 4) ὕμνος εἰς Μνημοσύνην *cf. vit. 1, 14;* 5) Πυθαγόρου δόξαι *cf. vit. 8, 19, ubi Apollonius sub terris cum Tryphonio collocutus ad lucem librum reportasse dicitur,* τὸ δὲ βιβλίον τὰς Πυθαγόρου εἶχε δόξας — — ἀνάκειται τὸ βιβλίον τοῦτο ἐν Ἀνθίῳ καὶ σπουδάζεται διὰ τὴν αἰτίαν κτλ.; 6) Πυθαγόρου βίος, *cuius Philostratus mentionem non fecit; idem videtur liber de vita Pythagorae ab Apollonio scriptus, quem adhibuerunt Porphyrius vit. Pyth. 2 et Iamblichus vit. Pyth. 254–264, quamquam neuter eum auctorem fuisse Tyaneum significavit cf. Zeller, Philosophie der Griechen III 2³ p. 143 adn. — Epistulae passim citantur a Philostrato cf. vit 1, 32* Ἀπολλώνιος δὲ ἐπιστολὴν αὐτὰ πεποίηται, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν ἑαυτῷ ἐς διάλεξιν εἰρημένων ἐς ἐπιστολὰς ἀνετυπώσατο. *Aliarum, quae sub nomine Apollonii fictae esse videntur, fragmenta collegit Kayser p. 345 sqq.*

— Aurelius Apollonius
— DILLIVS APONIANVS.
751 Aponius, delator post necem Neronis a. 68 occisus *Plutarch. Galba 8.*
752 L. Aponius, 'eques Romanus e cohorte Drusi' a. 14 *Tac. a. 1, 29. Aut idem est aut certe parentela coniunctus* L. Aponius ......, praefectus equitum, tribunus militum [leg.] VII et leg. XXII, praefectus castrorum, flamen Augusti [p]rimus col(oniae) Iul(iae) VRB. *(sic)* Baeter(rarum), praefectus pro IIviro C. Caesaris Augusti filii .... *XII 4230 t. Baeterrensis, ubi* VRB. *num recte traditum sit iure dubitatur.*
753 L. Aponius *in t. dispensatoris VI 9333.*
— A. PLATORIVS NEPOS APONIVS ITALICVS MANILIANVS C. LICINIVS POLLIO.
754 APONIVS SATVRNINVS, praetorius a Gaio illusus *Sueton. Calig. 38; idem videtur* Aponius senator post Gai necem a militibus vulneratus *Ioseph. ant. 19, 4, 5. Pater videtur M. Aponii Saturnini, qui sequitur.*
755 M. APONIVS SATVRNINVS *memoratur in titulo graeco in Phrygia reperto Journal of Hellenic studies II (1883) p. 415 n. 30 = American Journal of arch. I (1885) p. 46 posito* .... Servenio ... Cornuto legato *eius et in actis Arvalium.* — M. Aponius Saturninus *tit. et acta Arv.,* M. Aponius *Tac. h. 1, 79,* Aponius Saturninus *ibd. 2, 85. 96; 3, 5. 9. 11,* Aponius *ibd. 5, 26.*

Consularis *cf. Tac. h. 3, 11 extr., consul suffectus anno incerto sub Nerone,* legatus Moesiae a. 69 ob res adversus Sarmatas bene gestas ab Othone triumphali statua honoratus *Tac. h. 1, 79;* Tettium Iulianum septimae legionis legatum interficere studuit *ibd. 2, 85;* Vitellii partes secutus, *ibd. 2, 96;* dein Vespasiani, in Italiam profectus *ibd. 3, 5. 9;* ab exercitu seditioso ad supplicium postulatus Patavium evasit *ibd. 3, 10. 11.* — Proconsul Asiae *anno incerto tit.* — Frater Arvalis fuit in collegio a. 58. 59. 60. 66 *VI 2039. 2040. 2041. 2042. 2044.* — *Nominatur Tac. h. 5, 26.*
756 Q. APPAEVS FELIX FLAVIANVS, clarissimus vir *memoratur in titulo patris, qui sequitur.*
757 Q. Appaeus Saturninus Iuventianus, P. fil., tribu Ter. *vel* Lem. (IE// *traditur*), egregius vir, pater Q. Appaci Felicis Flaviani clarissimi viri, sacerdos urbis Romae aeternae, flamen perpetuus ...... *t. Africanus originis incertae sub finem mutilus Bulletin archéologique du comité des travaux historiques 1893 p. 189.*
— L. AEL(IVS) APPAIENVS IVLIANVS.
758 T. Appalius Alfinus Secundus, T. f., tribu Vel.; praefectus cohortis IIII Gallorum, tribunus cohortis I Aeliae Brittonum, praefectus alae I Augustae Thracum, subpraefectus classis praetoriae Ravennatis, praefectus vehiculorum, procurator Alpium Atrectianarum, procurator Augusti XX hereditatium. — Patronus coloniae (Firmi Piceni), flamen divorum omnium, augur, IIvir quinq. bis (Firmi) *IX 5357 t. Fir-*

manus. — Parentela coniunctus videtur cum M. Gavio T. f. Vel. Appalio Maximo, fortasse pater naturalis eius cf. G 54.

— M. GAVIVS APPALIVS MAXIMVS.

759 Appianus. Ἀλεξανδρεύς, ἐς τὰ πρῶτα ἥκων ἐν τῇ πατρίδι καὶ δίκαις ἐν Ῥώμῃ συναγορεύσας ἐπὶ τῶν βασιλέων, μέχρι με σφῶν ἐπιτροπεύειν ἠξίωσαν *Appian. praef. 15, id est: summos honores municipales Alexandriae adeptus Romae sub imperatoribus causas egit, dein procurator Aug. factus est.* Ab Antonino Pio Fronto pro Appiano amico sene orbo dignitatis augendae causa procurationem petiit *Fronto ad Pium p. 170 N., quam accepit ex verbis ipsius.* Epistulae graece scriptae Appiani et Frontonis *Fronto p. 244–251 N.* — Scripsit circa a. 150 *(cf. praef. 7)* historiam Romanam secundum nationes digestam inde ab originibus usque ad initium aetatis imperatoriae *Appian praef. 14. 15.* Παρθικὴν γραφήν se confecturum esse profitetur *Appian. bell. civ. 2, 18; 5, 65.*

760 . . . . . us Appianus, λογιστής . . . *in fragmento tituli graeci Citiensis positi Iuliae Domnae Augustae Lebas-Waddington 2728. Curator igitur oppidi Citii sub Severo vel Antonino.*

— APPIVS APPIANVS.

— L. RVPILIVS APPIAN[VS].

— M. VALERIVS MESSALLA BARBATVS APPIANVS.

761 APPIVS APPIANVS *nominatur in iis,* quos Tiberius a. 17 movit senatu aut sponte cedere passus est *Tac. a. 2, 48.*

— TI. CL(AVDIVS) M. APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.

762 M. APPIVS (ATILIVS?) BRADVA *honoratus t. Olympico edito a Dittenbergero, commentatio de Herodis Attici monumentis Olympicis p. VIII:* M. Ἄππιον Βραδούαν, ταμίαν, στρατηγόν, [ὕπατον], [πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον] θεοῦ Ἁδριανοῦ ὑπατικὸν Γερμανίας καὶ Βρεττανίας, ποντίφικα, σοδάλιν Ἁδριανᾶλιν, τὸν Ῥη[γίλλης] [πρ]ὸς μητρὸς πάππον τῆς Ἡρώδου γυναικὸς ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων.

Appii nomen in hoc homine utrum praenomen an nomen gentile intellegendum sit, certe diiudicari nequit. Vtut est, probabiliter Dittenberger cum nomen Atilii habuisse statuit cum propter cognomen tum eo, quod in Regillae stirpe usquequaque hoc nomen occurrit.

Fuit quaestor, praetor, consul *(suffectus anno incerto sub Traiano ut videtur),* legatus Aug. pr. pr. Germaniae *(sup. aut inf.),* item Britanniae sub Hadriano; pontifex, sodalis Hadrianalis *(imperante Antonino Pio) tit.* — Avus maternus Appiae Anniae Regillae *tit.* — *Certe parentela coniunctus cum M. Atilio Metilio Bradua cos. a. 108.*

763 C. APPIVS EVNOMIVS SAPIDIANVS, clarissimus vir, quaestor candidatus, praetor urbanus, patronus Sinuessanorum *publice ab his honoratus t. Campano X 3844 suspectae fidei, quippe qui unius Lupoli auctoritate nitatur.*

— POMPEIVS APPIVS FAVSTINVS.

764 L. APPIVS MAXIMVS NORBANVS. L. Appius Maximus *Plin. ad Traian. 58, 6*, Norbanus L. Appius *(Vict.) Epitome 11*, Appius Maximus *VI 1347*, L. Maximus *Dio 67, 11*, Norbanus *Martial. 9, 84, 1.*

Proconsul Bithyniae fuisse videtur ex epistula Domitiani Plin. l. l.; cos. I suffectus anno incerto; L. Antonium Saturninum a. 88/89 rebellantem devicit *Dio, Epitome, Martialis l. l., VI 1347,* inde per sex annos Roma afuit *Martialis v. 9–10,* cos. II *suffectus anno incerto VI 1347.* — ..... llia (uxor) *VI 1347.*

Quo munere publico Norbanus eo tempore, cum exercitum contra Antonium duceret, functus sit, ex testimoniis quae extant definiri nequit. Vnde alii alia coniecerunt cf. Mommsen, Römische Geschichte V p. 137, Hermes XIX (1884) p. 437 sqq., Friedländer ad Martial. l. l. Neque tegulae, quae probabiliter ad hunc referuntur, rem ad liquidum perduxerunt inscriptae leg. VIII Aug. L. Appio leg(ato), *quae repertae sunt et prope Dibionem in loco Mirebau sur Bèze, qui locus fuit Germaniae superioris, et in Aquitania cf. Mowat Bulletin épigraphique de la Gaule III (1883) p. 223 sqq. IV (1884) p. 22. 65 sqq. Nam ad legationem, quam Antonio devicto Norbanus suscepit, aptius illae referuntur.*

765 Appius Quintianus, amicus Apulei Madaurensis *Apul. apologia 57. 58. 72.*

766 APPIVS SABINVS, consularis *honoratus titulo Olympico Archäologische Zeitung XXXVIII (1880) p. 56 n. 345.*

767 Appius Sabinus *memoratur in tabula alimentaria Veleiate XI 1142 p. 3, 40:* fund(um) Baebianum Flavianum, qui est in Placentino pag. Vercellense adf(inibus) Appio Sabino et M. Minicio et pop(ulo).

768 (L. Appius) Sabinus *memoratur in titulo Veronensi* L. Appii Cinnami liberti *V 3352.*

— Aurelius Appius Sabinus.

769 SEX. [APPIVS] SEVERVS. *Titulum ei dedicavit* [Appia] Severa *filia VI 1348 (1), memoratur in titulo filiae dedicato VI 1349 (2).*

[Sex. Appius] Severus *t. 1,* Sex. f., tribu Volt., IIII vir viarum curandarum, tribunus militum legionis III Gallicae, quaestor [T. Ves]p. Caesaris Augusti fili, sodalis Titius *t. 1.* — Appia Sex. f. Severa *t. 1. 2.*

— C. OCTAVIVS APPIVS SVETRIVS SABINVS.

770 (Appia), 'quaedam de numero Lamiarum ac nominis Appi', femina nobilis amore Pollionis citharoedi incensa *Iuvenal. 6, 385 sqq. cum scholiis.*

771 APPIA SEVERA, Sex. Appii Severi filia, (L.) Ceioni Commodi *(consulis a. 78 uxor) VI 1348. 1349.*

772 *APPIA VETVRIA AIRVLA COECIVA SABINILLA, clarissima femina *honorata titulo semel descripto et corrupto X 4720, quem ei posuit* ordo Foropopiliensium.

773 Appuleius, miles in statione Nicomedensi *Plin. ad Traian. 74, 1.*

774 Apuleius. *Nomen ipse posuit apologia 9. 17. 27 etc.* Madaurensis *apologia 24, cf. de dogmate Platonis p. 267:* 'si pro Apuleio dicas

philosophum Platonicum Madaurensem'. Pater duumviralis, cunctis honoribus perfunctus, cuius locum in illa colonia ipse postea tuebatur *apologia 24*. Pueritiam Carthagine degit, postea Athenis studiis omnifariam imbutus *florida p. 86. 97*. Cum Alexandriam pergens Oeam venisset, Aemiliam Pudentillam uxorem duxit. Inde a privignis magiae insimulatus apud Claudium Maximum proconsulem Africae (imperante Pio) causam dixit *apologia passim*. Aliquamdiu Carthagine degit *florida p. 86*. Sacerdos provinciae (Africae) *Augustinus epist. 138*, statuis honoratus *apologia p. 61. 72*. — *De scriptis cf. Teuffel-Schwabe, Römische Literaturgeschichte § 366 sqq.*

775 C. Appuleius M. f. *honoratus t. Carthaginiensi II 3416 mutilo, quem posuit* conventus [Carthaginiensis]. *Fortasse magistratus Romanus.*

776 M. APPVLEIVS, consul a. 734 = 20 a. C. cum P. Silio Nerva. *Titulum posuit iussu Augusti V 5027 Tridentinum.* — *In consulatu:* M. Appuleius *fasti minor. IV. V, Dio ind. l. 54; 54, 7, VI 849, VIII 978, Cassiodor., ceterum* Appuleius *fasti*. — M. Appuleius, Sex. f. *tit.* Sex. f. *fasti minor. IV, Dio ind. l. 54.* — Anno 731 = 23 a. C. legatus *(praetorius fortasse legionis alicuius) tit.* Anno 734 = 20 a. C. consul *fasti.*

777 SEX. APPVLEIVS, consul a. 725 = 29 cum Imp. Caesare V. *Tituli: Pergamenus Bulletin de correspondance Hellénique I (1876) p. 106 n. 3 = Hermes VII (1872) p. 37 n. 10 = Fränkel, Inschriften von Pergamon nr. 418 (1) publice ei positus a Cotiaeensibus; memoratur in altero Pergameno Octaviae matris Jahrbuch der Königlichen Preussischen Kunstsammlungen III (1882) p. 85 = Fränkel nr. 419 (2) et in t. Assi reperto CIG 3571 cf. Addenda p. 1129 = Lebas-Waddington 1034 (3); ad hunc (non ad consulem a. 14 p. C.) referendus videtur t. Aeserninus IX 2637 (4). Sed plane incertum est, num huius nomen supplendum sit in fragmento Pergameno Fränkel nr. 420.*

In consulatu: Sex. Apuleius *IX 422 fasti Venusini, Dio ind. l. 51. 52; 51, 20 (male* Lucio Apuleio *traditur apud Orosium 6, 20), ceterum* Appuleius *sive* Apuleius *fasti.* — Sex. Appuleius (Ἀπολήΐου *t. 2) in titulis.*

Sex. f., Sex. n. *acta triumph. I p. 461,* Sex. f. *t. 4 Dio ind. l. 51;* filius Sex. Appulei *(aliunde ignoti)* et Octaviae sororis Augusti *t. 2.* Consul a. 725 = 29 *fasti* (consul *t. 4*); a. 727 = 27 pro consule ex Hispania triumphavit VII kal. Febr. *acta triumph. I p. 460 cf. I p. 478,* imperator *t. 4;* proconsul Asiae *(sub Augusto) t. 1. 3.* — Augur *t. 4;* patronus Aeserniae *t. 4,* Assi *t. 3.* — *Idem intellegendus est, ut ex t. 2 iam constat,* Appuleius *apud Dionem 54, 30,* qui cum Maecenate reum aliquando defendit *(a. 742 = 12);* cum uterque ab accusatore male audiret, Augustum edixisse μήτε τοὺς συγγενεῖς μήτε τοὺς φίλους προπηλακίζειν.

Filia Appuleia Varilla, filius huius videtur Sex. Appuleius consul a. 14 p. C.

778 SEX. APPVLEIVS, consul a. 14 p. C. cum Sex. Pompeio. *In consulatu:* Sex. Appuleius *fasti Antiat. X 6639, Dio ind. l. 56; 56, 29, Monum. Ancyran. lat. 2, 9, graec. 4, 23; 5, 1, III 717 = I Add. p. 558, III S. 7301, VI 10051, IX 1598. 4192, X 894, Sueton. August. 100, Tac. a. 1, 7, ceterum cf. fastos.* — Sex. f. *Dio ind. l. 56, filius videtur Sex. Appulei consulis a. 725 = 29 a. C. cf. n. 777, maritus Fabiae Numantinae, pater [Sex.] Appulei qui sequitur.*

779 [SEX.] APPVLEIVS, Sex. f., tribu Gal., Sex. n., Sex. pron. filius *scilicet* Sex. *Appulei consulis a. 14* et Fabiae Numantinae, ultimus gentis suae *XI 1362 t. Lunensis positus a matre.*

780 Apuleius Celsus, Centuripis oriundus, medicus, praeceptor Scribonii Largi *Scribon. Larg. 171 (inde Marcellus Empiricus 16, 8).*

781 Appuleius Nepos, amicus Dasumii *in testamento eius VI 10229 v. 22.*

782 APPVLEIVS RVFINVS, consul *(suffectus circa a. 190)* cum Septimio Severo qui imperavit *vita Severi 4, 4.*

783 C. APPVLEIVS TAPPO, M. f., quaestor, tribunus plebis, aedilis, iudex quaestionis rerum capitalium, praetor *V 862 t. Aquileiensis sub finem liberae rei publicae vel sub initium imperii Augusti positus, ut honores docent, qui in titulo legitimo ordine inverso recensentur, nisi quod iudicis officium quasi extraordinarium extremo loco positum est. — Parentela cum hoc coniunctus, sed paulo antiquior videtur* C. Appulleus *(sic)* C. f. Tappo pontufex *V 861 t. et ipse Aquileiensis = I 1458.*

784 APPVLEIA VARILLA (Variliam *codex Mediceus*, Varillam *correxit Nipperdey*), sororis Augusti neptis *Tac. a. 2, 50; filia Sex. Appulei consulis a. 725 = 29 a. C., neptis per patrem Octaviae (maioris) sororis Augusti (vide in patre).* Anno 17 rea facta lege maiestatis liberata, adulterii damnata est *Tac. l. l.*

785 Apronianus, magistratu functus, cui rescriptum est a. 238 *cod. Iustinian. 5, 75, 3. Potest fuisse magistratus municipalis, cum agatur de tutoribus datis.*

— ...IVS PEDO APRONIANVS.

— (CASSIVS) APRONIANVS.

— M. FVLVIVS APRONIANVS.

— L. IVLIVS POMPILIVS BETVLENVS APRONIANVS.

— C. NOVIVS RVSTICVS VENVLEIVS APRONIANVS.

— M. REBVLVS APRONIANVS.

— L. TVRCIVS FAESASIVS APRONIANVS.

— L. VENVLEIVS APRONIANVS.

— L. VENVLEIVS MONTANVS APRONIANVS.

— L. VENVLEIVS APRONIANVS OCTAVIVS ...

— [V]ETVLENVS [A]PRONI[ANVS].

— C. VIPSTANVS APRONIANVS.

786 APRONIVS, IIIvir a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo) *in nummis Cohen I² Augustus n. 350–352. 370–375. 420–425. 530–535.* — *Cf. nr. 789.*

787 L. APRONIVS, consul (suffectus) a. 8 p. C. cum A. Vibio Habito. *Tituli: memoratur in titulis a filio dedicatis X 7257 II v. 2, III v. 3 (1) (vide n. 790) et in titulo Mogontiacensi Brambach, Inscriptiones Rhenanae 937 (2) mulieris cuiusdam* civis Romanae nationis Nerviae inmunis benefic(io) [L.] Aproni.

Nummi Africani: I) oppidi incerti (Clupeae?) sub Tiberio cusi permissu L. Aproni procos. III *a) in parte adversa cum capite et inscriptione Tiberii Mionnet VI p. 585, 26, Müller numismatique de l'ancienne Afrique II p. 155 n. 331. 332, Cohen I² p. 208 n. 216. 217 (qui male legit* PRO. COS. IIII), *b) Drusi Caesaris Mionnet VI p. 585, 27, Müller II p. 155 n. 333, p. 156 n. 334, Cohen I p. 218 n. 14. 15; II) ab ipso cusi in parte adversa exhibentes* L. Apronius Hippone Libera *Mionnet VI 589, 49, Müller II p. 167 n. 378, Cohen I p. 220 n. 2.*

In consulatu: L. Apronius *fasti Capitol.*, L. Apronianus *(sic) Digest. 48, 18, 8,* Apronius *I 758 (? in tessera gladiatoria).* — L. Apronius *nummi, t. 2;* Apronius *t. 1;* L. Apronius *sive* Apronius *apud scriptores.*

C. f., C. n. *fasti Capitol. Potest triumvir monetalis sub Augusto fuisse cf. n. 786.* Bello Dalmatico (a. 6—9 p. C.) insignis dux *Velleius 2, 116, 3;* consul suffectus kal. Iuliis a. 8 *v. supra;* legatus Germanici propter res in Germania gestas triumphalia insignia anno 15 meruit *Tac. a. 1, 56. 72 cf. Vell. l. l.* Romam reversus mense Septembri a. 16 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 2, 32.* Proconsul Africae per triennium (a. 18—20) contra Tacfarinatem pugnavit *Tac. a. 3, 21; 4, 13 nummi, t. 1* et ob res in Africa gestas triumphalia ornamenta iterata et statuam laureatam obtinuit *ibd. 4, 23.* A. 22 et 23 Romae in senatu sententiam dixit *ibd. 3, 64; 4, 13.* A. 28 legatus Germaniae inferioris a Frisiis victus *ibd. 4, 73; 11, 19 cf. 6, 30; ad hanc legationem pertinet t. 2. Ex verbis Taciti a. 6, 30* 'Gaetulicus ea tempestate (a. 34) superioris Germaniae legiones curabat — — proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus' *de tempore usque ad quod Apronius legatione functus sit, nihil certi concludere licet.*

Apronia filia, Plautii Silvani uxor *Tac. a. 4, 22;* altera filia Lentulo Gaetulico nupta *ibd. 6, 30;* L. Apronius Caesianus filius.

788 L. APRONIVS CAESIANVS, consul a. 39 cum C. Caesare II. *Titulum dedicavit in monte Eryce X 7257.* — *In consulatu:* L. Apronius Caesianus *fasti Antiat. X 6638, acta Arval. VI 2029;* Λ. Ἀπρώνιος Κελιανὸς ἢ Κεστιανός *traditur Dio ind. l. 59,* L. Apronius *Dio 59, 19, ceterum* Caesianus *fasti.* — *In titulo nomina perierunt;* L. Apronius *Tac. a. 3, 21, Dio 58, 19, 1, ubi vulgo legitur* ἐφείσατο δὲ καὶ Λευκίου Σηιανοῦ, *codex Venetus (teste Boissevain Mnemosyne 1885 p. 314) exhibet* καὶ λουκίου καὶ σεανοῦ, *Xiphilinus* Κασιανοῦ, *unde certum videtur Dionem scripsisse* Λευκίου Καισιανοῦ, *item § 2* καίπερ Καισιανῶν (καὶ Σηιανῶν vulgo) ἐξ ἐκείνου πάντων τῶν φαλακρῶν ὀνομαζομένων.

L. f., filius L. Apronii consulis a. 8 p. C. *cf. tit.*, sub patre pro-

consule Africae militans *(vixdum pueritiam egressus, ut ex tit. apparet)* contra Tacfarinatem prospere pugnavit a. 20 *Tac. a. 3, 28,* unde VIIvir epulonum factus Veneri Erycinae inter alia 'felicem gladium' et una cum patre effigiem Tiberii versibus dedicavit *tit.* Anno 32 praetor, cum Seiano familiariter usus esset et Tiberii calvitiem publice irrisisset, tamen a Tiberio contemptus evasit *Dio 58, 19.* Consul a. 39 *fasti.* — *Ad eum pertinere videntur, quae refert Plinius n. h. 11, 313* L. Aproni consularis viri filio detractas adipes levatumque corpus inmobili onere.

— L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS AVITIANVS.

— L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS PIVS.

— L. IVL(IVS) APRONIVS MAENIVS PIVS SALAMALLIANVS.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS.

789 APRONIA, L. Apronii f. *(cf. n. 787),* M. Plautii Silvani uxor a. 24 a marito occisa *Tac. a. 4, 22.*

790 Apronia *in t. servae VI 9849.*

— L. (?) IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA.

— L. IVLIA APRONIA MAENIA SALAMALLIAS.

— LVCILIA APRVLLA.

791 Apsaeus ('Αψαῖος), Palmyrenus, postquam Aurelianus Zenobia victa exercitum in Europam reduxit, auctor seditionis extitit *Zosimus 1, 60. Eundem memorari opinatur Waddington in t. Palmyreno Lebas-Waddington 2582:* Σεπτ[ίμιον] 'Αψαῖον τὸν πολείτην καὶ προστάτην ἡ πόλις.

792 APVDIVS *Dio 53, 20 vide* Sex. Pacuvius Taurus.

— Apuleius *vide* Appuleius.

793 Aquila, Maecenatis libertus *Dio 55, 7, Sueton. Rel. Reifferscheid p. 136.*

794 Aquila inter percussores imperatoris Gai *Ioseph. ant. 19, 1, 14.*

— Aquila Fidus *v.* Iulius Fidus Aquila.

795 Aquila Romanus, rhetor *Iulius Rufinianus princip.;* scripsit de figuris sententiarum et elocutionis libellum, qui extat; *citatur Gramm. Lat. IV 19, 32; VII 209, 18, fortasse in inscriptione Artis rhetoricae C. Iulii Victoris p. 371 Halm (ubi traditur* Aquili *pro* Aquilae).

796 M. AQVILA. *In fragmento fastorum collegii alicuius VI 10288 II 8 extant haec:* M. Aquila P. N . . . . . , *ubi per consules annus quidam indicari videtur. Sed cum plane incertum sit, num* M. Arruntio . . . . *consuli suffecto kal. Iul. a. 66 omnino fuerit cognomen* Aquilae, *rectius quam de illo, de quo cogitavit Mommsen, cogitari possit de* M. Aquila Iuliano P. Nonio Asprenate cos. *a. 38.*

797 M. AQVILA IVLIANVS, consul a. 38 cum P. Nonio Asprenate. *In consulatu:* M. Aquila Iulianus *VI 811, Frontin. de aquis 13, Dio ind. l. 59,* M. Aqila *(sic)* I . . . . . *X 6638 fasti Antiatini,* M. Iulianus *Dio 59, 9,* Aquila Iulianus *Frontin. de aquis 102, ceterum* Iulianus *fasti.* — C. f. *Dio ind. l. 59.* — *Cf. n. 796.*

— P. Accius Aquila.
— M. ANNAEVS MAXIMVS AQVILA FVLVIANVS.
— Antoninus Aquila.
— Arruntius Aquila.
— M. ARRVNTIVS AQVILA.
— M. Arruntius Aquila.
— CORNELIVS [A]QVILA.
— C. Furius Sabinius Aquila Timesitheus.
— Iulius Aquila.
— C. Iulius Aquila.
— P. Iul(ius) Aemilius Aquila.
— Iulius Fidus Aquila.
— Sempronius Aquila.
— L. TERENTIVS AQVILA GRATTIANVS.
— M. VALERIVS PAETVS AQVI[LA] *vel* AQVI[LINVS].
— VEDIVS AQVILA.
— M. VLPIVS TERTVLLIANVS AQVILA.
— MEMMIA AQVILINA.
— RVFIA AQVILINA.

798 AQVILINVS, clarissimus puer *VI 1350 t. mutilus.*
— Q. ANTISTIVS ADVENTVS POSTVMIVS AQVILINVS.
— L. EPIDIVS TITIVS AQVILINVS.
— Iulius Aquilinus.
— Ti. Iulius Aquilinus.
— L. NAEVIVS AQVILINVS.
— L. NAEVIVS FLAVIVS IVLIANVS TERTVLLVS AQVILINVS.
— L. PLAVTIVS AQVILINVS.
— M. VALERIVS PAETVS AQVI[LINVS] *vel* AQVI[LA].
— C. VETTIVS AQVILINVS.

799 *AQVILIVS. *Nummum, qui in parte adversa caput Septimii Severi exhibet (de adscriptione tacetur), in aversa fluvium barbatum, tres mulieres stantes et adscripta* Ἡγ. Ἀκυλίου Τραιανοπολιτῶν *descripsit Vaillant, Numismata imperatorum etc. a populis romanae dicionis graece loquentibus p. 81, unde pendent Eckhel II p. 48, Mionnet Suppl. II p. 507, 1784. Vt hic nummus Traianopolis recte descriptus sit, Aquil(l)ius fuit legatus Thraciae sub Severo. At descriptio nummi, quem nemo unquam postea vidit, parum certa auctoritate nititur.*

800 Aquilius, primipilaris a. 69 *Tac. h 4, 15.*

801 Aquilius, centurio notus caedibus senatoriis a. 193 *vit. Iuliani 5, 8 = vit. Nigri 2, 6. De M. Aquilio Felice n. 803 cogitari potest.*

— CN. SERTORIVS BROCCHVS AQVILIVS AGRICOLA PEDANIVS SALINATOR IVLIVS SERVIANVS.

802 Aquilius Bradua, cui rescripsit divus Hadrianus *Vlpianus libro decimo de officio proconsulis Digest. 48, 20, 6. Praeses provinciae alicuius fuisse videtur.*

— C. MAESIVS AQVILLIVS FABIVS TITIANVS.

803 M. Aquilius Felix. *Tituli: ipsi publice positus ab Antiatibus X 6657 (1) t. Antiatinus, memoratur in epistula rationalium anno 193 ad eum data VI 1585 (2).* — M. Aquilius Felix *t. 1*, Aquilius Felix *t. 2*; M. f., tribu Fabia *t. 1.* Centurio frumentariorum, primus pilus legionis XI Claudiae, praepositus vexillationibus, procurator operum publicorum a. 193 *(cf. t. 2)*, procurator hereditatium patrimonii privati, procurator patrimonii bis, praefectus classis praetoriae Ravennatis, a census *(sic)* equitum Romanorum *t. 1.* — Patronus coloniae Antii *t. 1. Cf. n. 801.*

804 Aquilius Florus. Aquilii (Ἀκύλιοι) Flori pater filiusque Antonii partes secuti post pugnam Actiacam capti sunt; cum Caesar alterum eorum, in quem sors incidisset, occidi iussisset, pater sponte carnifici se praebuit, filius dolore perculsus se interemit *Dio 51, 2.*

805 L. AQVILLIVS FLORVS, IIIvir (monetalis) *in nummis circa a. 734 = 20 cusis Cohen I² Augustus n. 354–366 cf. Eckhel VI p. 94–96.*

806 L. AQVILLIVS F[LORVS]. *Titulus mutilus VI 2122:* [L.] [Aquil]lius L. f. F[lorus] ..... rex sacro[rum] ..... a L. Aquilli uxor .. [Aquillius] [L.] f. Regulus vixit .... [Aquillius] [L. f.] Regulus pontif. f...... [quaes]tor Ti. Caesa[ris]... *Potest esse IIIvir monetalis a. 734 = 20, qui praecedit.*

807 L. AQVILLIVS FLORVS TVRCIANVS GALLVS, *honoratus publice ab Atheniensibus t. bilingui Attico III 551 (cf. Additamenta p. 985) = CIA III 578.*

L. f., tribu Pomptina, Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis VIIII Macedonicae, quaestor imperatoris Caesaris Augusti, pro quaestore provinciae Cypri, tribunus plebis, praetor, proconsul Achaiae *tit.*

808 Aquilius Niger citatur de rebus a. 711 = 43 *Sueton. August. 11.*

809 Q. AQVILIVS NIGER, consul a. 117 cum M. Rebilo Aproniano. *In consulatu:* Q. Aquilius Niger *X V 25 in tegula, eadem videtur X 8093, 18;* Q. A ..... *XIV 3577 = 4235; ceterum* Niger *fasti.*

810 Q. AQVILIVS NIGER, proconsul Siciliae, avus Q. Fabi Caesili Titiani *(per filiam ut videtur cf. Ephem. ep. 4 p. 154) X 7287 t. Panormitanus mutilus.*

— CN. CORNELIVS AQVILIVS NIGER.

811 Aquilius Orfitus, Cl(audiae) Bacchidis, clarissimae feminae, heres *VI 1378 saeculi II.*

812 T. AQVILLIVS PROCVLVS. *Tituli: ipse posuit uxori sepulcralem X 1699 (1) Puteolanum, memoratur in titulo graeco Ephesino Waddington Fastes p. 171 = Wood, discoveries from the great theatre n. 1 (2).* — *Nummi Nacoleae Phrygiae cum inscriptione in parte adversa* Αὐγ. Νέρ. Τραιανὸς Καῖσαρ Σε. Γερ. Δακι., *in aversa* Νακολέων ἐπὶ Ἀκυλλίου Πρόκλου *Mionnet Suppl. VII p. 603, 526, Waddington Fastes p. 171, Leake num. hell. p. 86.*

T. Aquillius Proculus *t. 1*, Aquillius Proc(u)lus *t. 2, numm.* — Consul *t. 1 (suffectus anno incerto saeculi primi exeuntis)*, proconsul *t. 1* Asiae a. 103/4 *t. 2, numm.* — XVvir *t. 1.* — Iulia Procu[li]na uxor *t. 1.*

813 [AQVILLIVS] REGVLVS, [L. f.], pontif(ex) s....., [quae]stor Ti. Caesa[ris] .... *VI 2122 cf. n. 806.*

814 ... [AQVILLIVS] REGVLVS, [L] f. *VI 2122. Filius videtur L. Aquillii Flori cf. n. 806.*

815 (AQVILIVS) REGVLVS *(nomen posuit Martialis 6, 38, 2)*, filius M. Aquilii Reguli, natus a. 87/88 *ut apparet ex epigrammate 6, 38, quod Martialis scripsit in* 'parvum nec adhuc trieteride plena'; puer mortuus est *(sub initium imperii Traiani)*, cuius mortem pater immodice luxit *Plin. ep. 4, 2, 1–4;* de vita eius librum ineptum edidit *ibd. 4, 7.* — *Memoratur nomine omisso ibd. 2, 20, 5. 6.*

816 Aquilius Regulus, iuvenis, discipulus Nicostrati rhetoris aetate Papiniani *Papinianus Digest. 39, 5, 27.*

817 M. AQVILIVS REGVLVS (M. Regulus *Plin. ep. 1, 5, 1; 6, 2, 1*, Aquilius Regulus *Tac. h. 4, 42*, Regulus *alibi*), frater maior *(uterinus ut videtur)* Vipstani Messallae *Tac. l. l*, annis extremis Neronis nondum senatoria aetate Q. Sulpicium Camerinum *Plin. ep. 1, 5*, Ser. Cornelium Orfitum *Tac. l. l.*, M. Licinium Crassum accusavit *Plin. Tac.;* a Nerone sacerdotio ornatus *Tac. l. l.;* quaestorius a. 70, cum Curtius Montanus in senatu acerrime in eum inveheretur *Tac. l. l.* Tectiora scelera sub Domitiano commisit, Aruleni Rustici periculum fovit et libellum publicavit, in quo Rusticum et Herennium Senecionem insectatus est. Plinium capitaliter apud centumviros lacessivit; post Domitiani mortem timidior *Plin. ep. 1, 5, 1–3.* A. 100 fuit in senatu *ibd. 2, 11, 22.*— Captator testamentorum *ibd. 2, 20;* mortem filii immodice inepteque luxit etiam libro edito *Plin. ep. 4, 2;* mortuus *ibd. 6, 2.*

Iudicia de eloquentia eius *ibd. 1, 5; 4, 7; 6, 2; praedicatur sive memoratur Martial. 1, 12, 8; 1, 82, 4; 1, 111; 2, 74; 2, 93; 4, 16, 6; 5, 10, 2; 5, 28, 6; 5, 63, 4; 6, 64, 11; 7, 16; 7, 31. Nominatur apud Martianum Capellam 5 p. 432, intellegendus est Tac. dial. 15* ('fratris tui eloquentia').

— M. METILIVS AQVILLIVS REGVLVS NEPOS VOLVSIVS TORQVATVS FRONTO.

— M. IVLIVS AQVILLIVS TERTVLLVS.

— L. FVLVIVS .... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN .... VALERIVS MAXIMVS POMPEIVS L.... VALENS CORNELIVS PROCVLVS ... AQVILIVS VEIENTO.

818 Aquilia, adulterii delata cum Vario Ligure a Tiberio exilio punita est a. 25 *Tac. a. 4, 42.*

— IVLIA AQVILIA SEVERA AVGVSTA.

819 Aquinus, primipilaris *Martial. 1, 93.*

— CORNELIVS AQVINVS.

820 Arabianus *ut inimicus imperatoris Opellii Macrini memoratur in epistula ficta Diadumeniani vit. Diadumen. 9, 1.*
— Claudius Arabianus.
— CN. CLAVDIVS SEVERVS ARABIANVS.
— DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS.
— Flavius Arabianus.
— SEPTIMIVS ARABIANVS.
— M. VLPIVS ARABIANVS.
821 Aradio, quem imperator Probus in Africa singulari certamine occidit honoravitque sepulcro ingenti *vit. Probi 9, 2.*
822 L.(?) ARADIVS ROSCIVS RVFINVS SATVRNINVS TIBERIANVS. *Tituli: publice ei positus a Privernatibus X 6439 (1) Privernus descriptus a Marinio, cuius particulam quae extat inter urbanos VI 1695 Henzen descripsit errore, quem correxit Additam. p. 855; idem memorari videtur in t. Bullensi VIII S. 14470 filiae* P. Aradi Rosci Rufini Saturnini Tiberianici, *ubi certe cum Mommseno corrigendum est* TIBERIANI C. I. *Nam quod I. Schmidt propter diversitatem praenominis homines t. Privernatis et Bullensis patrem filiumque vel potius fratres intellegendos esse statuit, veri non simile videtur duos homines nobiles polyonymos saeculi posterioris non nisi praenomine distinctos fuisse. Probabilius ergo in altero utro titulo erratum esse in praenomine ponemus.*

Clarissimus iuvenis *t. 2* clarissimus vir *t. 1.* Triumvir *(sic)* stlitibus iudicandis, sevir equestrium turmarum, quaestor candidatus; augur, curio; patronus Privernatium *t. 1.* Pater [Aradiae] Ros[ciae] .. ne ... e ... Calpurniae Purgiliae *t. 2. — Litteras utriusque tituli esse aevi posterioris adnotarunt qui ediderunt. Sed nihil est cur inde ad saeculum IIII descendere cogamur, cum praeter Aradios Rufinos huius saeculi, quos composuit Henzen CIL VI p. 367, notus sit Q. Aradius Rufinus sodalis Augustalis a. 219 cf. n. 823.*
823 Q. ARADIVS RVFINVS, (sodalis Augustalis Claudialis) cooptatus a. 219 *VI 1984.*
824 Q. ARADIVS RVFINVS, consul *(suff. a. incerto tertii fere saeculi)* Soli et Lunae dedicavit *t. Thuburnicenses VIII S. 14688. 14689 (= 10602).*
825 [ARADIA] ROS[CIA] .. NE ..... E ... CALPVRNIA PVRGILIA, clarissima puella, filia P. Aradi Rosci Rufini Saturnini Tiberiani *VIII S. 14470 t. Bullensis.*
— Vulcacius Araricus.
826 Aratulla, cuius frater in Sardinia exulabat *Martial. 8, 32, 2.*
827 Arbandes, Abgari regis *(cf. A 5)* filius in deliciis Traiani, a patre anno 114/115 ad imperatorem missus *Dio 68, 21, Suidas s. v.* ἄκρα, ἐλλόβια.
— C. (?) PETRONIVS ARBITER.
828 *Arbronius (? Arbronum *vel* Abronum *traditur, nomen gentile corruptum est*) Silo, 'pater huius Silonis qui pantomimis fabulas scripsit', auditor Porcii Latronis *Seneca suasor. 2, 19.*

— Arcanus *vide* L. AEMILIVS ARCANVS.
829 ARCESILAVS, consul a. 267 cum Paterno *fasti.*
830 Archelaus, rex Cappadociae. *Tituli: honoratus est t. Atticis mutilis CIA III 545 (1)* ..... [βασιλέα Καπ]παδοκίας καὶ τῆς τραχείας Κιλικίας Ἀ[ρχέλαον] [φι]λόπατριν ... *et 546 (2)* .... [βασιλέα Ἀρ]χέλαον φιλό[πατριν] ...., *memoratur in titulis Atticis Archelai filii CIA III 548 (3) et [Glaphyrae] filiae 549 (4).*

Nummi: I) Drachmae argenteae exhibentes in parte adversa caput regis diadematum, in aversa βασιλέως Ἀρχελάου φιλοπάτριδος τοῦ κτίστου, *in campo numeros annorum regni, quorum ultimus adhuc inventus est* μβ' = *42 Eckhel III p. 201, Mionnet IV p. 453, 67. 69. 70, Suppl. VII p. 722, 26, Imhoof-Blumer, Porträtköpfe auf antiken Münzen tab. V 31. II) Nummi Mazacae in adversa cum capite Herculis, in aversa cum monte Argeo et inscriptione* βασιλέως Ἀρχελάου *et annorum regni usque ad* μ' = *40 Mionnet IV p. 443, 68, Reinach Revue numismatique 1886 p. 463.*

Originem duxit ab Archelao Mithridatis duce, qui contra Sullam pugnavit; nepos Archelai mariti Berenices, qui in Aegypto occisus est; filius Archelai Comanorum sacerdotis, qui a Caesare sacerdotio privatus est *(Cic. ad familiar. 15, 4, 6, Appian. Mithridatica 121)*, et Glaphyrae scorti *Strabo 17, 1, 11 p. 796, Dio 49, 32.* Antonius triumvir amore Glaphyrae captus *(cf. versus Augusti apud Martialem 11, 20, 3)* a. 718 = 36 Ariarathe rege pulso regnum Cappadociae Archelao donavit *Strabo 12, 2, 11 p. 540, Dio 49, 32, qui annum indicat cf. Tac. a. 2, 42* 'Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur' *ubi Tacitum ad initium imperii Tiberii recurrere patet ex iis quae sequuntur:* 'ut versa Caesarum subole imperium adeptus est'. *Cum de anno ex his testimoniis constet, Appianus bell. civ. 5, 7 quod de Antonio a. 713 = 41 in Asia ag nte scripsit* διῄτει πόλεσι καὶ βασιλεῦσιν, ἐν μὲν Καππαδοκίᾳ Ἀριαράθῃ τε καὶ Σισίνῃ, ὧν τῷ Σισίνῃ συνέπραξεν ἐς τὴν βασιλείαν, καλῆς οἱ φανείσης τῆς μητρὸς τοῦ Σισίννου Γλαφύρας *minus accurate rem tractavit.*

Rex Cappadociae Antonio contra Caesarem bellum gerenti copias adduxit *Plutarch. Anton. 61.* Post pugnam Actiacam Caesar ei regnum concessit *Dio 51, 2.* Anno 734 = 20 Augustus ei Ciliciam asperam *(cf. t. 1)* cum oris maritimis et Armeniam minorem donavit *Strabo 13, 1, 4 p. 535; 12, 3, 29 p. 555; 14, 5, 6 p. 674, Dio 54, 9;* Elaiussam insulam Ciliciae sedem regni constituit et in honorem Augusti Sebasten appellavit *Strabo 12, 2, 7 p. 537, Ioseph. ant. 16, 4, 6; huc spectat, quod in nummis I appellatur* κτίστης. Glaphyram filiam *(ex uxore priore, cuius nomen ignoratur)* Alexandro Herodis Magni filio in matrimonium dedit *(circa a. 737 = 17) Ioseph. ant. 16, 1, 1;* immixtus inde discordiis domus Herodis *Ioseph. ant. 16, 8, 6, bell. 1, 25, 1 sqq.; ant. 16, 10, 1, bell. 1, 26, 4; ant. 16, 10, 7, bell. 1, 27, 2.* Pythodoridem per matrem

Antoniam neptem Antonii triumviri, quae nupta fuerat Polemoni regi Ponti, post necem mariti *(occisi circa a. 746/747 = 8/7 cf. P 405)* uxorem duxit *Strabo 12, 3, 29 p. 556.*

Tiberius, qui civilibus officiorum rudimentis Archelaum Augusto cognoscente aliquando defenderat *Sueton. Tiber. 8*, regem in odio habuit, quod eum Rhodi agentem monitus ab intimis Augusti nullo officio coluerat; itaque regnum adoptus Archelaum Romam matris litteris elicuit; quo cum venisset, in senatu ob crimina, quae fingebantur, accusatus est *(ad quam accusationem pertinere videtur, quod Philostratus vit. Apollonii 1, 12 scribit* Archelaum cum praeside quodam Ciliciae in Romanos coniurasse); angore perculsus, simul fessus senio finem vitae sponte an fato implevit anno 17 *Tac. a. 2, 42, Sueton. Tiber. 37, Dio 57, 17.* Regnum in provinciam redactum est *Tac., Sueton., Dio l. l., praeterea Strabo 12, 1, 2 p. 534, Eutrop. 7, 11, Victor Caes. 2, 3, Epitome 2, 8, Rufius Festus 11, Lydus de magistrat. 3, 57.*

Archelaus ὁ χωρογράφος τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πατηθείσης γῆς *Diogenes Laert. 2, 4, 17;* Archelaus rex auctor Plinii *Plin, n. h. l. 8. 9. 18. 37, citatur ibd. l. 37 (de gemmis), 46. 95. 104. 107;* Iubae et Archelai regum libri *citantur Solin. 52, 19 qui locus non ex Plinio sumptus est.*

Archelaus filius *t. 3. cf. n. 831,* Tigranes regis Archelai pronepos *(scilicet per Glaphyram aviam) Tac. a. 14, 26.*

831 Archelaus, Archelai regis *(ultimi Cappadocum)* filius *publice honoratus t. Attico CIA III 548;* 'Cietarum *(cf. Wilhelm Mitth. a. Oestr. 1894 p. 1,* Clitarum *traditur)* natio Cappadoci Archolao subiecta' *Tac. a. 6, 41 sub a. 36, unde Archelaus filius, postquam regnum Cappadociae in provinciam redactum est, Ciliciam Tracheam, quam pater ab Augusto acceperat, retinuisse videtur.*

832 Herodes Archelaus. *In nummis (cf. Madden, Coins of the Iews p. 115–118) dicitur* Herodes; Ἡρώδης ὁ Παλαιστῖνος *Dio 55, 27; ceterum* Archelaus *ev. Matth. 2, 22 et apud scriptores reliquos.*

Herodes Magni ex Malthaco Samaritana filius, frater maior *(Ioseph. bell. 1, 32, 7; 1, 33, 7)* Herodis Antipae *Ioseph. ant. 17, 1, 3, bell. 1, 28, 4;* cum Philippo fratre Romae educatus post necem Aristobuli et Alexandri *(anno fere 747 = 7 a. C.)* a patre domum revocatur, apud quem Antipater utrumque calumniari studet, *id. ant. 17, 4, 3; bell. 1, 31, 1.* Testamento supremo Herodis rex Iudaeae constitutus post mortem patris *(a. 750 = 4 a. C.)* appellatione regia abstinuit, dum Augustus eam concederet *id. ant. 17, 8, bell. 1, 33, 7–9.* Postquam seditionem populi armis repressit, Romam profectus est *id. ant. 17, 9, 1–3, bell. 2, 1, 1–3.* Quo cum Antipas et Philippus fratres simul venissent de regni hereditate certaturi, praeterea legatio populi Iudaeorum, Archelaus apud Augustum ab adversariis acerrime accusatus a Nicolao Damasceno defensus est; inde Augustus statuit, ut Archelaus dimidiam partem regni Herodis, Iudaeam et Idumaeam et Samariam cum eth-

narchae appellatione acciperet *id. ant. 17, 9, 4–7. 11, 1–4, bell. 2, 2, 1–7. 6, 1–3, Nicolaus Damascenus FHG. III fr. 5.* Ἡρώδης ἐθνάρχης *in nummis cf. Madden l. l.*, rex *minus accurate Ioseph. ant 18, 4, 3.* Hierieunte palatium restituit et vicum Archelaidem palmis inclitum *(cf. Plin. n. h. 13, 44)* condidit *Ioseph. ant. 17, 13, 1.* Mariamme uxore priore repudiata Glaphyram Archelai regis Cappadocum filiam, quae antea Alexandro Herodis filio, dein Iubae regis Mauretaniae nupta ab hoc dimissa fuerat *(falso vidua Iubae a Iosepho dicitur)*, in matrimonium duxit *id. ant. 17, 13, 1. 4, bell. 2, 7, 4.* Anno 6 p. C. a principibus Iudaeorum apud Augustum accusatus Romam evocatus et Viennam in exilium actus est *id. ant. 17, 13, 2–3, bell. 2, 7, 3, Dio 55, 27 (nomine omisso Strabo 16, 2, 46 p. 765). — Memorari videtur in t. Palaestinensi mutilo CIG 4537 Additam. p. 1179 ....* Ἀρχελάῳ υἱῷ Ἡρώ[δου] ...., *quae mentio quo pertinuerit, non iam perspicitur.*

833 Archelaus, Archelai ethnarchae *(n. 832)* procurator *Ioseph. ant. 17, 13, 2.*

834 ....us Archelaus, subpraefectus (vigilum) *Ephem. ep. 7, 1215 t. Ostiensis.*

— P. AELIVS AELIANVS ARCHELAVS MARCVS.

— CORNELIVS ARCHELAVS.

— T. FLAVIVS ARCHELAVS.

— FL(AVIVS) ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— T. FLAVIVS ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— Iulius Archelaus.

835 Archias, faber breves lectos fecit *Porphyrio p. 273 ed. Meyeri interpretans* Archiacis lectis *Horatii epist. 1, 5, 1.*

— Flavius Archippus.

836 ...ARCIANA, clarissima femina, uxor (Statilii) Barbari *VI 1522; supplendum videtur* [M]arciana.

837 Arellius ut homo ditissimus nominatur *Horat. sat. 2, 6, 78.*

838 Arellius Fuscus, rhetor. ex Asia oriundus *Seneca controv. 9, 29, 16;* in primum tetradeum declamatorum aetatis Augusti refertur *id. controv. 10 pr. 13;* dicebat suasorias libentissime et frequentius graecas quam latinas *id. suasor. 4, 5;* solebat ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputarat *id. suasor. 3, 5;* auditores eius Papirius Fabianus et Ovidius *id. controv. 2 pr. 1. 5; 2, 2, 8. 9.* Iudicia de eloquentia eius *id. suasor. 2, 10; 3, 7, controv. 2 pr. 1.* — Sententiae, colores, divisiones eius *passim apud Senecam, citatur praeterea Seneca epist. 40, 9.*

839 Arellius Fuscus, 'vidimus et ipsi Arellium Fuscum motum equestri ordine ob insignem calumniam, cum celebritatem adsectarentur adulescentium scholae, argenteos anulos habentem' *Plinius n. h. 33, 152. Quae cum ad rhetorem aetatis Augusti referri vix possint, pertinent fortasse ad filium; rhetori enim filium cognominem, rhetorem et ipsum, fuisse inde apparet, quod saepe (cf. indicem Kiesslingii p. 531) apud Senecam rhetorem illi additur* 'pater'.

840 ARELLIVS FVSCVS, consularis primae sententiae, qui in locum Valeriani successerat *in senatus consulto trig. tyr. 21, 3, quod sub Gallieno conditum esse fingitur.*

841 ARELLIVS FVSCVS, proconsul Asiae, cui a. 275 successit Falconius Probus *vit. Aureliani 40, 4. Ad eum Waddington fastes n. 178 rettulit t. urbanum CIG 5993 = IGI 1025, quem dedicarunt* Ἀρέλλιοι [Σε]ουῆρος καὶ Φοῦσκος, *coniectura incerta; nam quae de Arellio Vopiscus refert, omnino suspicione non carent, quippe quae inserantur in relatione interregni illius quod dicitur sex mensium post necem Aureliani, de quo vide sub M. Claudio Tacito.*

842 Arellius(?) Fuscus citatur *vit. trig. tyr. 25, 2 secundum coniecturam Salmasii, traditur* Dagellius; *at vide, ne Trebellius Pollio omnino finxerit auctorem, quem de Tetrico iuniore laudat, et nomina pro libidine composuerit.*

843 Arellius [Se]verus, Arellii [Se]verus et Fuscus dedicarunt Serapidi *titulum urbanum CIG 5993 = IGI 1025.*

844 Aretas, regulus quidam Arabum, propinquus Obodae regis Nabataeorum, Aelium Gallum, cum a. 730 = 24 in Arabia bellum gereret, amice excepit *Strabo 16, 4, 24 p. 781.*

845 Aretas, rex Nabataeorum. *De titulis nummisque eius cf. von Gutschmid apud Euting, Nabatäische Inschriften p. 85. In titulis aramaice scriptis dicitur* Charithath (חרתת) rachem-'ammeh *id est 'qui diligit populum'* = φιλόπατρις. Antequam regnum iniret, Aeneas nominatus est *Ioseph. ant. 16, 9, 4.*

Post Obodae mortem regnum Nabataeorum capessivit *(circa annum fere 9 a. C. cf. Gutschmid l. l.) Ioseph. ant. 16, 9, 4,* ab Augusto regnum ei confirmatur *id. ant. 16, 10, 8. 9;* מלך נבטו (= *rex Nabataeorum) in titulis nummisque;* Syllaeum apud Augustum accusavit *id. ant. 17, 3, 2, bell. 1, 29, 3.* Quinctilio Varo legato Syriae cum contra Iudaeos post Herodis mortem rebellantes exercitum duceret, auxilia misit *id. ant. 17, 10, 9, bell. 2, 5, 1.* Filia, quam Herodi Antipae tetrarchae in matrimonium dederat, a marito repudiata et eiecta Aretas bellum Antipae intulit; qui proelio ab Areta victus *(sub finem imperii Tiberii)* a Tiberio auxilium petiit *id. ant. 18, 5, 1.* Vitellius a Tiberio contra Aretam exercitum ducere iussus cum Tiberium mortuum esse in Iudaea cognovisset, copias reduxit *id. 18, 5, 3.* Procurator (ἐθνάρχης)Aretae civitatem Damascum tenuit, quo tempore Paulus apostolus inde fugit *Paulus ad Cor. 2, 11, 32, id est circa annum fere 39.* Annus quadragesimus octavus regni Aretae *memoratur in titulis Euting nr. 16 et 17, ubi numeri litteris perscripti sunt.*

846 Areus (Ἄρειος), philosophus, civis Alexandrinus, cuius gratia Alexandriae patriae captae a. 724 = 30 Caesar se parcere dixit *Dio 51, 16, Plutarch. Anton. 80, praecepta rei p. gerendae 18, 3, apophthegmata reg.*

p. 207 A, Iulianus epist. 51 p. 434 A; amicus et magister Augusti *Sueton. Aug. 89, Plutarch. Anton. 80, Iulianus Caes. p. 326 B;* Liviam de morte Claudii Drusi consolatus est *Seneca dial. VI 4–5; 6, 1;* praeceptor Maecenatis *Aelianus var. hist. 12, 25.* Τὴν Αἴγυπτον ἐπιτροπεύειν παρῃτήσατο *Iulianus epist. ad Themistium p. 265 C. 266 A;* (Augustus) ἐν Σικελίᾳ Ἄρειον ἀντὶ Θεοδώρου κατέστησε διοικητήν *[Plutarch.] apophthegm. reg. p. 207 B.* — Dionysius et Nicanor filii eius *Sueton. August. 89. — Memoratur apud Strabonem 14, 5, 4 p. 670, Plutarchum Anton. 81, Dionem 52, 36, Marcum* εἰς ἑαυτόν *8, 31, Iulianum epist. 51 p. 434 A. — Idem videtur* Arcus rhetor *Quintilian. institut. 2, 15, 36; 3, 1, 16.*

847 Argaithus, dux Gothorum *Iordanes Getic. 91, cf. Argunt.*

848 Argentarius, Graecus, discipulus et imitator Cestii Pii, rhetor *Seneca controv. 9, 3, 12–13;* iudicia de eloquentia eius *ibd. et controv. 9, 2, 22;* sententiae, colores, divisiones *passim apud Senecam. — Dubium est, num idem sit* M. Argentarius, *cuius epigrammata multa extant in Anthologia graeca.*

849 ARGENTARIA POLLA (Polla Argentaria *Statius silv. 2 praef.*, Polla *apud Martialem)*, uxor Annaei Lucani poetae, cui scripserunt in diem natalem mariti mortui Martialis epigrammata *Martial. 7, 21–23,* Statius genethliacon *Stat. silv. 2, 7;* patrona Martialis *Martial. 10, 64. Memoratur Sidon. Apoll. epist. 2, 10, 6, carm. 23, 166.*

850 Argentocoxus, Britannus quidam aetate Septimii Severi *Dio 76, 16.*

851 Argivus *(sic Sueton.,* Argius *Tac.,* Ἀργεῖος *Plutarch.),* libertus et dispensator Galbae corpus patroni occisi sepulturae dedit *Sueton. Galba 20, Plutarch. Galba 28, Tac. h. 1, 49.*

852 Argolicus, Laconis filius, e primoribus Achaeorum, Pompeiae Macrinae maritus, a Tiberio afflictus *Tac. a. 6, 18.*

853 Argunt, Scytharum rex aetate Gordiani III *vit. Gordian. 31, 1. Argaithum verum esse nomen docet Müllenhoff in indice Iordanis ed. Momms. p. 146; sed num idem sit* Argaithus dux Gothorum *Iord. Getic. 91 atque ille Argunt, id quod contendit von Gutschmid, incertum est.*

854 Argynnus, *puer L. Arruntii Stellae, ut videtur Martial. 7, 15, 5; cf. quae adnotavit Friedländer.*

855 ARIA CYRIACE, clarissima femina *X 1689 t. Puteolanus.*

856 Aridelus, libertus ex domo imperatoria ('vester'), quem procurationem petentem Fronto M. Aurelio Caesari commendat *Fronto ad M. Caesarem 5, 37 p. 87 N.*

— T. Ant(onius) Cl(audius) Alfenus Arignotus.

857 Ariobarzanes, rex Mediae Atrotapenae, deinde et Armeniae maioris. 'A me gentes Parthorum et Medorum per legatos principes earum gentium reges petitos acceperunt — — Medi Ariobarzanem regis Artavasdis filium, regis Ariobarzani nepotem' *Augustus in indice rerum gestarum c. 33. Filius ergo Artavasdis regis Medorum, qui ab Artaxe regno pulsus est cf. infra n. 955; quem Artaxe occiso, qui per annos*

fere 724–734 = 30–20 a. C. et Armeniae et Mediae rex fuerat (Dio 54, 9), Augustus, cum Armeniam Tigrani traderet, Medis petentibus regem dedit. C. Caesar a. 753 = 1 a. C. in orientem profectus Armeniis, cum in Parthos inclinassent, Ariobarzanem regem dedit *Monum. Ancyr. c. 27 cf. Tac. a. 2, 4:* 'C. Caesar — — Ariobarzanen origine Medum ob insignem corporis formam et praeclarum animum volentibus Armeniis praefecit.' Contra quem a. 755 = 2 p. C. Armeniorum pars bellum movit, quo C. Caesar apud Artagira vulneratus est *Dio 55, 10.* Haud ita multo post mortuus est *Dio, Tac. l. l. Filius* Artavasdes *infra n. 957; ex posteris eius videtur* [Iu]lius Ariobarzanes, *qui sequitur, et* [C. Iulius] Artabasdes *n. 959.*

857a [Iu]lius Ariobarzanes, [Ἰού]λιος Ἀριοβαρζάν[ης ..... β]ασιλέως Ἀριοβα[ρζάνου] .... *fuit* υἱός *vel* ἔκγονος *vel simile quid IGI 989 t. urbanus mutilus.*

858 Ariogaesus, rex Quadorum bello Marcomanico captus et ab imperatore M. Aurelio Alexandriam missus *Dio 71, 13. 14.*

— Aurelius Aristaenetus.

— C. SALLIVS ARISTAENETVS.

— DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS.

858a [Ar]istides, procura[tor] .... *III 6071, fragmentum t. Ephesini aetatis Septimii Severi.*

859 P. Aelius Aristides Theodorus, rhetor. *Titulus eius Alexandrinus CIG III 4679, quem ei posuerunt* ἡ πόλις τῶν Ἀλεξανδρέων καὶ Ἑρμούπολις ἡ μεγάλη καὶ ἡ βουλὴ τῶν Ἀντινοέων νέων Ἑλλήνων καὶ οἱ ἐν τῷ Δέλτα τῆς Αἰγύπτου καὶ οἱ τὸν Θηβαϊκὸν νομὸν οἰκοῦντες Ἕλληνες. *Alter titulus, qui traditur esse in basi statuae eius CIG III 6026, a Ligorio fictus est cf. IGI 156*.*

Plena nomina exhibet tit. Aelius Aristides *ipse se dicit in inscriptione orationis (41) ad imperatores Marcum et Commodum missae I p. 762 ed. Dindorf et in enarratione oraculi cuiusdam I p. 540.* Theodori nomen post morbum ipse sibi indidit *Arist. I p. 518. 526. Apud scriptores semper* Aristides.

Oriundus fuit ex civitate Mysiae Hadrianis *Philostrat. vit. soph. 2, 9, (Sopatri) Proleg. III p. 737, Suidas s. v.* Ἀριστείδης. Filius Eudaemonis *Proleg. ibd., Suidas;* εἴτε Εὐδαίμονος εἴτε Εὐδαίμων *Philostrat. l. l. (inde Nicephorus schol. in Synesium p. 423 ed. Petavianae Synesii). Patrem civitatem romanam accepisse ab Hadriano, cum urbem illam conderet, ex nominibus filii fit veri simile; Aristidem certe civem Romanum fuisse docet nominum ratio.* Grammaticam didicit sub Alexandro Cotiaeensi *(cf. A 363)*, in cuius honorem mortui scripsit ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιτάφιον *orat. 12 I p. 134 sqq.* Rhetoricae magistro usus est (Antonio) Polemone Smyrnaeo *Suidas, Proleg. p. 737,* praeterea Athenis audivit Herodem Atticum, Pergami Aristoclem *Suidas, Philostrat. l. l.* Adulescens itinera suscepit in Aegyp-

tum *Arist. orat. 48 II p. 437, Philostrat.*; dein Romam *ibd. I p. 466. 481. 482. 511.* In eo itinere gravissimo morbo correptus per tredecim annos, postea per quattuor peste laboravit *ibd. I p. 470. 474–476.*

Ab imperatore eiusque filio *(scilicet Pio et Marco)* immunitatem accepit *Arist. I p. 524.* Proconsules Asiae Iulianus *Arist. I p. 534,* Glabrio *I p. 530. 531,* Severus *I p. 505. 523,* Quadratus *I p. 116. 451. 521. 523. 531* honorifice eum tractaverunt. Litterae (Avidii) Heliodori praefecti Aegypti ad eum datae *I p. 524.* Imperator Marcus cum Commodo filio (a. 176) eum Smyrnae audivit *Philostrat. l. l., Proleg. p. 738 cf. Arist. orat. 22 I p. 439. 440.* Cum Smyrna urbs a. 178 terrae motu graviter perculsa esset, Aristides oratione ad imperatores missa *(orat. 41 I p. 762)* effecit, ut Marcus urbem restaurandam curaret; multis inde honoribus Aristides a Smyrnaeis affectus est *Philostrat. l. l. cf. Aristidis orat. 20. 21 I p. 424 sqq.* Vitam usque ad Commodi regnum produxit *Suidas.* Ad Commodum, cum solus imperium teneret, misit orationem *(22 I p. 439),* quae inscripta est Προσφωνητικὸς Σμυρναῖος de restitutione urbis. Ἀποθανεῖν δὲ τὸν Ἀριστείδην οἱ μὲν οἴκοι γράφουσιν, οἱ δὲ ἐν Ἰωνίᾳ, ἔτη βιώσαντα, οἱ μὲν ἑξήκοντά φασιν, οἱ δὲ ἀγχοῦ τῶν ἑβδομήκοντα *Philostrat. l. l.*

Praedicatur vel memoratur Philostrat. vit. sophist. 2, 23, 2, Liban. πρὸς Ἀριστείδην ὑπὲρ τῶν ὀρχηστῶν *ed. Reiske III p. 347 sqq., epist. 530. 546. 884. 1348. 1351 ed. Wolf, Eunap. vit. sophist. p. 488. 494 ed. II Boissonade, Synes. Dio p. 40 ed. Petav., epist. 101 Epistologr. graec. ed. Hercher p. 699, Aeneas ep. 18 ibd. p. 29, Procop. ep. 116 ibd. p. 578, Phot. bibl. cod. 158 p. 101 ed. Becker (ubi iudicium Phrynichi repetitur), cod. 246–248 p. 400 sqq., cod. 265 p. 491. 492; epigrammata in eum scripta Anthol. Pal. 16, 315. 320, Proleg. p. 741.*

Chronologiam vitae Aristidis post Massonium (Aristid. ed. Iepp I post praef.) accuratius explicare studuerunt Waddington Mémoires de l'Institut XXVI 1 (1867) p. 203 sqq. cf. Fastes n. 138. 140. 142. 143. 144 et W. Schmid Rheinisches Museum XLVIII (1893) p. 79 sqq. (cf. et Keil Hermes XXV (1890) p. 316). Ac Waddingtonii quidem disputatio, quae in anno proconsulari Iuliani (vide infra sub M. Claudio Iuliano) definiendo posita est, parum certo fundamento nititur, ut recte exposuit Schmid; ipsius autem computationes falsas esse inde efficitur, quod verba Aristidis I p. 524 ἐπιστολαὶ παρὰ τῶν βασιλέων τοῦ τε αὐτοκράτορος αὐτοῦ καὶ τοῦ παιδός, *ut eas litteras ad a. 165 referret, ita tractavit (p. 76), ut tria ultima tamquam glossema temere eiceret et* παρὰ τῶν βασιλέων *interpretaretur 'e domo imperatoria'. At re vera non possunt non intellegi Antoninus Pius Augustus et M. Aurelius Caesar. Totam illam quaestionem certe solvere vix licebit, nisi titulo novo annus proconsularis unius ex illis praesidibus, quos memorat Aristides, sine dubio constituatur.*

859a Marcianus Aristides (*sic versio syriaca apologiae, ceterum* Aristides), Atheniensis, philosophus Christianus eodem tempore, quo et Quadratus, librum pro Christianis compositum imperatori Hadriano dedit *Eusebius hist. eccles. 4, 4, Hieronymus chron. ad a. Abr. 2142, vir. ill. 20 II p. 847 ed. Vallarsi, epist. 70 ad Magnum I p. 426. Reliquias collegerunt Harris et Robinson, Text and studies contributions to biblical and patristic litterature I 1; versionem syriacam germanice transtulit Raabe, Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Litteratur IX. Ex versione syriaca (cf. Raabe p. 25) apparet inscriptionem apologiae hanc fere fuisse:* αὐτοκράτορι Τίτῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ Μαρκιανὸς Ἀριστείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος; *minus accurate in versione armeniaca 'imperatori Hadriano Caesari'. Vnde patet scriptores christianos neglegenter librum ad Pium missum rettulisse ad P. Aelium Hadrianum. — De sententiis Aristidis cf. Harnack, Lehrbuch der Dogmengeschichte I^{3} p. 482 sqq.*

860 M. Aristius Fuscus. *Praenomen extat in inscriptione Horat. carm. 1, 22;* Fuscus *Horat. carm. 1, 22, 4, epist. 1, 10, 1;* Aristius *ibd. v. 44;* Fuscus Aristius *sat. 1, 9, 61.* Amicus Horatii *Horat. sat. 1, 9, 61 sqq.; 1, 10, 83,* ad quem scripsit *carmen 1, 22 et epistulam 1, 10.* Grammaticus *Acro ad epist. 1, 10, 1 (II p. 421 H.) et ad sat. 1, 9, 62, Porphyrio ad sat. 1, 9, 60;* scriptor comoediarum *Porphyrio ad epist. 1, 10,* scriptor tragoediarum *codices quidam Acronis ad epist. 1, 10. Quae omnia sunt fidei incertae.*

861 Aristo, lepidus philosophus, qui in gestatione disserebat, hoc enim ad edendas operas tempus ceperat; de cuius secta cum quaereretur, Scaurus ait 'utique Peripateticus non est'; de eodem cum consuleretur Iulius Graecinus, vir egregius, quid sentiret, 'non possum, inquit, tibi dicere, nescio enim, quid de gradu faciat', tamquam de essedario interrogaretur *Seneca epist. 29, 6. Cum (Mamercus) Scaurus (cf. A 280) a Tiberio a. 32 occisus sit, Graecinus (cf. I 231) a C. Caesare, efficitur hunc Aristonem fuisse philosophum Peripateticum, qui Romae aetate Tiberii docuit. Eandem memorari opinatur Zeller, Philosophie der Griechen II^{3} 2 p. 926 adn. 3 in scholiis Simplicii ad Cat. 63b 10, 66a 38.*

— CAECILIVS ARISTO.

— Claudius Aristo.

— TITIVS ARISTO.

— Tussanius Aristo.

862 Aristobulus, Herodis et Mariammes prioris filius, Alexandri frater *cf. Schürer, Geschichte des jüdischen Volkes I p. 337 sqq. Circa a. 731 = 23* Herodes fratres Romam misit *Ioseph. ant. 15, 10, 1;* post quinquennium fere in patriam reduxit et Aristobulo Berenicen Costobari et Salomes Herodis sororis filiam in matrimonium dedit *id. ant. 16, 1, 2 cf. 18, 6, 4.* Calumniis, quas Salome contra filios Mariammes

spargebat, lacessitus Herodes Antipatrum filium relegatum ad aulam revocavit et honoribus provexit, unde discordiae inter patrem et filios Mariammes ortae sunt *id. ant. 16, 3, bell. 1, 23, 1–2.* Quae cum Antipatro auctore crescerent in dies, Herodes in Italiam profectus *(a. fere 742 = 12)* filios secum adductos Aquileiae apud Augustum accusavit, sed ab imperatore in gratiam reducti sunt *id. ant. 16, 4, 1–4, bell. 1, 23, 3.* Domum reversi denuo inimicitias exercebant, quas in tempus Archelaus composuit *id. ant. 16, 8, 6, bell. 1, 25,* dum Herodes Aristobulum et Alexandrum crimine parricidii in vincula coniecit *id. ant. 16, 10, bell. 1, 27, 1.* De consilii sententia, quod Berytum convocarat, damnati et apud Sebasten occisi sunt *a. fere 747 = 7 id. ant. 16, 11, 1–7, bell. 1, 27, 2–6, (Nicolaus Damascen. de vita sua fr. 5 FHG. III, Strabo 16, 765).*

Liberi Aristobuli: Aristobulus, (Iulius) Agrippa (I rex), Herodes rex Chalcidis, Herodias, Mariamme *Ioseph. ant. 18, 5, 4, bell. 1, 28, 1.*

863 Aristobulus (iunior *additur in epistula Claudii Ioseph. ant. 20, 1, 2),* filius Aristobuli et Berenices, nepos Herodis Magni, frater Agrippae (I) regis et Herodis regis Chalcidis *Ioseph. ant. 18, 5, 4, bell. 1, 28, 1.* Iotapen Sampsigerami regis Emesenorum filiam in matrimonium duxit *id. ant. 18, 5, 4.* (Pomponium) Flaccum legatum Syriae Agrippae fratri infensum reddidit *id. ant. 18, 6, 3.* A. 40 apud P. Petronium legatum Syriae cum aliis Iudaeis deprecatus est, ne statua Gai in templo Hierosolymitano poneretur *id. ant. 18, 8, 4.* Privatus obiit Iotape filia surda relicta *id. bell. 2, 11, 6.*

864 Aristobulus, filius Herodis regis Chalcidis ex uxore priore Mariamme, nepos Aristobuli *(n. 862),* pronepos Herodis Magni *Ioseph. ant. 18, 5, 4; 20, 5, 2, bell. 2, 11, 6.* Salomen filiam Herodiadis et Herodis filii Herodis Magni, quae nupta fuerat Philippo tetrarchae Trachonitidis, post mortem mariti uxorem duxit *id. ant. 18, 5, 4.* Anno 54 Nero minorem Armeniam ei cum insignibus regiis mandavit *Tac. a. 13, 7, Ioseph. ant. 20, 8, 4, bell. 2, 13, 2.* Anno 60 pars Armeniae (maioris) ei concessa est *Tac. a. 14, 26.*

Idem videtur Aristobulus rex Chalcidices aetate Vespasiani *Ioseph. bell. 7, 7, 1 (cf. Schürer, Geschichte des jüdischen Volkes I p. 607), ad quem pertinet nummus in parte adversa exhibens* βασιλέως Ἀριστοβούλου ἔτ. ιζ', *in aversa* Τίτῳ Οὐεσπασιανῷ αὐτοκράτορι σεβαστῷ *de Saulcy, Mélanges de Numismatique III p. 339 sqq., Babelon Revue numismatique 1883 p. 145, Imhoof-Blumer, Porträtköpfe auf antiken Münzen p. 44.*

— AVRELIVS ARISTOBVLVS.

— CLAVDIVS ARISTOCLES.

— Petronius Aristocrates.

865 Aristomachus, tribunus praetorianorum sub Elagabalo *vit. Elagab. 14, 8.*

— M. ANTONIVS [A]R[IS]TO[MENES].

— VLPIA ARISTONICE.

— FL(AVIVS) ARISTVS.

— T. FL(AVIVS) ARISTVS VLPIANVS.

866 Arius, centurio a Iudaeis *(a. 750 = 4 a. C.)* occisus *Ioseph. ant. 17, 10, 7, bell. 2, 4, 3; 2, 5, 1.*

867 ARMENIVS BROCCHVS, proconsul *(provinciae alicuius orientalis ut ex contextu apparet, fortasse Achaiae)*, epistula Domitiani ad eum de liberis expositis *Plin. ad Traian. 65. 66.*

868 ARMENIVS PEREGRINVS, praetor a. 213, pro magistro fratrum Arvalium *VI 2086*, frater Arvalis adest in collegio a. 213. 218. 221 *VI 2086. 2104. 2106 acta Arvalium.*

869 ARMENIVS PEREGRINVS, consul a. 244 cum Fulvio Aemiliano. *In consulatu:* Armenius Peregrinus *VI 1447, ceterum* Peregrinus *fasti.* — Armenius Peregrinus, vir clarissimus, consul ordinarius *VI 1351. Filius videtur Armenii Peregrini praetoris a. 213.*

870 ARMENIVS PEREGRINVS, vir clarissimus *V 6181 t. Mediolanensis.*

871 ARMENIVS PERE[GR]INVS (?Πεισωνεῖνον *Waddington*), ὁ λαμπρότατος, ... *(fuit vel* συγκλητικός *vel* ὑπατικός) *CIG 4435 = Lebas-Waddington 1472 t. mutilus Pompeiopoli repertus.*

871a ARMENIVS PISONINVS *cf. n. 871.*

872 Armentarius, murmillo Cassio Severo simillimus *Plin. n. h. 7, 55 = Solinus 1, 82.*

873 Armillatus nominatur ut delator *Iuvenal. 4, 53;* 'potentes apud Domitianum hi: Armillatus — — sicut Marius Maximus scribit' *schol.*

874 Arminius *(sic Tacitus, Velleius;* duce Armenio *codex Nazarianus Flor. 2, 30,* Armeno *Bambergensis;* Ἀρμένιος *Strabo, Dio),* Cheruscus *Velleius 2, 105, 1, Tac. a. 11, 16;* 'iuvenis genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus ingenio, Sigimeri principis gentis eius *(scil. Germanorum)* filius, ardorem animi cultu oculisque praeferens, adsiduus militiae nostrae prioris *(scil. expeditionum a. 4–6 p. C. cf. Vell. 2, 105 sqq.)* comes *(cf. Tac. a. 2, 10* 'ut qui romanis in castris ductor popularium meruisset'), iure etiam civitatis romanae equestris consecutus gradus' *Velleius 2, 118, 2 (ubi traditur* Romae eius equestris consequens gradus *lectione corrupta nec certe restituta). Civitate donatum et praenomen romanum et nomen gentilicium habuisse certum est, sed utrum huic Arminius gentilicium fuerit an cognomen ex nomine primario germanico romanum in modum transformatum, certe nequit diiudicari. Quamquam multo probabilius est Arminium ex usu aetatis Augusti nomen Iulii accepisse et Arminii cognomen habuisse, ut statuit Hübner Hermes X (1876) p. 393 sqq., Römische Herrschaft in Westeuropa p. 153; cf. de nomine Arminii L. Schmidt Germania 1883 p. 342, 1884 p. 416, 1891 p. 315, Much Zeitschrift für deutsches Alterthum 1891 p. 379, Kossinna Indogermanische Forschungen II p. 174.*

Anno 9 p. C. Germani Arminio duce coniuratione inita P. Quinctilium Varum legatum exercitus Germanici cum tribus legionibus

totidemque alis et sex cohortibus circumventum trucidaverunt *Velleius 2, 117–119, Dio 56, 18–22, Florus 2, 30 cf. Strab. 7, 1, 4 p. 291, Tac. a. 1, 55. 59. 62; 2, 88.* Boiocalus Ampsivariorum princeps rebellione Cherusca iussu Arminii vinctus *Tac. a. 13, 55.* Anno 14 contra Germanicum et A. Caecinam pugnavit *Tac. a. 1, 55–68;* res ab eo anno 16 contra Romanos gestae *ibd. 2, 9. 10, 12–17. 21.* Anno 17 cum Cheruscis contra Maroboduum regem Marcomanorum arma sumpsit, e cuius regno Suebae gentes, Semnones ac Longobardi ad eum defecere; magno proelio ambiguo eventu utrimque certatum est *ibd. 2, 44–46.* Arminius abscedentibus Romanis *(scil. e Germania Transrhenana)* et pulso Maroboduo regnum affectans libertatem popularium adversam habuit, petitusque armis cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit; liberator haud dubie Germaniae et qui non primordia populi Romani, sicut alii reges ducesque, sed florentissimum imperium lacessierit, proeliis ambiguus, bello non victus; septem et triginta annos vitae, duodecim potentiae explevit caniturque adhuc barbaras apud gentes *Tac. a. 2, 88.*

Occisus ergo videtur circa annum 19, sub quo anno Tacitus mortem memorat, quamquam accurate in illum ipsum annum cadere mortem ideo pro certo poni nequit, quod Tacitus, postquam reperisse se apud scriptores temporum Tiberii Adgandestrium principem Chattorum litteris ad Tiberium datis operam suam ad Arminium veneno tollendum frustra obtulisse rettulit, elogium illud Arminii quasi appendicem libro secundo annalium addit. Quod autem viri docti quidam 'duodecim potentiae annos' *Arminii necesse esse computari inde a clade Variana dixerunt, a vero abhorrent; nam conferentibus nobis quae Tacitus a. 11, 16 refert* 'eodem anno *(= 47 p. C.)* Cheruscorum gens regem Romae petivit amissis per interna bella nobilibus et uno reliquo stirpis regiae, qui apud urbem habebatur, nomine Italicus; paternum huic genus e Flavo fratre Arminii' — — *certum videtur Tacitum priore loco de principatu quodam hereditario stirpis regiae cogitasse, quem Arminius patre mortuo apud Cheruscos obtineret.*

Mater Arminii *ut viva a. 16 memoratur Tac. a. 2, 10;* frater cognomento Flavus *ibd. 2, 9. 10; 11, 16. 17;* Inguiomerus patruus *ibd. 1, 60; 2, 45;* uxor Thusnelda Segestis Cheruscorum principis filia *Strabo 7, 1, 4 p. 292,* quam alii pactam Arminius rapuerat *Tac. a. 1, 55 nomine omisso. Quamquam Tacitus a. 2, 58 Segestem apud Germanicum dicentem facit* 'ergo raptorem filiae meae violatorem foederis vestri Arminium apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum feci', *ita ut Arminius Thusneldam ante cladem Varianam rapuisse videatur, tamen ne nimis oratione ea nitamur, monent quae praecedunt in ipsa enarratione Taciti c. 55:* 'Varus fato et vi Arminii cecidit; Segestes, quamquam consensu gentis in bellum tractus *(scilicet quod fuit inde ab anno 9)* discors manebat auctis privatim odiis, quod Arminius filiam

eius alii pactam rapuerat'. *Et cum gravida esset Thusnelda anno 15, quo a Germanico capta est (Tac. a. 1, 57), paulo ante a. 15 Arminius eam rapuisse videtur.* — In captivitate uxor filium poperit *Tac. a. 1, 58,* cui nomen fuit Thumelicus *Strabo l. l.*

— [Annius?] Arminius Donatus.

— [C.] ANNIVS ARMINIVS DO[NATVS].

875 C. ARMINIVS GALLVS *memoratur in t. graeco Ephesino Wood, discoveries, inscriptions from the site of the temple of Diana n. 12.* Legatus pr. pr. Pedanii Fusci Salinatoris proconsulis Asiae *(sub initium imperii Traiani) tit.*

876 Arnuphis, magus Aegyptius aetate M. Aurelii *Dio 71, 8. 9.*

— Naovius Arpinianus.

877 Arpus, princeps Chattorum anno 16 p. C. *Tac. a. 2, 7.*

878 Q. ARQVINIVS ....., [pr(aetor)] (aerarii) a. 20 *in fastorum fragmento, qui curatorum scribarum quaestoriorum fuisse videntur CIL I^2 p. 74.*

879 M. ARRECINVS CLEMENS, cos. I *(suff. a. 73 ut videtur),* cos. II *(suff. a. incerto.) Memoratur in t. urbano VI 199 (1), in fistulis urbanis Lanciani sylloge aquar. 1. 5. 7 (2. 3. 4), in fistula Ariminensi XI 428 (5).*

In consulatu: [M.] Ar[reci]no [Clemente] .. M .... cos *VI 2016 fasti feriarum Latinarum;* [M.] Arrecino Clemente II L. Baebio Honorato cos. *XII 3637.* — M. Arrecinus Clemens *t. 3,* M. Arricinus Clemens *t. 1. 4,* .... cinus Clemens *t. 2,* Arrecinus Clemens *Tacitus, Suetonius.*

Filius (M. Arrecini Clementis) praefecti praetorio sub Gaio, quamquam senatorii ordinis, a Muciano a. 70 praetorianis praepositus *Tac. h. 4, 68.* Consul I *collega incerto a. 73 ut videtur, cum praecedant consules a. 72,* consul II cum L. Baebio Honorato *a. incerto v. supra.* Consularis ab imperatore Domitiano damnatus *Sueton. Domitian. 11.* 'Permissu M. Arricini Clementis' *t. 1 magistratu urbano fungentis, praetura ut videtur.* — Adfinis Vespasiani *Tac. l. l. scilicet per Arrecinam Tertullam sororem.*

880 M. Arrecinus Clemens. *Nomina omittunt Tacitus et Suetonius,* Clemens *apud Iosephum;* M. Arrecinus *in titulis libertorum Arrecinae Tertullae filiae, cf. n. 882.*

Eques Romanus, praefectus praetorio sub imperatore Gaio *Tac. h. 4, 68, Sueton. Tit. 4, Ioseph. ant. 19, 1, 6;* pater M. Arrecini Clementis consularis *cf. n. 879;* Arrecinae Tertullae *Sueton. l. l. cf. Tacitum l. l. dicentem filium* 'domui Vespasiani per adfinitatem innexum'.

881 M. Arrecinus Clemens vix(it) annos ... [C]ornelia Ocel[la] (uxor) .... *Ephem. ep. 8, 79 t. Rubensis mutilus.*

882 ARRECINA TERTVLLA. *Ipsa posuit titulos libertis* M. Arrecino Moliori *VI 12355 (1),* Arrecinae Gnomae *VI 12357 (2).* — Arrecina Ter-

tulla *t. 1. 2. Sueton. Tit. 4.* — Filia (M. Arrecini Clementis) praefecti praetorio sub C. Caesare, uxor prior T. Vespasiani qui imperavit, defuncta sub Nerone *Sueton. l. l.*

— C. SVLPICIVS ARRENIANVS.

883 ARRIANVS, *duo consulares cognomines memorantur in titulo Eleusinio* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *1883 p. 111 n. 15:* ἔκγονον ἡδὲ θυγατέρα δυοῖν ὑπάτων Ἀρριανῶν ...... Κλημεντιανήν.

884 Arrianus, iure consultus *citatur ab Vlpiano Digest. 5, 3, 11* ex libro secundo de interdictis; *28, 5, 19; 43, 3, 1, 4, a Paulo Digest. 38, 10, 5; 44, 7, 47.*

885 *Arrianus, rerum scriptor Graecus *citatur vit. Maximini 33, 2, Gordian. 2, 1, Maximi et Balbini 1, 2. Herodianum intellegendum esse cum inter omnes fere constet, auctori vitarum illarum praeter ceteros levissimo an librario cuidam vitium tribuendum sit, in medio relinquendum est.*

886 .... ARRIANVS APER VETVRIVS [S]EVERVS, consul *(suffectus anno incerto)*, XV sac. fac. *(sic)*, praetor peregrinus, t[rib. pl.?] .... tribunus militum legionis XV Apolli[naris] .... *XIV 3587 t. Tiburtinus mutilus.*

887 ARRIANVS SEVERVS, praefectus aerarii pronuntiavit ex constitutione divi Traiani — — *(Aburnius) Valens Digest. 49, 14, 42. Fuit ergo praefectus sub Traiano aut Hadriano aut Antonino Pio; nam* divus *additamentum potest esse Valentis.*

— L. ANNIVS ARRIANVS.

— ANTONIVS ARRIANVS.

— CL(AVDIVS) ARRIANVS.

— L. CLAVDIVS ARRIANVS.

— FLAVIVS ARRIANVS.

— Maturus Arrianus.

— L. SERGIVS ARRIANVS.

— C. STATIVS CAPITO ARRIA[NVS].

888 Arrionilla, Timonis uxor rogatu Aruleni Rustici a Plinio apud centumviros defensa *Plin. epist. 1, 5, 5.*

889 ARRIVS, consul maritus Publianae ex posteris Scipionum *in titulo sepulcrali uxoris graecis versibus concepto urbano IGI 1960 = CIG 6275. Vxor eadem videtur quae* Oscia Modesta Cornelia Publiana, avia M. Fl. Arrii Oscii Honorati *VI 1478.*

889a *ARRIVS, ARRIO .. VIR *in versu ultimo tesserae gladiatoriae I 757; lectio est corrupta.*

890 ARRIVS ANTONINVS, consul I (suff.) a. 69, II *(suff. a. incerto)*. Consul suff. ex kalendis Iuliis in Septembres a. 69 cum Mario Celso *Tac. h. 1, 77;* semel atque iterum consul *Plin. epist. 4, 3, 1,* bis consul *vit. Pii 1, 4.* Proconsul Asiae *Plin. epist. 4, 3, 1, vit. Pii 3, 2.* — Anno 96 Nervam amicum in senatu miseratus est, quod imperare coepisset *vit. Pii 1, 4, (Vict.) Epitome 12.* — Scripsit epigrammata

graeca et iambos *Plin. epist. 4, 3; 4, 18; 5, 15.* Plinius ad eum scripsit *epist. 4, 3; 4, 18; 5, 15.* — Maritus Boioniae Procillae, pater Arriae Fadillae, avus maternus imperatoris Antonini Pii *vit. Pii 1, 4.* Mortuo, cum nepos imperium iniisset, statua decreta est *vit. Pii 5, 2.*

891 ARRIVS ANTONINVS, patruus et tutor Arrii Honorati aetate Septimii Severi *Vlpianus Digest. 36, 1, 38, 1. Fortasse filius C. Arrii Antonini n. 894.*

892 ARRIVS ANTONINVS, ... (milia nummum) 'quae ex sententia Aemili Frontonis clarissimi viri postea deinde Arrii Antonini clarissimi viri rei publicae Tif(erni) Tib(erini) numerata sunt', *memorantur in titulo ibidem reperto XI 5939. Quis ex Arriis Antoninis intellegendus sit, non liquet.*

893 C. ARRIVS ANTONINVS, legatus Augusti pr. pr. (Daciae) *in titulo Dacico pro salute eius posito Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich 1890 p. 194, 14 = III S. 12574.*

894 C. ARRIVS ANTONINVS. *Tituli: ei positi sunt t. Concordiensis V 1874 (1) et Cirtensis, cuius initium periit, VIII 7030 (2); ipse dedicavit uxori t. Thamugadensem VIII 2390 (3); memoratur in actis Arvalium VI 2100 (4), in t. Amasiae reperto CIG 4168 (5), in Tyaneis CIG 4193 (6), Bulletin de correspondance Hellénique VIII (1883) p. 320 (7).*

C. Arrius Antoninus *t. 4. 7,* [C.] Arrius Antoninus *t. 1,* Arrius Antoninus *alibi. Patris nomen periit in t. 1,* tribu Quirina *t. 1.* — Clarissimus vir *t. [3].*

IIII vir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis IIII Scythicae *t. 1. 2,* quaestor urbanus *t. 2 (omissum in t. 1),* sevir equitum Romanorum *t. 2* (equestrium turmarum *t. 1*), aedilis curulis, ab actis senatus *t. 1. 2;* praetor cui primo iurisdictio pupillaris a sanctissimis imperatoribus (*= Marco et Vero a. 161/169*) mandata est *t. 1* = [praetor] curatoribus et tutoribus dandis primus constitutus *t. 2;* iuridicus per Italiam regionis Transpadanae primus *t. 1. 2 (sub Marco et Vero ut ex t. 1 apparet), quo spectant epistulae Frontonis ad eum datae de causa Volumnii Sereni Concordiensis Fronto ad amicos 2, 6. 7, de causa Baburianae ibd. ep. 8, et ad eundem magistratum referendum videtur in t. 1:* qui providentia maximorum imperatorum missus urgentis annonae difficultates iuvit et cosuluit *(sic)* securitati fundatis rei publicae (Concordiensium) opibus; praefectus aerari Saturni *(ante a. 169) t. 1.*

Consul suffectus circa a. 170 sub Marco. Legatus Cappadociae *t. 5. (cf. Marquardt, Römische Staatsverwaltung I² p. 372 adn. 3) 6. 7; in t. 5 M. Aurelius dicitur* Sarmaticus, *quam appellationem a. 175 recepit cf. Eckhel VII p. 62.* Proconsul Asiae *vit. Commodi 7, 1 circa a. 185; ad hunc magis quam ad proconsulem cognominem (n. 890) rettulerim, quae narrat Tertullianus ad Scapulam 5:* Arrius Antoninus

in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt; tum ille paucis duci iussis reliquis ait ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. A. 186 Romae fuit *t. 4.* Helvius Pertinax cum Perenne occiso *(a. 185)* Britanniae praepositus esset, dictus est insimulasse apud Commodum affectati imperii Antistium Burrum et Arrium Antoninum *vit. Pertinac. 3.* Insidiis Cleandri *(a. 189 interfecti)* fictis criminibus in Attali gratiam, quem in proconsulatu Asiae damnaverat, occisus est *vit. Commodi 7, 1.*

Frater Arvalis a. 161/169 *t. 1,* a. 186 *t. 4;* augur, sodalis Marcianus Antoninianus *t. 2.* — Curator Ariminensium, curator civitatum per Aemiliam *t. 2;* patronus Concordiensium *t. 1,* patronus IIII coloniarum (Cirtensium) *t. 2.* — Calpurnia Quadratilla uxor *t. 3.*

895 C. ARRIVS ANTONINVS *memoratur in t. Cirtensi VIII 7032 (1) Antoniae Saturninae; idem videtur, pro cuius salute positus est t. VIII 8241 (2) Numidicus repertus eo loco, qui hodie dicitur Kaf Tazerout, cum in vicino pago alter titulus Antoniae Saturninae extet VIII 8280.*

Tria nomina exhibet t. 1, Arrius Antioninus *t. 2.* Clarissimus vir, frater Arriorum Maximi et Pacati; matertera eorum Antonia L. fil. Saturnina, coniunx C. Arri Pacati *t. 1.* — *Num idem sit atque unus ex Arriis Antoninis qui praecedunt, discerni nequit.*

— T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS.

— *Arrius Aper *vide* Aper.

896 L. ARRIVS ATILIVS SABINVS, L. Arri Plariani Aufidi Turbonis filius, tribu [Ca]milia, patronus coloniae (Pisauri) *t. Pisaurensis XI 6332. Idem videtur* L. Arrius Sabinus patronus coloniae *in t. Pisaurensi* Arriae Sabinae filiae *XI 6203.*

897 [A]RRIVS AVGVR, consul a. 121 cum M. Annio Vero II *III S. 12283, ceterum* Augur *fasti.*

898 ARRIVS BALBINVS, vir clarissimus *X 3800 t. Campanus.*

899 T. ARRIVS BASSIANVS, clarissimus vir, curator operum publicorum a. 199 *VI 1352.*

900 C. ARRIVS CALPVRNIVS FRONTINVS HONORATVS. *Tituli ei positi: III S. 6810. 6811. (= III 289. 290). 6812 (1. 2. 3) Antiocheni plane gemelli, nisi quod diversi vici Antiochiae Pisidiae dedicarunt; VI 3827 (4) urbanus mutilus.*

Nomina plena exhibent t. 1. 2. 3, . Arr .... [C]alpu ...... [Ho]nora[tus] *t. 4.* C. f., tribu Quirina *t. 1. 2. 3.* Clarissimus vir *t. 1. 2. 3.* III vir monetalis aere argento auro flando feriundo *t. 1. 2. 3. [4],* ad[lectus] [ab imp ....] [into]r pat[ricios] *t. 4,* quaestor candidatus *t. 1. 2. 3. 4,* praetor candidatus *t. 1. 2. 3,* consul *t. 1. 2. 3 (suffectus anno incerto).* — Augur; patronus coloniae (Antiochiae) *t. 1. 2. 3.* — *Potest idem esse Arrius Honoratus n. 902.*

901 CN. ARRIVS CORNELIVS PROCVLVS, consul (suff.) a. 145 cum D. Iunio ..... *Memoratur in titulo Cyaneae reperto Lebas-Waddington 1286 = CIG 4303h Add. p. 1140 (1); in t. mausolei Rhodiopolitani in Lycia Reisen im südwestlichen Kleinasien II p. 87 sqq. col. VII f (2). VIII a (3). VIII g (4). IX h (5); in actis Arvalium Bullettino comunale 1886 p. 361 (6) = Ephem. ep. 8 p. 332.*

Plena nomina exhibet t. 1, Cn. Cornelius Proculus *in consulatu t. 6, praeterea t. 5;* Cornelius Proculus *t. 2. 3. 4.* — Legatus Aug. pr. pr. (Lyciae) sub Antonino Pio *t. 1–5, circa a. 140/142 ut videtur ex t. 2–5.* Consul (suff.) XVI n. Iun. a. 145 *t. 6.* — *Idem videtur* Cornelius Proculus, cui imperator Antoninus Pius rescripsit *Vlpianus Digest. 2, 8, 7.*

902 Arrius Honoratus, 'divus Severus in persona Arrii Honorati pupilli decrevit, qui Arrio Antonino patruo et tutori suo restitueret' (hereditatem) *Vlpianus Digest. 36, 1, 38, 1. Cf. n. 900.*

903 ARRIVS MAXIMVS, clarissimus vir, cum fratribus Arriis Antonino et Pacato *memoratur in titulo* Antoniae Saturninae materterae *VIII 7032 t. Cirtensis.*

904 M. ARRIVS MAXIMVS, M. f., III vir capitalis, praefectus equitum, quaestor pr. pr., aedilis cu[r...... *X 5911 t. Anagninus mutilus.*

905 Arrius Menander, iure consultus, consiliarius principis *(Severi vel successorum) Vlpianus Digest. 4, 4, 11, 2.* Scripsit sub Severo et Antonino *(Digest. 49, 16, 13, 6)* de re militari libros IV *index Florentinus Digest., qui citantur passim in Digestis. Fragmenta collegit Lenel, Palingenesia I p. 695 sqq.*

— M. NONIVS ARRIVS MVCIANVS.

— M. FL(AVIVS) ARRIVS OSCIV[S] HONORATVS.

906 ARRIVS PACATVS, clarissimus vir, cum fratribus Arriis Antonino et Maximo *memoratur in titulo* Antoniae Saturninae materterae *VIII 7032 t. Cirtensis.*

907 C. ARRIVS PACATVS, maritus Antoniae Saturninae *VIII 7032 t. Cirtensis;* balineum Pacatianum (Cirtae fecit) *VIII 7031.*

— M. NONIVS ARRIVS PAVLINVS APER.

908 L. ARRIVS PLARIANVS AVFIDIVS TVRBO, (tribu Camilia *cf. filium, origine Pisaurensis ut videtur),* praetor designatus, patronus coloniae (Pisauri); pater L. Arrii Atilii Sabini *t. Pisaurensis XI 6332.*

909 L. Arrius Primus, frater L. Arrii Secundi *V 4322 t. Brixiensis.*

— M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS.

— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS.

910 L. ARRIVS PVDENS, cos. a. 165 cum M. Gavio Orfito. *In consulatu:* L. Arrius Pudens *III dipl. mil. 45, VI 164, ceterum* Pudens *fasti.*

911 M. AR[RIVS] PV[DENS?] VICIRIVS, M. fil., M. [nep.], M. pro[nep.], tribu Fal.; M. Vicirius, vir clarissimus, frater *X 3845 t. Campanus mutilus.*

912 M. ARRIVS RE..... frater Arvalis a. incerto Traiani *VI 2077 acta Arvalium.*

913 L. Arrius Secundus, procurator Augusti, frater L. Arrii Primi *V 4322 t. Brixiensis.*

914 C. ARRIVS SPEDIVS ACTIANVS, clarissimus vir *X 1121 t. Abellinas.*

915 Arrius Varus sub Corbulone in Armenia militavit, 'idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus, unde infami gratia primum pilum adepto laeta ad praesens male parta mox in perniciem vertere'. *Tac. h. 3, 6.* Dux Antonii Primi contra Vitellianos *ibd. et 3, 16. 61. 63.* Vitellio occiso praefectus praetorio *ibd. 4, 2;* praetoria insignia ei decreta *ibd. 4, 4;* potentia a Muciano fracta *ibd. 4, 11. 39;* praefectura praetorii ablata annonae a Muciano praefectus est *ibd. 68. — Nominatur Tac. h. 3, 64.*

Num idem sit Arrius Varus praefectus cohortis sub Domitio Corbulone a. 59 *Tac. a. 13, 9, est cur dubitari possit, quoniam primipilatus dignitas inferior est praefectura. Itaque Nipperdey ad Tac. l. l. hunc patrem illius fuisse statuit. Sed quamquam Taciti verba* ('primum pilum adeptus') *sine dubio significant Varum tunc primum ad primipilatum pervenisse, tamen re vera fieri potuit, ut Varus ex praefecto iteratum primipilatum (cf. CIL V 867) acciperet. Munus aliquod superius velut procuratoris vel praefecti vigil. Varo a Nerone datum et hist. 3, 6 erratum esse sive a Tacito sive a librariis propter verba* 'laeta ad praesens' *coniecit O. Hirschfeld.*

916 ARRIA (maior), Caecinae Paeti uxor, filium marito aegrotante mortuum clam sepelivit *Plin. epist. 3, 16, 3–6;* maritum Camillo Scriboniano occiso in urbem tractum comitata *id. 3, 16, 7–9;* cum marito ipsa se interfecit a. 42 *id. 3, 16, 6–13; 6, 24, 5, Tac. a. 16, 34, Dio 60, 16 (Zon. 11, 9), Martial. 1, 13.* Socrus Thraseae *Plin. epist. 3, 16, 19, vit. Persii Sueton. rel. p. 75 Reifferscheid;* Persius puer versus in eam scripserat *ibd.* Filia Arria (minor). — *Vt exemplar optimae coniugis nominatur in versibus X 5920.*

917 ARRIA (minor), Caecinae Paeti et Arriae filia, (P. Clodii) Thraseae Paeti uxor, Fanniae mater, Helvidii Prisci socrus *Plin. epist. 3, 16, 3. 10; 7, 18, 3, vita Persii Sueton. rel. p. 74 Reifferscheid,* cognata Persii *vita Persii ibd.* Exemplum matris sequi temptantem Thrasea retinuit *Tac. a. 16, 34;* a Domitiano relegata *Plin. epist. 3, 11, 3; 7, 19, 10;* sub Nerva rediit *ibd. 7, 19, 10; 9, 13, 5. Memoratur ut mortua ibd. 7, 19, 9.*

918 ARRIA, Galeni amica, imperatoribus quoque *(Severo et Antonino)* carissima, philosophiae Platonicae dedita a Galeno sanata *Galenus XIV p. 218 K.*

919 ARRIA, M. Noni Macrini (uxor) *V 4864 t. Tosculanensis a marito uxori positus.*

— POMPONIA ARRIA.

920 Arria Caesennia Paulin(a), *in tegulis urbanis XV 838, quas 'aetati fere Antonini Pii' tribuit Dressel. Femina nobilis videtur.*

921 ARRIA FADILLA, Arrii Antonini et Boioniae Procillae filia, Aurelii Fulvi uxor, mater T. Aurelii Fulvi Arrii Boionii Antonini qui imperavit *vit. Pii 1;* imperatoris Antonini Augusti mater *VI 2120 (ubi libertus eius memoratur).* Post mortem Aurelii Fulvi nupta (P.) Iulio Lupo, ex quo Iuliam Fadillam peperit *vit. Pii 1.* Intra a. 123—127 domina figlinarum Caepionianarum *in tegulis urbanis XV 69-74. 76-78. 81-91, ex quibus indicant a. 123 n. 71. 76. 87-90, a. 124 n. 72. 73, a. 127 n. 77.* Mortuae, cum filius imperium iniisset, statua decreta est *vit. Pii 5, 2. — Ad eam pertinere videntur fistulae plumbeae Patavinae inscriptae* Arriae Fadillae *V 8117, 9.*

— Nonia Arria Hermionilla.

922 ARRIA P[L]ARIA VERA PRISCILLA, L. f., flaminica, M.' Acili Glabrionis cos. (uxor) *t. Pisaurensis Orelli 2228; in lapide extat* PIARIA. *Cf. A 57. 59.*

— IVNIA ARRIA RVFINA.

923 ARRIA SABINA, filia L. Arri (Atilii) Sabini *t. Pisaurensis publice positus Notizie degli scavi 1881 p. 21. Cf. n. 896.*

924 C. ARRVNTANVS BALBVS *in nummis Melitae inscriptis ab una parte* Μελιταίων, *ab altera* C. Arruntanus Balbus *Mionnet I p. 343, 26. Praefuit ergo Siciliae sive pro praetore sub finem rei publicae sive pro consule sub initium imperii Augusti cf. Mommsen, Römisches Münzwesen p. 374 adn. 27.*

925 Arruntius, medicus celeberrimus principum HS CCC Athenaidi reliquit *Plin. n. h. 29, 7. 8. Cf. n. 943.*

926 Arruntius, captator testamentorum *Seneca benef. 6, 38, 4.*

927 [C.] [AR]RVNTIVS .... [t]r. pl., pro pr. bis, pr.... *in titulo admodum mutilo Interamnae Nahartium reperto XI 4179; filiorum, qui ibidem nominati erant, nomina honoresve perierunt praeter ..* [A]rruntio C. f. .... prae ..... [A]rruntio C. [f.] ....

928 L. ARRVNTIVS, consul a. 732 = 22 a. C. cum M. Claudio Marcello. *Tituli: ipse posuit t. Atinae X 5055 (1), memoratur in actis saecularibus Augusti v. 45. 151 (2).*

In consulatu: ..... runtius *fasti Cap.,* L. Arruntius *Dio ind. l. 54; 54, 1, Monumentum Ancyranum lat. 1, 32 graec. 3, 4, VI 10286/87; ceterum plerumque* Arruntius *fasti.* — L. Arruntius *t. 1. 2.*

L. f., L. n. *fasti Cap.,* L. f. *Dio ind. l. 54.* — A triumviris proscriptus evasit ad Sextum Pompeium *Appian. bell. civil. 4, 46,* ex pace Misenensi rei publicae redditus *Velleius 2, 77;* dux navium Iulianarum in pugna Actiaca *id. 2, 85, Plutarch. Anton. 66;* post hoc

C. Sosium servavit *Velleius 2, 86.* Consul a. 733 = 22 *fasti.* — XVvir sacris faciundis *t. 1* anno 737 = 17 *t. 2.*

L. Arruntius, vir rarae frugilitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus *Seneca epist. 114, 17 sqq.* L. Arruntius auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 3. 5. 6.* — *Rerum scriptor utrum noster an filius (qui sequitur) intellegendus sit, decernere vix ausim parum confisus ratiocinatione illorum, qui verba Senecae* 'rarae frugilitatis' *ad nostrum, quippe qui a Velleio 2, 86, 2 vir* 'prisca gravitate celeberrimus' *laudetur, referenda esse censuerunt.*

929 L. ARRVNTIVS, consul 759 = 6 p. C. cum M. Aemilio Lepido. *In consulatu:* L. Arruntius *fasti Cap., Dio ind. l. 55; 55, 25, I 752. 753 II 3695 VI 14844, Monumentum Ancyran. lat. 3, 35 = gr. 9, 14, ceterum plerumque* Arruntius *fasti.*

L. f., L. n. *fasti Cap.*, L. f. *Dio ind. l. 55*, filius consulis a. 733 = 22. Consul a. 6 p. C. *v. supra*, in kalendas Iulias *fasti Cap.* A. 14 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 1, 8.* Tiberius eum divitem *(cf. Tac. a. 11, 7)*, promptum actibus egregiis et pari fama suspectabat; ab Augusto imperio dignus habitus *ibd. 1, 13.* A. 15 cura coercendi Tiberis Ateio Capitoni et L. Arruntio mandata est *ibd. 1, 76. 79.* A. 20 a Cn. Pisone patronus petitus se excusavit *ibd. 3, 11.* Accusatores eius damnati erant *ibd. 6, 7 (intra a. 29/31, qua de re quae Tacitus rettulerat, lacuna codicis perierunt).* Hispaniam (citeriorem) absens rexit *id. h. 2, 65* inde ab a. 25 *cf. id. a. 4, 45, minus accurate ibd. 6, 27 sub a. 33 dicit* eum decimum iam annum attineri. A. 37 Macrone auctore adulterii Albucillae delatus venas exsolvit *ibd. 6, 47–48, Dio 58, 27.*

Propinquus L. Sullae *Tac. a. 3, 31.* — *Idem intellegendus est Tac. a. 11, 6* 'meminissent Asinii Messalae ac recentiorum Arruntii et Aesernini', *ubi oratores clarissimi componuntur. Non minus ergo ad hunc spectat narratiuncula de contentione L. Arruntii cum Albucio Silo in iudicio centumvirali Seneca controv. 7 praef. 7 (eadem nominibus L. Arruntii omissis Sueton. rhetor. 6). Nominatur Tac. a. 6, 5.* — *De L. Arruntio rerum scriptore vide in patre.*

Ad hunc referendus videtur t. monumenti Arruntiorum VI 5931 Libert(is) et familiae L. Arrunti L. f. Teretin(a), *ubi* Arruntius, Arruntia, *vel* L. Arruntius *passim inveniuntur VI 5932–5946.*

930 L. ARR[VN]TIVS (ARTTIO *in lapide*), consul (suff.) X k. Decem. *(a. incerto)* cum T. Flavio Basso *X 6785.*

931 M. ARRVNTIVS ....., consul (suff.) a. 66 (post XIII kal. Iul.) VII k. Oct. *VI 2044 acta Arvalium, ubi collegae nomen periit. Vulgo huic Aquilae cognomen tribuitur sine ulla idonea causa.*

932 PAVLLVS(?) ARRVNTIVS (Παύλῳ Ἀρρουντίῳ *vulgo ex editione principe secundum versionem latinam*, ταλλιπαρρουντίῳ *traditur*), comitatus imperatorem Gaium, cum interficeretur *Ioseph. ant. 19, 1, 14. Cf. n. 945.*

933 Arruntius Aquila medicamento quodam sanatus *Galenus XIII p. 1036 K.*

934 M. ARRVNTIVS AQVILA, M. f., tribu Teretina, IIIvir aere argento auro flando feriundo, quaestor Caesaris, tribunus plebis, praetor, consul, XVvir sacris faciundis *V 2819 t. Patavinus. Idem videtur* M. Arruntius Aquila consul (suff.) cum (L. Pompeio Vopisco) C. Arruntio Catellio Celere IIII idus Octobr. imperante Vespasiano *X 8038 t. Corsicanus. Consules eos fuisse a. 78 vel 79 Hübner ad II S. 5264 inde statuit, quod a. 77 Celer legatus Lusitaniam rexit. Sed inde, quod quis illo anno provinciam praetoriam administravit, nequaquam concludere licet praesidem talem non potuisse antea consulatu functum esse cf. Mommsen, Staatsrecht II³ p. 250, 1. Immo ad priores annos imperii Vespasiani t. Corsicanus ideo mihi referendus videtur, quod ibi* beneficia tributa Vanacinis a Vespasiano confirmantur, quibus ab a. 727 in tempora Galbae usi erant.

935 M. Ar[ru]ntius Aqu[il]a, procurator Pamphyliae a. 50 *III S. 6737 in miliario Pamphyliae.*

936 L. ARRVNTIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS *sive* FVRIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS, consul a. 32 p. C. cum Cn. Domitio Ahenobarbo. *Ipse posuit in legatione cippum terminalem Dalmaticum III S. 9864 a. In consulatu:* Camillus Arrun[tius] *fasti Arvalium,* Camillus Arruntius *X 899*, Camill. Arruntius *X 4847 (ubi nomen collegae omissum est)*, Cam. Arr. *I 769 in tessera*, Camillus Scribonianus *Tac. a. 6, 1, Dio 58, 17;* Camillus Arruntius *Sueton. Otho 2; nomina omissa sunt in fastis Nolanis X 1233, erasa in t. Interamnate XI 4170;* Arruntius *Chronograph., Hydat.*

L. Arruntius Camil[l]us Scrib[o]nia[n]us *tit.;* Furius Camillus Scribonianus *Sueton. Claud. 13 (inde Oros. 7, 6, 6), Dio 60, 15;* Scribonianus Camillus *(Vict.) Epitome 4, 4;* Camillus *Tac. a. 12, 52 (ubi praecedunt nomina filii* Furii Scriboniani), *Sueton. Claud. 35; Dio 55, 23;* Scribonianus *Tac. h. 1, 89; 2, 75, Plin. epist. 3, 16, 7, Oros. 7, 8, 2. Duplice eum nomine gentilicio usum esse cum et ex testimoniis Suetonii Dionisque et ex nomine filii veri simile videatur, quomodo explicandum sit parum liquet. Nam sive filium naturalem M. Furii Camilli consulis 8 p. C. adoptatum a L. Arruntio consule a. 6 p. C. ponimus, sive huius filium naturalem sumpsisse nomina Furii Camilli in honorem cuiusdam ex maioribus maternis, in utraque opinione nominum ratio parum convenit usui aetatis Tiberianae. Quamquam notus est P. Sulpicius Quirinius consul a. 742 = 12. a. C. Restat ut Scribonianum post adoptionem nomen Furii re vera abiecisse et Suetonium ac Dionem minus accurate eo usos esse statuamus, id quod commendare videtur titulus. Quae sententia maxime nobis arrideret, nisi Furii nomen in filio recurreret. Itaque res pro certo diiudicari nequit neque magis, ex qua parentela Scriboniani cognomen deduxerit.*

Quamquam hoc derivatum esse ex filia Sex. Pompei et Scriboniae inde veri simile efficitur, quod L. Arruntius Scribonianus n. 942, qui filius nostri fuisse videtur, dicitur Pompei Magni abnepos. — *Omnino filius sive naturalis sive adoptivus L. Arruntii (n. 929) fuit, diversus a M. Furio Camillo fratre Arvali a. 38.*

Consul a. 32 p. C. *v. supra.* Legatus pro pr. C. Caesaris Aug. Germanici (Illyrici) *tit.*; legatus eiusdem provinciae contra Claudium a. 42 rebellavit, quem contumeliosa et minaci et contumaci epistula cedere imperio iussit vitamque otiosam in privata re agere; verum intra diem quintum oppressus est legionibus, quae sacramentum mutaverant, in paenitentiam religione conversis; cum in Issum insulam fugisset, a Volaginio milite gregario *(Tac. h. 2, 75)* interfectus est *Sueton. Claud. 13. 35 (Oros. 7, 6, 6), Tac. a. 12, 52, h. 1, 89; 2, 75, Dio 60, 15 (ubi minus accurate* ἑκούσιος ἀπέθανε) *cf. 55, 23, Plin. epist. 3, 16, 7, Epitome 4, 4.* — Vibia uxor *Tac. a. 12, 52 cf. Plin. l. l. § 9,* Furius Scribonianus filius *Tac. l. l. cf. n. 942, de filia cf. n. 948.*

— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER.

937 Arruntius Celsus (*duo nomina posita sunt Charis. Grammatici Lat. I p. 213, 18; 222, 6. 30;* Arruntius *Priscian. Gramm. Lat. II p. 98, 9; 251, 13, III p. 408, 2, Rufinus ibd. VI p. 565, 5, ceterum* Celsus), grammaticus, animadversiones eius in Maronem afferuntur *Charis. I p. 200, 27; 214, 18; 222, 6,* in Terentium *Charis. I p. 207, 13; 212, 3; 214, 4; 222, 30; 223, 11, Priscian. III p. 11, 19,* in Afranium *Priscian. II p. 98, 9;* citatur praeterea *Charis. I p. 213, 18, Priscian. II p. 148, 7; 201, 1; 215, 14; 251, 13; 357, 12; 485, 20, III p. 408, 2, Consent. V p. 375, 1; 390, 6, Rufin. VI p. 565, 5. Quod falso quidam Celsum in Plautum et Vergilium commentarios confecisse putarunt, refellerunt Ritschl, Parerga p. 367–370, Ribbeck, Prolegomena p. 25.* — *Idem intellegendus esse videtur apud Diomed. I p. 321, 11, ubi* Arruntius Claudius *traditur.*

938 Arruntius Euaristus (Εὐάρεστος Ἀρούντιος), praeco aetate Gai *Ioseph. ant. 19, 1, 18.*

939 Q. Arruntius Iustus, Q. f., tribu Vel., [adv]o[c]atus fisci stationis hereditatium. — Quaestor, aedilis, patronus coloniae (Boviani Vndecimanorum); patronus municipii Saepinatium, patronus municipii Vicentinorum, patronus et curator rei publicae Tereventinatium, sacerdos Tusculanus fanitalis *IX 2565 t. Bovianensis publice positus.*

940 ARRVNTIVS MARCELLVS (Ὀρρόντιος traditur), vir ordinis senatorii, auditor Plotini philosophi *Porphyrius vit. Plotini 7.*

941 L. Arruntius Maximus, procurator Augusti a. 79 (Asturiae et Callaeciae, *ut videtur*) *II 2477 t. Asturicensis.*

942 L. [A]RRVNTIVS SCRIBONIANVS, L. f. . . . . . Pompei Magni abnepos, praefectus urbi *(scilicet feriarum Latinarum)*, augur . . . . . *III S. 7043 t. bilinguis Prymnessensis mutilus. Filius videtur L. Arruntii Camilli*

Scriboniani consulis a. 32 p. C., sive idem, qui a Tacito a. 12, 52 dicitur Furius Scribonianus, *sive alter.*

943 L. Arruntius Sempronianus Asclepiades, imperatoris Domitiani medicus *VI 1842. Parentela coniunctus videtur cum Arruntio n. 925, fortasse filius.*

944 Arruntius Silo, rescriptum divorum fratrum ad eum *Dig. 48, 19, 27 pr., unde praeses provinciae alicuius fuisse videtur.*

945 Arruntius Stella (?), post necem Gai Germanos corporis custodes placare studuit *Ioseph. 19, 1, 18, ubi codex Ambrosianus exhibet* συλας, *Mediceus* στειλας, *epitome* στιλλας; Στήλας *scripsit Niese,* Παῦλος *Dindorf collato 19, 1, 14 cf. n. 932.*

946 Arruntius Stella, cura ludorum, qui a Nerone parabantur, ei mandata a. 55 *Tac. a. 13, 22. Veri videtur simillimum hunc esse patrem L. Arruntii Stellae poetae, qui* 'patriciis maioribus ortus' *dicitur a Statio silv. 1, 2, 71.*

947 L. ARRVNTIVS STELLA, consul *(suff. a. 101 ut videtur)*: L. Arruntio Stella L. Iulio Marino cos. XIIII k. Nov. *VI 1492.* — Stella *apud poetas.*

Patavinus *Martial. 1, 61, 4;* 'ut te nascentem gremio mea prima recepit Parthenope' *Statius silv. 1, 2, 260, puer ergo Neapolim translatus videtur;* 'clarus de gente Latina est iuvenis, quem patriciis maioribus ortum nobilitas gavisa tulit' *ibd. 1, 2, 70 sqq.* A. 89 XVvir sacris faciundis, 'certe iam nunc Cybeleia novit limina et Euboicae carmen legit ille Sibyllae' *ibd. 1, 2, 176 sq.* A. 93 *(praetor ut videtur)* ludos fecit ad Domitiani victoriam Sarmaticam celebrandam *Martial. 8, 78.* Consul a. 101 *v. supra et Martial. 12, 3, 10 (de anno cf. fastos).* A. 89 uxorem duxit Violentillam; in nuptias scripserunt Statius epithalamion *Stat. silv. 1, 2,* Martialis epigramma *6, 21.*

Amicus Statii et Martialis: Statius ei dedicavit Silvarum librum I *Stat. silv. 1 praef.;* Martialis ad eum scripsit *1, 7; 1, 44; 5, 59; 7, 36; 9, 89.* Vt poeta laudatur *Stat. silv. 1, 2 passim, Martial. 1, 7; 5, 11; 6, 21, 1; 7, 14, 5; 12, 3. — Nominatur Martial. 4, 6, 5; 5, 12, 7; 6, 47, 1; 9, 55, 1; 10, 48, 5; 11, 52, 15.— Potest idem esse* L. Arruntius Stella *Gruter. p. 642, 2 in tabella aerea, quae Romae extabat apud Vrsinum, si modo vere antiqua fuerit.*

948 ARRVNTIA CAMILLA, Camilli filia *in tegulis urbanis XV 112. 113 a. b. 114 cf. 115; item* Arruntia Camilli f. Camilla *in monumento libertorum VI 5932. — Filia videtur L. Arruntii Camilli Scriboniani, quamquam Dressel adnotavit litterarum atque sigilli formam illorum laterum ad initia saeculi II spectare.*

949 Arsaces, Artabani regis Parthorum filius natu maximus post mortem Artaxiae *(n. 962)* anno ferc 34 a patre Armeniis rex impositus *Tac. a. 6, 31, Dio 58, 26.* Mithridates et Pharasmanes, qui Tiberio auctore Tiridatem aemulum imperii Armeniaci adiuverunt, ministros aulicos auro corruperunt, ut Arsacem e medio tollerent *Tac. a. 6, 33.*

— TIB. CL(AVDIA) ARSASIS.

950 [Ar]senius Marcellus, cur(ator) r(ei) pub(licae) (Puteolanorum) a. 181 *X 1791 t. Puteolanus = VI 861 (ubi falso* cur [ope]r. *restitutum est).*

950a C. Art. Germanianus, vir clarissimus *in fistula plumbea urbana Lanciani sylloge aquaria n. 63a*, Germanianus *n. 63b. Fuit* Art(orius) *vel* Art(iculeius).

951 Artabanus, rex Parthorum. Arsacidarum e genere per matrem *Tac. a. 6, 42,* apud Dahas adultus a Parthis contra Vononem rex accitur; primo congressu victus *(cf. nummum Vononis apud Gardner, The Parthian coinage p. 47 n. 4* βασιλεὺς Ὀνώνης νεικήσας Ἀρτάβανον) in Mediam se recepit, dein rursus profectus Vonone victo et pulso regno potitur *Tac. a. 2, 3, Ioseph. ant. 18, 2, 4. Bellum id gestum esse inde ab a. 10/11 p. C. docent nummi; nam anno 322 aerae Seleucidarum = a. 10/11 et ultimi Vononis nummi et Artabani primi cusi sunt cf. Gardner p. 62.*

Cum Vonones profugus ab Armeniis rex constitutus esset, Artabanus bellum minitando effecit, ut ille a Cretico Silano rectore Syriae excitus custodia circumdaretur *Tac. a. 2, 4, Ioseph. l. l.* Anno 18 ad Germanicum in oriente agentem legatos misit amicitiam ac foedus memoraturos et cupere renovari dextras daturumque honori Germanici, ut ripam Euphratis accederet; petere interim, ne Vonones in Syria haberetur. Ad ea Germanicus de societate Romanorum Parthorumque magnifice, de adventu regis et cultu sui cum decore ac modestia respondit: Vonones Pompeiopolim Ciliciae urbem amotus est *Tac. a. 2, 58.* Eodem fere tempore cum Asinaeo et Anilaeo fratribus, qui circa Nearda ac Nisibim praedatoria manu dominationem exercebant, foedus et amicitiam iniit *Ioseph. ant. 18, 9, 3 sqq.* Artaxia rege Armeniae anno fere 34 mortuo Artabanus Arsacen filium natu maximum Armeniis regem imposuit, postea, cum is ab adversariis veneno sublatus esset, Orodem alterum filium *Tac. a. 6, 31. 33, Ioseph. ant. 18, 2, 4,* addita contumelia et missis, qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque reposcerent, simul veteres Persarum ac Macedonum terminos seque invasurum possessa Cyro et post Alexandro per minas iaciebat *Tac. a. 6, 31,* etiam Cappadociam attentavit *Dio 58, 26* et Tiberio litteris parricidia et caedes et ignaviam et luxuriam obiecit *Sueton. Tiber. 66.* Tiberius, cum primores quidam Parthorum secreto eum adiissent principem ex genere Arsacidarum, qui contra Artabanum constitueretur, expostulantes, primum Phraatem et, cum is in Syria mortuus esset, Tiridatem sanguinis eiusdem aemulum Artabano elegit, Pharasmanem regem Iberorum et Mithridatem fratrem, ut in Armeniam exercitum ducerent, impulit et L. Vitellium cunctis, quae apud orientem parabantur, praefecit *Tac. a. 6, 31. 32, Sueton. Vitell. 2, Dio 58, 26.* Postquam Orodes ab Iberis pugna victus et graviter vulneratus est, Artabanus ne cladem ultum iret, contractis legionibus Vitellii et subdito rumore, tamquam Mesopotamiam invasurus esset,

inhibitus est; simul intestinis seditionibus regno pulsus in Scythiam fugit anno 35 *Tac. a. 6, 33–36, Dio 58, 26, Ioseph. ant. 18, 4, 4.* Anno 36 a satrapis quibusdam ex Hyrcania revocatus per auxilia Scytharum regnum recuperavit Tiridate in Syriam pulso *Tac. a. 6, 43–44, Dio l. l. (inde Petrus Patricius fragm. 2 Müller IV), Ioseph. l. l.* Sub initium imperii C. Caesaris Artabanus ultro amicitiam imperatoris petiit venitque ad Euphratis ripas in colloquium L. Vitellii et transgressus Euphratem aquilas et signa romana Caesarumque imagines adoravit liberosque obsides dedit *Sueton. Calig. 14, Vitell. 2, Dio 59, 27; contra Iosephus 18, 4, 5 colloquium vivo Tiberio habitum esse scripsit, cui assentitur von Gutschmid, Geschichte Irans p. 122 n. 1.* Iterum regno pulsus ad Izatem regem Adiabenorum confugit et opera eius restitutus est *Ioseph ant. 20, 3, 1–3;* paulo post *(circa a. 40)* mortuus est *ibd. 20, 3, 4.*

952 Artabanus, filius Artabani regis *(n. 951)* post mortem patris a Gotarze fratre cum uxore filioque occisus est *Tac. ann. 11, 8.*

953 Artabanus, ultimus rex Parthorum. Cum Septimius Severus inde ab anno 198 bellum contra Parthos gereret, Artabanus frater Vologasi apud eum fuit *Dio 75, 9. (Perperam Herodianus 3, 9, 10 tunc temporis Artabanum regnasse et a Severo regno pulsum esse refert). Cum a. 216 Antoninus Severi filius Vologaso se bellum inlaturum esse minaretur, nisi Tiridatem et Antiochum dederet Dio 77, 19, paulo post autem Artabanus frater Vologasi cum Romanis bellaret, eodem fere tempore vel non multo ante (cf. von Gutschmid, Geschichte Irans p. 154 n. 1) regnum sumpsisse videtur. Sed etiamsi Artabanus summam rerum adeptus est, tamen Vologasus in parte Babylonica regni per aliquantum temporis (vel post Artabani cladem et necem) imperii speciem quandam exercuit, ut docent nummi Babylonici cum inscriptione nominis eius Gardner, Parthian coinage p. 59.*

Postquam Artabanus regnum adeptus est, Antoninus tamquam iratus, quod sibi Artabani filiam uxorem petenti rex denegasset, contra eum profectus Adiabenen vastavit *Dio 78, 1 (inepte de his rebus hariolatur Herodianus 4, 10, 1—11, 7).* A. 217 Artabanus magno exercitu collecto Opellium Macrinum, qui post Antoninum imperator nuncupatus erat, apud Nisibim bis acie vicit; inde Macrinus grandi pecunia pacem cum eo composuit *Dio 78, 26–27 (Zonaras 12, 13 p. 115 ed. Dindorf), vit. Macrini 8, 3, male Herodianus 4, 14–15.* Macrinus a. 218 apud Antiochiam victus Diadumenianum filium ad eum misit *Dio 78, 39.* Ab Artaxerxe tribus proeliis victus occisus est *Dio 80, 3, Herodian. 6, 2, 1. 7; 6, 3, 5, Zonaras 12, 15 p. 121. De tempore belli cf. Artaxerxem n. 960.*

954 Artabassis, Syrus *memoratur in epistula ficta Valeriani vit. Probi 4, 1.*
— Artabasdes *v.* Artavasdes.

955 Artavasdes, rex Medorum. Regis Artavazdis *Monumentum Ancyranum lat. 6, 11* = Ἀρταβάζου *graec. 17, 16,* Artaba.. *lat. 5, 29* = Ἀρταβάζου *graec. 15, 9,* Ἀρταο[υάσδης] *graec. 17, 1;* Ἀρταουάσδην *Dio 49, 25. (Nummi huius non extant; in nummis Armeniorum regis eiusdem nominis et aetatis invenitur* Ἀρταυάσδου *Langlois, Numismatique de l'Arménie p. 34). De fragmento tituli VI 1798, quod antequam plenius innotesceret, ad hunc rettulit Mommsen, Res g. divi Aug. p. 111², cf. C. Iulium Artabasdem n. 959.*

Filius Ariobarzani regis *Monum. Ancyr. 6, 12.* A. 718 = 36 a. C. Antonius cum bellum contra Parthos movisset auctore Artavasde rege socio Armeniae, qui inimicitias cum rege Medo cognomine exercebat, exercitum in Mediam duxit *Dio 49, 25;* ubi cum diu frustra Praaspa *(Dio)* sive Phraarta *(Plutarch.)* caput regni obsedisset, a Phraate et Artavasde Medo obsidionem solvere coactus cum magna suorum clade in Armeniam recessit *Dio 49, 25–31, Plutarch. Anton. 38–50, Strabo 11 p. 524. 532.* A. 719 = 35 Artavasdes Medus cum Phraati propter praedae divisionem succenseret, iniurias ab Armenio acceptas ulturus opera Polemonis amicitiam Antonii quaesivit *Dio 49, 33, Plutarch. Anton. 52.* A. 720 = 34 amicitia inter utrumque composita Antonius Iotapen filiam eius Alexandro filio ex Cleopatra sublato despondit *Dio 49, 40.* A. 721 = 33 Antonius cum iterum in Armenia ageret quasi Parthis bellum inlaturus, Artavasdi partem Armeniae concessit et Iotapen Alexandro nupturam Alexandriam secum duxit; Artavasdes usus militibus, quos Antonius in Armenia reliquerat, Phraatem et Artaxem contra se profectos primum vicit, dein postquam Antonius auxilia ad bollum contra Caesarem gerendum evocavit, ipse victus captusque est *Dio 49, 44 tempore fere belli Actiaci. Quod a Plutarcho Anton. 60 memoratur inter Antonii auxilia regum barbarorum* παρὰ τοῦ Μήδων βασιλέως ἀπεσταλμένη βοήθεια, *explicatur accuratiore Dionis (49, 44) enarratione: (a. 721)* συμμαχήσειν τε γὰρ ἀλλήλοις, ὁ μὲν ἐπὶ τοὺς Πάρθους, ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Καίσαρα συνέθεντο, καὶ ἐπὶ τούτῳ στρατιώτας τέ τινας ἀντέδοσάν σφισι — — postea Antonium milites suos revocasse, non reddidisse, quos acceperat ab Artavasde.

Post bellum Actiacum Artavasdes nescio quo modo o captivitate olapsus ad Augustum venit, qui ei Iotapen filiam restituit *Dio 51, 16;* intor reges, qui supplices ad Augustum confugerunt, nominatur *Monum. Ancyr. c. 32. Armeniam minorem eum ab Augusto accepisse sequitur ex Dione 54, 9 referente* Augustum anno 734 = 20 Archelao Armeniam minorem donasse, ὅτι ὁ Μῆδος ὁ πρὶν αὐτῆς βασιλεύων ἐτεθνήκει; *nam praeter unum locum (49, 25 ubi nomen ponitur) apud Dionem Artavasdes hic de quo agitur, semper significatur* ὁ Μῆδος. *Mortuus igitur sub annum 734 = 20 a. C.*

956 Artavasdes *(sic Tacitus,* Ἀρταβάζου *Dio),* rex Armeniae. 'Nec Tigrani *(II)* a Ti. Nerone in regnum deducto *(a. 734 = 20 a. C.)*

neque liberis eius *(scilicet Tigrani III et Erato sorori)* quamquam sociatis more externo in matrimonium regnumque diuturnum imperium fuit' *Tac. a. 2, 3, cf. Dio 55, 9, 4* τὴν Ἀρμηνίαν ἀλλοτριουμένην *(ubi lacuna codicum ex Zonara 10, 35 p. 447, 1 Dindorf supplenda est:)* μετὰ τὸν τοῦ Τιγράνου θάνατον. 'Dein iussu Augusti impositus *(Armeniis rex)* Artavasdes et non sine clade nostra deiectus' *Tac. l. l. Fuit hic, ut Nipperdey ad Tac. l. l. probabiliter coniecit, frater Artaxae et Tigranis (cf. Dio 51, 16), filius Artavasdis regis ab Antonio capti; cum post mortem Tigranis II (incertum quo anno mortui) liberi eius ad Parthos inclinati (cf. Dionis verba supra laudata) regnarent, Artavasdes contra eos rex constitutus pulsus est (qua de re tacuit Augustus in Monumento Ancyrano c. 27).* Anno fere 751 = 3 a. C. ὡς ἐπύθοντο οἱ βάρβαροι τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Γαίου — — Τιγράνης εὐθὺς μὲν οὐκ ἐπρεσβεύσατο, τοῦ δὲ Ἀρταβάζου νόσῳ ὕστερον τελευτήσαντος δῶρά τε τῷ Αὐγούστῳ ἔπεμψε κτλ. *fragmentum Vrsinianum Dionis ed. Dind. V p. 237. Mortuus igitur sub a. 753.*

Ad hunc probabiliter rettulit Gardner Numismatic Chronicle 1872 p. 313 sqq. nummum argenteum, qui in parte adversa exhibet caput regis diadematum cum inscriptione Βασιλέως Μεγάλου Ἀρταυάσδου, *in aversa caput Augusti* Θεοῦ Καίσαρος Εὐεργέτου.

957 Artavasdes, rex Armeniae et Mediae. Artavasdi *Monumentum Ancyranum lat. 5, 30* = Ἀρταουάσδη *(sic) graec. 15, 11;* Ἀρτάβαζος *Dio.*

Filius Ariobarzani regis Medorum et Armeniorum, nepos Artavasdis *(cf. n. 955)* post mortem patris ab Augusto utrumque regnum accepit *Monum. Ancyr. l. l., Dio 55, 10;* interfectus *(sub finem imperii Augusti) Monum. Ancyr. cf. Tac. a. 2, 4* '(Armenii) Ariobarzane morte fortuita absumpto stirpem eius haud toleravere'.

958 Artabasdes *(sic traditur)*, rex Armeniorum *epistulam de captivitate imperatoris Valeriani (fictam a Trebellio Pollione) scripsisse dicitur vit. Valeriani 3.*

959 [C. Iulius] Artabasdes. *Titulus eius sepulcralis IGI 1674 bilinguis urbanus (cuius particula antea VI 1798 edita est):* [Γάιος Ἰού]λιος Γαίου Φαβ(ίᾳ) [Ἀρταβάσδη]ς Ἀρταβάσδου ..... [υ]ἱός, βασιλέως [Ἀριοβαρζάν]ου υἱωνός, [ὃς ἔζησ]εν ἐνιαυτ(ούς) λθ', [C. Iulius C. f. Fab.] Artabasdes, [Artabasdis fili]us, regis Ariobarzanis [nepos, qui vixi]t annos XXXVIIII. *Quod verbum post* Ἀρταβάσδου *exciderit, non liquet; certe non fuit* βασιλέως, *quod postponi non potuit. Itaque hic qui Romae obiit sub imperio Augusti vel Tiberii, quorum aetatem litterae tituli indicant, fuit privati hominis filius, nepos Ariobarzanis regis Mediae et Armeniae (cf. A 857), ut videtur. — Nomen gentilicium ex nota illius aetatis consuetudine restituitur, qua usi principes barbarorum ab Augusto civitate donati nomina ratione romana formarunt, cf. veluti Iulium Ariobarzanem eiusdem stirpis A 857a. Id quod in nostro tribu Augusti* Fabia *confirmatur.*

960 Artaxerxes, primus post Parthos regno depulsos rex Persarum. *Titulus eius graece scriptus in loco Naschki-Ruban CIG 4675* τὸ πρόσωπον Μασδάσπου θεοῦ Ἀρτ[αξάρου βα]σιλ[έ]ως βασιλέων Ἀριανῶν [ἐκ γ]έν[ου]ς θεῶν υἱοῦ θεοῦ Παπά[κο]υ βα[σιλ]έως. *De formis persicis nominis* Artachšathra, Artachšathr, Artachšîr *cf. Nöldeke, Geschichte des Artachšîr i Pâpakân p. 35. Apud scriptores graecos latinosque plerumque* Artaxerxes *(male* Xerxes *Victor Caes. 24, 2, Eutropius 8, 22 [inde Hieronymus chron. ad a. Abr. 2239], Festus 22, qui omnes eodem auctore usi sunt);* Ἀρταξάρης *apud Agathiam (inde* Ἀρταξέρξου τοῦ καὶ Ἀρταξάρου *Syncellus p. 678, 6).*

Papaci regis filius *tit.*, 'Sohn des Pâbak Šâh, Königs von Chîr' *Tabari ed. Nöldeke p. 1;* Παβέκου υἱός *Agathias 2, 27 (cf. de hac forma neopersica Nöldeke, Geschichte p. 35 not. 2). Contra* λέγεται τὴν τοῦ Ἀρταξάρου μητέρα Παβέκῳ (Παμβεκῷ *traditur apud Syncellum*) τινὶ ξυνῳκηκέναι παντάπασι μὲν ἀσημοτάτῳ καὶ σκυτοτόμῳ τὴν τέχνην *Agathias 2, 27 (= Syncellus p. 677), ubi et alia fabulosa Persarum de origine Artaxerxis proferuntur* ἐν ταῖς βασιλείοις διφθέραις *(scil. Persarum)* ἀναγεγραμμένα. *Quod apud Zonaram 12, 15 p. 121, 3 Dind.* Artaxerxes *dicitur* ὃς ἐξ ἀφανῶν καὶ ἀδόξων ἦν *(cf. Agathiae verba 2, 26* ἄδοξος μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἀφανέστατος*), non ex Dione sumpta sunt; nam de rebus Artaxerxis, Alexandri Severi, Maximini Zonaras epitoma Herodiani usus est, cui praeter nonnulla ex Eusebio sumpta addidit quaedam ex chronicis Syncello simillimis, veluti cf. p. 121, 5* ἀφ' οὗ λέγεται καὶ τὸ Χοσρόου κατάγεσθαι γένος = *Syncellus p. 678, 6* ἐξ ἐκείνου τοίνυν τοῦ Ἀρταξέρξου, τοῦ καὶ Ἀρταξάρου, τὸ Χοσρόου κατάγεται γένος.

Postquam imperium in Perside sumpsit, contra Artabanum profectus tribus proeliis eum vicit et imperio vitaque exuit *Dio (Xiphilin.) 80, 3, Herodian. 6, 2, 1, Zonaras 12, 15, Agathias 2, 26, Syncellus p. 677. Persarum mythhistoriam de hoc bello exhibet chronicon Tabari p. 11 sqq. editionis Nöldeke. Regnum Artaxerxis Agathias 4, 24 computavit inde ab anno Seleucidarum 538 = d. 1 m. Oct. 226/227; alios initium regni posuisse in anno Persico d. 27 m. Sept. 223/224 demonstravit Nöldeke, Tabari p. 410, qui d. 28 m. April. (cf. Tabari p. 14) a. 224 inter Parthos et Persas decertatum esse conclusit. At veri similior videtur ratiocinatio Gutschmidii (Geschichte Irans p. 162) ponentis pugnam d. 28 m. April. a. 227 commissam esse.*

Parthis profligatis Artaxerxes Atra diu oppugnavit, dein in Mediam et Armeniam profectus, quo Artabani filii confugerant, frustra subiungere studuit *Dio (Xiphilin.) 80, 3.* Anno 230 Romanos ad bellum lacessivit et Asiam quasi iure heredis Achaemenidarum repetiit *Herodian. 6, 2, 1. De expeditione Persica Alexandri Severi in contrarias partes abeunt scriptor ille ignotus, a quo pariter pendent vita Alexandri 55, Victor, Eutropius, Festus l. l. (cum quo facere videtur et Syncellus p. 674 memorans* Alexandri τὴν κατὰ Περσῶν εὐδοκίμησιν)

et Herodianus 6, 2–6 (unde pendet Zonaras 12, 15; Herodiani narratio affertur vita Alexandri 57, 3). Cum enim illi Alexandrum rem optime contra Persas gessisse atque triumphasse scriberent, Herodianus cum magna cum clade suorum Antiochiam recessisse rettulit. — Regnavit quattuordecim annos decem menses *Agathias 4, 24, cf. Nöldeke, Tabari p. 412. Mortuus igitur anno fere 241.*

961 Artaxes *(sic Monumentum Ancyranum c. 27, Dio 49, 39. 40. 44; 51, 16,* Ἀρτάξης *errore 54, 9;* Artaxias *Tac. a. 2, 3, Ioseph. ant. 15, 4, 3;* Artauzdi *codex Murbacensis Vellei 2, 94, 4 ex collatione Burcri et editione principe, cum apographum Amerbachii* Artavasdi *exhibeat).* Filius natu maximus *(Dio, Ioseph.)* Artavasdis regis Armeniae maioris, nepos Tigranis regis *Monum. Ancyr.*; cum Antonius a. 720 = 34 a. C. Artavasdem per dolum captum in Armenia circumduceret, hi qui in armis erant, Artaxem regem constituerunt, qui cum illo proelio congressus et victus ad Parthos confugit *Dio 49, 39. 40. (Contra Iosephus ant. 15, 4, 3 postquam Artavasdem cum filiis Alexandriam deductum esse narravit, pergit* Ἀρμηνίας δὲ ἐβασίλευσεν Ἀρταξίας ὁ πρεσβύτατος τῶν ἐκείνου παίδων διαδρὰς ἐν τῷ τότε, *ita ut Artaxes e custodia Alexandrina elapsus videatur. Sed plus tribuendum est Dionis enarrationi quam Iosepho omnino leviter rem tractanti, quippe qui perperam addat* καὶ τοῦτον Ἀρχέλαος καὶ Νέρων Καῖσαρ ἐκβαλόντες κτλ.). Cum Antonius partem Armeniae Artavasdi regi Mediae Atropatenes socio tunc ex hoste facto donasset, Artavasde a Parthis victo captoque Artaxes in regnum paternum reductus est *Dio 49, 44.* Cum Romanos, qui in Armenia superfuerant, occidi iussisset, Augustus Aegypto occupata fratres Alexandriae captos *(scilicet Tigranem, qui postea regnavit, et Artavasdem (n. 956) ut videtur)* petenti ei non remisit *Dio 51, 16.* A. 734 = 20 τῶν Ἀρμηνίων τῶν ἑτέρων *(scilicet Armeniae maioris, cum antea* τῆς σμικροτέρας Ἀρμηνίας *mentio facta sit)* τοῦ τε Ἀρταβάζου *(sic)* κατηγορησάντων καὶ τὸν Τιγράνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντα μεταπεμψαμένων (Αὔγουστος) ἔστειλε τὸν Τιβέριον, ὅπως τὸν μὲν ἐκβάλῃ τῆς βασιλείας, τὸν δὲ ἐς αὐτὴν ἀποκαταστήσῃ. καὶ ἐπράχθη μὲν οὐδὲν τῆς παρασκευῆς αὐτοῦ ἄξιον· οἱ γὰρ Ἀρμένιοι τὸν Ἀρταβάζην προαπέκτειναν *Dio 54, 9,* dolo propinquorum occisus *Tac. a. 2, 3. Omnino perperam Velleius 2, 94, 4 scripsit* '(Ti. Nero) cum legionibus ingressus Armeniam redacta ea in potestatem populi Romani regnum eius Artauzdi dedit', *ubi scribere debuit* Tigranem.

962 Artaxias, rex Armeniae, qui privatus fuit Zeno. *Titulus eius privati Smyrnaeus Ephem. ep. 1 p. 270.* Filius Polemonis regis Pontici et Pythodoridis *Tac. a. 2, 56, Strabo 12, 3, 29 p. 555 (ubi nomen tacetur), tit.*; nepos per matrem Antoniae *tit. scilicet Antoniae Antonii triumviri filiae cf. A 705.* Anno 18 Vonone regno Armeniae pulso favor nationis inclinabat in Zenonem, quod is prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum aemulatus proceres plebemque iuxta

devinxorat; igitur Germanicus in urbe Artaxata adprobantibus nobilibus insigne regium capiti eius imposuit; ceteri venerantes regem Artaxiam consalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis *(immo ex nomine Artaxiae eius, qui regnum Armeniae et urbem condiderat) Tac. a. 2, 56. 64. Huc pertinet nummus argenteus Cohen I² p. 225 n. 6, qui ab una parte caput Germanici exhibet cum inscriptione* Germanicus Caesar Ti. Aug. f., *ab altera Artaxiam a Germanico coronatum cum inscriptione* Germanicus Artaxias *cf. Strabo l. l. (filiorum Pythodoridis)* ὁ δὲ νεωστὶ καθίσταται τῆς μεγάλης Ἀρμηνίας βασιλεύς. Mortuus est circa a. 34 *Tac. a. 6, 31.*

— CL(AVDIA) ARTEMIDORA.

963 Artemidorus, Syrus, philosophus, a Plinio cum in Syria tum Romae auditus; amicus Plinii, qui eum, cum essent philosophi ab urbe summoti, praetor *(a. 93 ut videtur)* pecunia adiuvit; gener C. Musonii (Rufi) *Plin. epist. 3, 11.*

— AVRELIVS ARTEMIDORVS.

— TI. CLAVDIVS ARTEMIDORVS.

— T. Flavius Artemidorus.

964 Artemio, dux Iudaeorum in Cypro a. 117 rebellantium *Dio 68, 32.*

— Popilius(?) Artemisius.

965 Artemo, rhetor Graecus aetate Augusti *Seneca controvers. 7, 1, 26,* sententiae eius *passim apud Senecam.*

966 Artemo, statuarius Palatinas domos Caesarum probatissimis signis replevit *Plin. n. h. 36, 38.*

967 Q. ARTICVLEIVS PAETINVS, consul a. 123 cum L. Venuleio Aproniano. *In consulatu:* Q. Articuleius Paetinus *VI 154,* Q. Artic. Paet. *XV 478,* Q. Articulae. Paetin. *XV 648 a,* Q. Ar. Pae. *XV 848, ceterum* Paetinus *sive* Petinus *fasti.* — Senatus consultum Articuleianum *Digest. 40, 5, 51, 7.*

968 ARTICVLEIVS PAETVS, senator patre ab Augusto anno 736 = 18 a. C. senatu moto petiit, ut patri locum cedere sibi liceret *Dio 54, 14.*

969 Q. ARTICVLEIVS PAETVS, consul a. 101 cum imperatore Traiano IIII. *In consulatu.* Q. Articuleius Paetus *XII 1839, IX 1455,* Q. Articuleius ..... *VI 2074 I 23,* .....aeto *ibd. I 2;* Q. Ar..... *V 8309;* Articuleius *vit. Hadriani 3, 1, ceterum* Paetus *fasti.*

Idem memorari videtur in fistula plumbea urbana: Imp. Domitiani Caesaris Aug. Germ(anici) sub cura Caec(inae?) Paeti et Articulei Paeti et Nini Hastae *Bullettino comunale 1882 p. 171 n. 579; item ad eum referri possunt tegulae urbanae inscriptae* Q. Articulei Paeti *XV 842–844 et Arsolana IX 6078, 11* Q. A[rt.] Paeto.

970 Q. ARTICVLEIVS REGVLVS, praetor, pro consule, legatus imp. Caesaris Augusti patris patriae *(post a. 751 = 3 a. C.) IX 331 t. Canusinus.*

971 [A?]RTORIVS, legatus Aug. pro pr. (Moesiae inferioris) a. 120 *III S. 7539 cf. supplementa Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XIV (1891) p. 29 t. bilinguis Tomitanus.*

972 Artorius, miles Romanus *Ioseph. bell. 6, 3, 2.*

973 Artorius, 'vivant Artorius istic et Catulus, maneant, qui nigrum in candida vertunt' *Iuvenal. 3, 29–30;* 'ignobiles et sordidos et malis artibus viventes homines vult intellegi' *schol.*

974 M. Artorius Asclepiades, *honoratus t. Attico CIA III 570 (1), Smyrnaeo CIG 3285 (2), ipse dedicavit t. Delium CIG 2283 (3).* M. Artorius Asclepiades *t. 2*, M. Artorius *t. 1*, Artorius *t. 3, apud scriptores* M. Artorius *sive* Artorius.

Medicus Augusti *t. 2*, quem apud Philippos monuisse traditur, ne in castris remaneret, quae Brutus cepit *Valer. Maxim. 1, 7, 1. 2, Velleius 2, 70, 1, Plutarch. Brut. 41, Tertullian. de anima 46, Lactant. institut. 2, 8;* post Actiacam victoriam naufragio periit *Hieronymus ad a. Abr. 1986.* Scripsit περὶ μακροβιοτίας *Clemens Alexandr. Paedag. 2, 2 p. 180 ed. Potter* et περὶ ὑδροφοβίας *Caelius Aurelianus III 14 p. 224 ed. Amman, unde citatur ibd. p. 221. 232. 233.*

975 L. Artorius Castus. *Tituli: III 1919 cf. Addit. p. 1030 = III S. 8513 (1) Epetinus, quem ipse sibi posuit; III S. 12791 (2) fragmentum Dalmaticum admodum mutilum.* — L. Artori .... stus *t. 1*, L. Art.... Cast[us] *t. 2. Cursum munerum publicorum eius exhibet t. 1.*

(Centurio) legionis III Gallicae, item (centurio) legionis VI Ferratae, item (centurio) legionis II Adi[utricis], item (centurio) legionis V M[a]c., item primus pilus eiusdem ...., praepositus classis Misenatium ...., [pr]a[e]f. legionis VI Victricis ([pr]aefec[tus leg.] VI Victric(is) *extant etiam in t. 2)*, dux legg. c[ohortium] [alaru]m Britanicimiarum *(sic)* adversus Arm[oricano]s, procurator centenarius Lib[urniae] [iure] gladi.

976 M. ARTORIVS GEMINVS, legatus Caesaris Augusti, praefectus aerari militaris *VI 90; idem potest esse* Geminus Artorius, *cuius* pronepos Q. Marcius Barea Sura *nominatur in t. urbano Bullettino comunale 1880 p. 136 n. 386.*

977 M. Artorius Priscillus Vicasius Sabidianus *t. dedicavit, qui olim Romae extabat, Dessau, Inscriptiones selectae 2700; errore t. inter falsos relatus est CIL III 187*.* — Priscillus *exempla antiqua praeter Smetium (inde Gruter p. 130, 1, ex Grutero Orelli 3881), qui* Priscus *tradidit.*

M. filius, tribu Palatina, tribunus cohortis XV voluntariorum civium Romanorum, tribunus legionis VII Claudiae piae fidelis, praefectus alae I Pannoniorum, praefectus montis Berenicidis *(cf. CIL III 32. 55, IX 3083, X 1129),* flamen divi Augusti, patronus coloniae *(nescio cuius, ubi titulus positus erat),* epistrategus Thebaidis *tit.* —

Verba duo extrema, quae non suo loco posita sunt, postea addita esse probabiliter coniecit Dessau.

977a C. Artorius Proculus, grammaticus memoratur *Quintilian. 9, 1, 3. Idem videtur* Proculus, *cuius interpretamenta afferuntur apud Festum p. 225, 12; 332 b, 5; 364 b, 16, et* Artorius *id. p. 352 b, 5.*

978 Artorius Rufus, liber Festi Pompeii ad Artorium (Arcorium *traditur*) Rufum *memoratur in catalogo quodam librorum Cluniacensi saeculi XII cf. Manitius Hermes 1892 p. 319. Huic igitur dedicaverat Pompeius Festus librum de significatu verborum.*

979 ARTORIA FLACCILLA, Novii Prisci *(cos. a. 78)* uxor maritum a. 65 in exilium pulsum comitata est *Tac. a. 15, 71.*

980 Q. ARV..... consul (suff.) a. 92 ex k. Sept. cum C. Iulio Silano *XIV 245 fasti Ostienses. Potest suppleri* Aru[lenus] *et cogitari de Iunio Aruleno Rustico.*

981 Arviragus, 'regem aliquem capies aut de temone Britanno excidet Arviragus' *Iuvenal. 4, 126; ex contextu apparet ducem fuisse Britannorum aetate Domitiani.* Britannorum rex Arbiragus *schol. — De nominis forma cf. Holder, Alt-Celtischer Sprachschatz s. v. Arviragus, Biracos.*

982 CN. ARVLENVS CAELIVS SABINVS, consul suffectus a. 69 cum T. Flavio Sabino. *Plena nomina in consulatus indicatione VI 2051 acta Arvalium, ceterum* Caelius Sabinus *vel* Caelius.

Consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias *Tac. h. 1, 77;* pr. kal. Maias, kal. Mais *VI 2051. Destinati fuisse videntur Sabini in menses Maium et Iunium, sed sub finem Aprilis fasces sumpserunt.*

Iure consultus C. Cassio Longino successit et plurimum potuit temporibus Vespasiani *Pomponius Digest. 1, 2, 2, 53;* scripsit de edicto aedilium curulium *Gellius 4, 2, 3, hunc librum, quamquam inscriptio praeter l. l. Gellii tacetur, citant Gell. 6, 4, Vlpian. libro primo ad edictum aedilium curulium Digest. 21, 1, 14 pr. 3. 10; 21, 17, 1. 6. 8. 12. 13. 15, Gaius libro primo ad edictum aedilium curulium Digest. 21, 1, 20, Venuleius Digest. 21, 1, 65, 2. Praeterea Caelius citatur a Gaio 3, 70. 141, Papinian. Digest. 35, 1, 72, 7.*

— Q. (?) IVNIVS ARVLENVS RVSTICVS.

— L. GABO ARVNCVLEIVS P. ACILIVS SEVERVS.

983 Aruseius, accusator L. Arruntii damnatus *(ante a. 32) Tac. a. 6, 7; num idem sit* L. Aruseius *Tac. a. 6, 40, cui quid a. 36 acciderit, propter lacunam codicis nescimus, plane incertum est.*

984 Asander, rex Bosporanus. *Memoratur cum uxore in titulo Panticapaeensi Latyschev, Inscriptiones Ponti II n. 25 (1)* βα[σιλεύοντος βασιλέως βασιλέων] μεγάλου Ἀσάνδρου [φιλ]ορωμαίου σωτῆρος καὶ βασιλίσσης Δυνάμεως, *item, ut plerique putant (vide infra in Aspurgo), in titulo Aspurgi ibd. n. 36, qui dicitur* ὁ ἐκ βασιλέως Ἀσανδρόχου. — *Nummi*

aerei et aurei a) cum inscriptione ἄρχοντος Ἀσάνδρου Βοσπόρου *et indicatione annorum usque ad quartum, b) cum inscriptione* βασιλέως Ἀσάνδρου *et indicatione annorum a quarto usque ad vicesimum nonum von Sallet, Beiträge zur Geschichte und Numismatik der Könige des Cimmerischen Bosporus p. 9 sqq., cf. Waddington Revue numismatique 1866 p. 417, Giel, Kleine Beiträge zur antiken Numismatik Südrusslands p. 10 sqq., Latyschev l. l. p. XXXVI.*

Cum Pharnaces Mithridatis filius in Asia contra Romanos bellum gereret, Asandro curam Bospori mandavit, qui absente rege res novas molitus est a. 707 = 47 *Dio 42, 46.* Pharnacem apud Zelam victum *(d. 2 m. Sextilis),* cum Bosporum repeteret, Asander reppulit et occidit *Dio 42, 47, Appian. Mithridat. 120,* deinde Mithridatem Pergamenum, cui Caesar regnum Bosporanum tribuerat, devicit *Dio 42, 48, Strabo 13, 4, 3 p. 625* et Dynamin Pharnacis filiam in matrimonium duxit *Dio 54, 24, t. 1.* Vsque ad Tanaim regnavit *Strabo 11, 2, 11 p. 495,* isthmum peninsulae ad Maeotidem muro munivit *id. 7, 4, 6 p. 311.* Cum Scribonius quidam contra eum rebellaret, nonaginta tres annos natus inedia vitam finivit *Dio 54, 24, (Lucian.) Macrob. 17.*

Cum titulo ἐθνάρχου regnum ab Augusto accepit *auctor libelli de longaevis l. l, quem refellunt nummi. Vnde apparet Asandrum primum per quattuor fere annos archontis nomen, deinde quarto imperii regis sumpsisse. Tempus mortis aliquatenus definitur per nummum aureum Dynamis Köhne, Musée Kotschoubey II p. 156 cum capite reginae et inscriptione* βασιλίσσης Δυνάμεως *et anno* ΑΠΣ = *a. 281 aerae Achaemenidarum = a. ab autumno a. 737 usque ad autumnum a. 738. Veri enim simillimum est hunc nummum cusum esse, postquam Asander mortuus est et Dynamis sola regnum tenuit. Vnde Asandrum circa a. 737/738 = 17/16 a. C. mortuum esse efficitur neque repugnat narratio Dionis 54, 24. Sed quomodo archontatus et regni anni accuratius computandi sint, viri docti dissentiunt cf. Latyschev l. l. neque adhuc rem certe diiudicare licet. Constat tamen Asandrum imperasse intra a. 707/708—737/738 = 47/46—17/16 a. C.*

985 Asarubas aetate Plinii de electro scripsit, citatur *Plin. n. h. 37, 37,* auctor Plinii *ind. l. 37.*

986 Asclepiades, magistratus Prusae ad Olympum *Plin. ad Traian. 81, 1.*

987 Asclepiades, Mendesius, cuius Theologumenon libri citantur de Atiae, matris Augusti, concubitu cum dracontе *Sueton. August. 94. Ad eundem rettulit Müller FHG. III p. 306 Athen. 3 p. 83 C* Ἀσκληπιάδης ἐν ἑξηκοστῷ (ἐν ἑβδόμῳ *coniecit Kaibel*) Αἰγυπτιακῶν.

988 Asclepiodotus, poeta et procurator (ποιητοῦ τοῦ ἐπιτρόπου) *CIG 4747 = Kaibel, Epigramm. gr. 993 t. versibus conceptus in Memnonis statua inscriptus, cuius auctorem propter versuum elegantiam ante Antoninorum aetatem fuisse statuit Kaibel.*

989 Asclepiodotus, compellatus a Frontone in oratione pro Demostrato *(cf. D 43)* id quod postea doluit, cum illum a Marco et Vero non improbari cognovisset *Fronto ad Antoninum imp. 2, 8 p. 111 N., ad Verum 2, 9 p. 137.*

990 Asclepiodotus, dux ex disciplina militari Probi *vit. Probi 22, 3;* sub Diocletiano praefectus praetorio *Victor Caes. 39, Eutrop. 9, 22, Orosius 7, 25, Hieronymus ad a. Abr. 2316. Fortasse idem* Asclepiodotus consul a. 292.

— Cassius Asclepiodotus.

991 Ascletario, mathematicus a Domitiano occisus *Sueton. Domitian. 15.*

992 Q. ASCONIVS GABINIVS MODESTVS, praetor, pro consule, praefectus aerari Saturni *V 2820 t. Patavinus ab initio mutilus.*

993 Asconius Labeo, tutor Neronis, cui consularia insignia a. 54 a senatu petiit *Tac. a. 13, 10.*

994 Q. Asconius Pedianus. *Praenomen praeter inscriptiones codicum solus servavit Hieronymus ad a. Abr. 2092,* Asconius Pedianus *sive* Pedianus *ceterum.*

Q. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui LXXIII aetatis suae anno captus luminibus XII postea annis in summo omnium honore consenescit *Hieronymus l. l. (Vnde certi nihil colligere licet nisi a. 829 = 76 Pedianum circa LXXII annos natum fuisse.)* Patavinus, *cf.* 'Livius noster' *Ascon. p. 68, 17 (cf. et Sil. Italic. 12, 212 sqq.)* A Iunio Blaeso consule *(a. 28 p. C.)* ad cenam M. Apicii adductus *Aelian. fr. 110 Hercher = Suidas* Ἀπίκιος Μάρκος. *T. urb. VI 22784* 'Mutiae Festae Pediani' *fortasse huius uxori positus est.*

Scripsit librum contra obtrectatores Vergilii *Donatus vita Vergil. Sueton. rel. Reifferscheid p. 66. 57, Probus p. 7 Keil, Servius Vergil. ecl. 4, 11 cf. Ribbeck, Prolegomena Verg. p. 96 sqq.;* orationes Ciceronis filiis *(Ascon. passim)* enarravit, *ad quod opus respicit Quintilian. institut. 5, 10, 9.* Vitam Sallustii scripsisse *dicit Acro ad Horat. sat. 1, 2, 41.* De grammatica quadam ratione T. Livii Pedianum auctorem citat *Quintilian. institut. 1, 7, 24;* auctor Plinii *n. h. ind. l. 7, citatur ibd. 7, 159.*

995 C. Asconius Sardus, C. (Asconii) et Cusiniae f., tribu Fab., IIIIvir iure dicundo, praefectus fabrum (Patavii), frater Asconiae *(n. 996) V 2829 t. Patavinus.*

996 ASCONIA, C. (Asconii) et Cusiniae filia, Augurini (uxor), sacerdos divae Domitillae *(uxoris Vespasiani privati) V 2829 t. Patavinus; uxor videtur* T. Mustii Hostilii Fabricii Medullae Augurini *V 2822.*

997 M. Asellio, homo nobilis a Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 7.* Marcum Asellionem *traditur, scribendum videtur* Marcium *cf. O. Hirschfeld Wiener Studien 1884 p. 124.*

998 ASELLIVS AEMILIANVS. *Memoratur in titulo graeco in Batanaea reperto Lebas-Waddington 2213. — Nomen gentilicium titulus servavit, ceterum ubique* Aemilianus.

Legatus Syriae (ὑπατικοῦ) a. 189 *tit.*, in qua legatione Pescennius Niger ei successit *Herodian. 3, 2, 3;* proconsul Asiae a. 193 *Herodian. 3, 2, 2;* dux a Nigro electus, quod in multis provinciis regendis probatus et Clodii Albini necessarius erat *Dio 74, 6,* apud Cyzicum victus a Severi ducibus et in fuga occisus *vit. Severi 8, Pescennii N. 5, Dio l. l., Herodian. 3, 2. — Ad proconsulatum Asiae rettulit Waddington fastes p. 245 fragmentum Smyrnaeum CIG 3211* [ἀ]νθυπατεύοντος Αἰμιλι[ανοῦ] κτλ.

999 Asellius Claudianus, homo nobilis a Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 1.*

1000 Asellius Sabinus, Tiberius ei sestertia ducenta donavit pro dialogo, in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat *Sueton. Tiber. 42. Idem videtur* Sabinus Asilius *(sic traditur)* venustissimus inter rhetores scurra *Seneca suasor. 2, 12; fortasse etiam* Asillius *Sueton. Calig. 8.*

1001 [A]SIA[TI]CA, (M. Lollii Paullini) Valerii Asiatici (Saturnini) bis consulis *(cos. II a. 125)* uxor *CIG 2587 t. Cretensis.*

— AEMILIA PAVLINA ASIATICA.

1002 Asiaticus, dux Gallorum pro Vindice *(a. 68)* bellaverat *Tac. h. 2, 94.*

1003 Asiaticus, Vitellii libertus, 'foedum mancipium et malis artibus ambitiosum', summa apud eum potentia *Tac. h. 2, 57. 95, Sueton. Vitell. 12, Plutarch. Galba 20;* equestri dignitate a Vitellio primo imperii die ornatus *Tac. h. 2, 57, Sueton. l. l.;* post necem Vitellii a Muciano occisus *Tac. h. 4, 11. Memoratur Sidon. Apollin. ep. 5, 7.*

— P. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS.

— Iulius Asiaticus.

— M. LOLLIVS PAVLLINVS VALERIVS ASIATICVS SATVRNINVS.

— VALERIVS ASIATICVS.

— D. VALERIVS ASIATICVS.

— Q. Valerius Asiaticus.

— (VALERIVS) TAVRVS ASIATICVS.

1004 Asilius Sabinus *Seneca suasor. 2, 12 cf. n. 1000.*

1005 Asillius, comes pueri Gai a. 14 p. C. *Sueton. Calig. 8 in epistula Augusti. Cf. n. 1000.*

— Vinnius Asina.

1006 M. ASINIVS, n. Sep. M. Asin. C. Pet. *(cos.) I 766 in tessera gladiatoria. Borghesi opp. III p. 355 demonstrare studuit intellegendum esse M. Asinium Agrippam consulem ordinarium a. 25 cum Cosso Cornelio Lentulo; illum per totum annum fasces gessisse, cum huic C. Petronius suffectus esset. At argumentatio docti Itali infirmis fundamentis constituta est.*

1007 Herius (Asinius), filius C. Asinii Pollionis. Cum mortuo in Syria *(immo in Lycia)* C. Caesare questus esset Augustus, quod in tam magno et recenti luctu Pollio pleno convivio cenasset, rescripsit Pollio 'eo die cenavi, quo Herium filium amisi' *Seneca contror. 4 pr. 4–5. Mortuus est igitur ante a. 4 p. C.*

1008 CN. ASINIVS, Pollionis et Agrippae nepos, patronus Puteolanorum *X 1682 t. Puteolanus; filius ergo C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae. Cf. n. 1017 extr.*

1009 M. ASINIVS AGRIPPA, consul a. 25 p. C. cum Cosso Cornelio Lentulo. *In consulatu:* M. Asinius Agrippa *fasti Arvalium, XI 3613, Dio ind. l. 57;* M. Asinio A.... (AV *traditur*) *V 5594;* M. Asinius *IV 2552, VI 10051, Cassiodor.;* Asinius Agrippa *Tac. a. 4, 34, ceterum* Agrippa *fasti.*

Quamquam Marci filius *dicitur Dio ind. l. 57, tamen recte putatur filius esse C. Asinii Galli, cf. Tac. a. 4, 61, ubi Agrippa dicitur* 'claris maioribus quam vetustis vitaque non degener' *et a. 6, 23, ubi Gallus (cf. n. 1017)* 'tot consularium parens'. Mortuus est a. 26 *Tac. ann. 4, 61.*

1010 Asinius Amiantus, procurator C. Asinii Nicomachi Iuliani *IGI 283.*

1011 ASINIVS BASSVS, maximus ex liberis Asinii Rufi familiaris Plinii; Plinius a (Minicio) Fundano *(cos. a. 107)*, cui consulatum destinatum esse credebat, petiit, ut Bassum quaestorem eligeret *Plin. epist. 4, 15, 6–13.*

1012 SEX. ASINIVS CELER, consul *(suffectus secundo semestri)* a. 38 cum .....tonio Quinctiliano; Sex. Asinio Celere .....tonio Quintiliano *Frontin. de aquis 102,* ....nio Quinctiliano *acta Arval. a. 38 VI 2028 d 18. — Memoratur in t. servi filiae VI 9901 (1) et in t. liberti matris VI 9901 a (2); ad eum pertinere videtur fragmentum Teatinum* Sex. Asin... Celer.... *IX 3017 (3).*

Praenomen exhibent Frontinus et t. 3, ceterum Asinius Celer. — Galli filius *t. 2 scilicet C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae.* Consul a. 38 *v. supra,* consularis *Seneca apocolocynt. 13, Plin. n. h. 9, 67, Macrob. sat. 3, 16, 9.* A Gaio principe piscem ingenti pretio mercatus *Plin., Macrob. l. l., Tertullian. de pallio 5;* a Claudio occisus *Seneca l. l.* — Asinia Agrippina filia *t. 1.*

1013 Asinius Epicadus, ex gente Parthina hybrida, cum Audasio in Augustum sub finem imperii coniuravit, ut Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, ad exercitus raperent *Sueton. Aug. 19. Fortasse libertus C. Asinii Pollionis.*

1014 ASINIVS GALLVS, Drusi frater uterinus *Dio 60, 27,* Pollionis oratoris nepos *Sueton. Claud. 13; filius ergo C. Asinii Galli et Agrippinae.* Cum Statilio Corvino a. 46 in Claudium coniuravit et in exilium actus est, ὅτι καὶ σμικρότατος καὶ δυσειδέστατος ὢν κὰκ τούτου καταφρονηθεὶς γέλωτα μᾶλλον ἢ κίνδυνον ὦφλεν *Dio, Sueton. l. l. Nominatur ut* frater Asinii Celeris *VI 9901.*

1015 ASINIVS GALLVS, ad eum scripsit Plinius *epist. 4, 17 secundum lectionem vulgatam, at vide* Clusinius Gallus.

1016 ASINIVS GALLVS *nescio quis nominatur in t. servae VI 2209, liberti VI 5485.*

1017 C. ASINIVS GALLVS, consul a. 746 = 8 a. C. cum C. Marcio Censorino. *Tituli: ipse posuit consul cum collega cippos urbanos VI 1235 cf. Addenda p. 3112 (1), in quorum plerisque nomina in litura restituta sunt; memoratur in titulo Teatino IX 3018 (2), in actis saecularibus (3), in t. graeco in Astypalaea insula reperto Ross, Inscriptiones graecae ineditae III n. 312 corr. Waddington, fastes p. 95 (4); in t. 2–4 nomina integra extant; nominatus fuit in quattuor eiusdem tituli Ephesini exemplis duobus latinis, duobus graecis Wood, discoveries at Ephesus, inscriptions from the peribolus wall n. 1. 2. 3, in quorum tribus nomina plane deleta sunt, in quarto III 6070 = III S. 7118 (5) supersunt* C. Asinio ..... *Nomina eius erasa videntur in t. Agrippinae uxoris Laude Pompeia reperto V 6359; nominatus fuit in t. urbano VI 1353 admodum mutilo, qui quomodo conceptus fuerit non liquet; incertum est ad hunc an ad filium cognominem pertineat t. Atticus CIA III 583. Denique nomen extat in t. liberti conlactanei* (Asinii) Celeris Galli f. *VI 9901a.*

Nummi: I) a) in parte adversa inscripti Augustus (Caesar Augustus *n. 369)* tribunic. potest., *in aversa* C. Asinius Gallus IIIvir a. a. a. f. f. *Cohen I² Augustus n. 368. 369; b) in adversa* ob civis servatos, *in aversa* C. Asinius C. f. Gallus IIIvir a. a. a. f. f. *ibd. n. 367 melius Babelon I p. 222. II) Temni Aeoliae in adversa exhibentes cum capite Galli* Ἀσίνιος Γάλλος ἁγνός, *in aversa* Ἀπολλᾶς Φαινίου Ταμνιτᾶν *primum accurate descripti a Waddingtonio fastes p. 95, similes male descripti Mionnet III p. 28, 166, Suppl. VI p. 41, 260–262.*

In consulatu: C. Asinius Gallus *Dio ind. l. 55, V 4201, VI 458. 1235, XI 844, Censorinus de die n. 22, 16, Sueton. Rel. Reifferscheid p. 48;* C. Asinius *Monument. Ancyran. lat. 2, 6 = graec. 4, 17, I 746, Cassiodor.;* Asinius Gallus *Dio 55, 5, ceterum* Gallus *fasti. In consulatu nomina erasa sunt XII 2623.* – C. Asinius Gallus *t. 1. 2. [5.] numm. I;* Asinius Gallus *t. 3 v. 107, t. 4, numm. II;* C. Asinius *t. 3 v. 151.* — C. Asinius Gallus *Hieronymus ad a. Abr. 2030, ceterum apud scriptores* Asinius Gallus *vel* Gallus.

C. f. *t. 1, numm. Ib, Dio ind. l. 55,* filius C. Asinii Pollionis *Tac. a. 1, 12, Seneca controv. 4 praef. 4, Hieronymus l. l.;* filius natu maximus in consulatu patris *(a. 714 = 40)* natus *Serv. Vergil ecl. 4, 1.* IIIvir aere argento auro flando feriundo *numm. I post a. 739 = 15 cf. Mommsen, Römisches Münzwesen p. 744;* consul a. 746 = 8 *v. supra;* proconsul Asiae *t. 4. 5, numm. II,* a. 748 *t. 5,* a. 749 *t. 4, anno ergo proconsulari 748/749 = 6/5 a. C.* — XVvir sacris faciundis a. 737 = 17 *t. 3.*

Augustus eum dixerat imperii avidum et minorem *Tac. a. 1, 13;* a. 14 Tiberium in senatu offendit olim invisus propter matrimonium Agrippinae *ibd. 1, 12, Dio 57, 2;* sententiae eius in senatu dictae a. 14 *Tac. a. 1, 8. 12,* a. 15 *ibd. 1, 76. 77,* a. 16 *ibd. 2, 32. 33. 35. 36;* a. 24 *ibd. 4, 20. 30,* a. 28 *ibd. 4, 71;* a. 19 Pisoni reo patronus adesse noluit *ibd. 3, 11.* A. 30 eodem die, cum in Capreis cum Tiberio convivaretur, Romae a senatu damnatus est; sed Tiberius, quasi ipse coram senatu decernere vellet, distulit causam et Gallum in custodia haberi iussit *Dio 58, 3* amicis eius pessum datis *Dio l. l., Seneca epist. 55, 3.* A. 33 obiit, quem egestate cibi peremptum haud dubium, sponte an necessitate incertum habebatur *Tac. a. 6, 23, Dio 58, 23.* Agrippinae paulo post mortuae Tiberius impudicitiam et Gallum adulterum obiecit eiusque morte ad taedium vitae compulsam *Tac. a. 6, 25.*

Magnus orator, nisi illum magnitudo patris obrueret *Seneca controv. 4 praef. 4;* scripsit libros de comparatione patris et Ciceronis *Sueton. Claud. 41, Plin. epist. 7, 4, 3. 6, Quintilian. institut. 12, 1, 22, Gellius 17, 1, 1;* epigramma in Pomponium Marcellum *Sueton. gramm. 22.* — Vergilium eclogam quartam in se scripsisse dixit *Serv. ecl. 4, 1.* — Mensa citrea eius insignis *Plin. n. h. 13, 92, Tertullian. de pallio 5.*

(Vipsaniam) Agrippinam post divortium Tiberii *(a. 743 = 11)* in matrimonium duxit *Tac. a. 1, 12, Dio 57, 2;* tot consularium pater *Tac. a. 6, 23.* Filii: C. Asinius Pollio cos. a. 23, M. Asinius Agrippa cos. a. 25, Sex. Asinius Celer cos. a. 38, Asinius Gallus *(n. 1014);* Asinius Saloninus; Cn. Asinius *(n. 1008) utrum sextus filius habendus sit, an idem fuerit atque Gallus aut Saloninus, in medio relinquendum est.*

1018 C. ASIN[IVS] IVLIANVS *publice honoratus t. Blaundis in Phrygia reperto CIG 3866:* τὸν κράτιστον ὑὸν Γ. Ἀσιν(ίου) Προτειμου Κουαδράτου ὑπατικοῦ *saeculi III ineuntis cf. n. 1029. Potest idem esse atque C. Asinius Nicomachus Iulianus n. 1023.*

1019 M. ASINIVS MARCELLVS, consul a. 54 cum M.' Acilio Aviola. — *In consulatu:* M. Asinius Marcellus *tabula cerata Pomp. 3. [4. 6],* M. Asinius *Tac. a. 12, 64,* Asinius Marcellus *Sueton. Claud. 45, ceterum* Marcellus *fasti.* — Asinii Pollionis pronepos *Tac. a. 14, 40, nepos videtur C. Asinii Galli;* a. 61 falsi accusatus, sed maiorum ot Neronis gratia absolutus *Tac. a. 14, 40.*

1020 M. ASINIVS MARCELLVS, consul a. 104 cum Sex. Attio Saburano. *In consulatu:* M. Asinius Marcellus *Wood, discoveries at Ephesus, inscriptions from the great theatre n. 1 col. VI v. 74, ceterum* Marcellus *fasti. — Filius vel potius nepos consulis a. 54 videtur.*

1021 Q. ASINIVS MARCELLVS, consul (suff.) cum A. Caepione Crispino *in t. mutilo in agro Romano reperto Römische Mittheilungen 1886 p. 128, ubi praecedunt consules ordinarii a. 96. Vnde Henzen consules et ordinarios et suffectos eiusdem anni iuxta positos esse con-*

iecit, cuius rei adhuc unum, quod sciam, exemplum idque in decreto pontificum VI 2010 innotuit.

1022 Q. Asinius Marcellus *memoratur in tegulis urbanis XV 330. 846–857, ex quibus annum 123 indicant n. 846–848. 851, annum 134 n. 849. 852. Potest idem esse qui praecedit vel filius eius.*

1023 [C. ASINIVS] NICOMACHVS IVLIANVS *honoratus t. Drepanitanis IGI 283 (1), 284 (2) = CIG 6498.* ... ον Νεικόμαχο[ν] Ἰουλιανόν *t. 1,* .... [Ν]εικόμ[αχον] [Ἰ]ουλιανό[ν] *t. 2; nomen gentile probabiliter suppletur ex nominibus procuratoris* Asinii Amianti, *qui dedicavit t. 1, et ex t. CIG 3866 cf. n. 1018.* — Consul *(suffectus anno incerto saeculi III) t. 1. 2,* proconsul Asiae *t. 1.*

1024 Asinius Pollio, praefectus alae in Mauretania a. 69 oppressus *Tac. h. 2, 59.*

1025 C. ASINIVS POLLIO, Cn. f. *acta triumph. Capitolina, fasti min. IIIb et VII CIL I² p. 60 et 64, in senatus consulto a. 737 = 17 a. C. VI 877a. Natus est a. 678/679 = 76/75 a. C., nam* altero et vicesimo aetatis anno C. Catonem accusavit *Tac. dial. 34, cuius causa acta est a. 700 = 54 Asconius in Scaurianam p. 16.* Consul a. 714 = 40 a. C.; pro consule a. 715 = 39 contra Dalmatas bellum gessit, Salonas urbem cepit; VIII k. Novembr. ex Parthineis triumphavit *acta triumph. Capitolina, Florus 2, 25, Dio 48, 41, Horatius carm. 2, 1, 13, Servius ad Vergil. ecl. 4, 1, Hieronymus chron. ad a. Abr. 2020. Ceterum de rebus ab eo libera re publica gestis vide Drumann II p. 2 sqq.* Cum Caesar eum rogaret, ut secum ad bellum Actiacum proficisceretur, 'mea, inquit, in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque discrimini vestro me subtraham et ero praeda victoris' *Velleius 2, 86, 3. Inde a principatu Augusti praeter iudicia et curiam* (testis senatus consultorum a. 729, *Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1889 p. 966,* et a. 737 *VI 877a) a rebus publicis afuisse videtur.* LXXX aetatis suae anno in villa Tusculana moritur *Hieronymus chron. ad a. Abr. 2020 = 758 = 5 p. C. cf. Senec. controv. 4 praef. 5, Tac. dial. 17.*

Pollio ex manubiis *(scil. belli Dalmatici)* primus Romae bibliothecam in atrio Libertatis publicavit, quam imaginibus virorum clarorum ornavit *Plin. n. h. 7, 115; 35, 10, Sueton. August. 29 cf. Ovid. Trist. 3, 1, 71.* Statuae in monumentis Asinii Pollionis memorantur *Plin. n. h. 36, 23. 24. 25. 33. 34.*

Amicus fautorque poetarum et virorum doctorum aetatis suae: 'leporum disertus puer ac facetiarum' *Catullus carm. 12, 6;* Helvius Cinna ei *(adulescenti in Graeciam profecturo)* Propempticon misit *Charis. Gramm. Lat. I p. 124.* Cum legatus agris Transpadanae dividundis praeesset, Vergilium indemnem praestitit *Servius ad Verg. ecl. 2, 110; 6, 3, vit. Verg. Sueton. rel. Reifferscheid p. 53. 59;* Vergilius ad eum scripsit eclogam quartam et eum praedicat *ecl. 2, 84–89;*

11*

8, 6–13; Asinius Vergilio Alexandrum puerum donavit, quem secunda ecloga Alexin appellat *vit. Verg. p. 57 R. cf. Serv. ad Vergil. ecl. 2, 1, Apul. apolog. 10.* In viris principibus rei publicae, qui Horatii carmina probaverant, memoratur *Horat. sat. 1, 10, 85;* Horatius ad eum scripsit carmen *2, 1.* Ateius Praetextatus C. Sallustio defuncto eum familiarissime coluit et aggressum historias componere praeceptis de ratione scribendi iuvit *Sueton. gramm. 10.* Timagenem historiarum scriptorem, quamquam Augustus ei domo interdixerat, in contubernium recepit *Seneca dial. 5, 23, 5–8.* Aufusti (abnesti fusti *traditur*) grammatici liber quidam grammaticus ad Asinium Pollionem citatur *Gramm. Lat. VII p. 35.*

Strictum eius et nimis asperum iudicium *Seneca controv. 4 praef. 3 cf. Plin. n. h. 36, 33. Iudicia eius:* Asinius in Valerium Catullum citatur *Charis. Gramm. Lat. I p. 97;* de Caesaris commentariis *Sueton. div. Iul. 56 cf. 55;* de Cicerone *Seneca suasor. 6, 24 cf. 6, 14, Quintilian. inst. 12, 1, 21;* de Patavinitate Livii *Quintilian. inst. 1, 5, 56; 8, 1, 3;* liber, quo Sallustii scripta reprehendit *Sueton. gramm. 10 cf. Gell. 10, 26, 1* 'Asinio Pollioni in quadam epistula, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam aliis C. Sallustii iniquis dignum nota visum est' *etc.*; iudicia de rhetoribus Arellio Fusco *Seneca suasor. 2, 10,* Buteone *id. controv. 7, 4, 3,* Q. Haterio *ibd. 4 praef. 11,* Porcio Latrone *ibd. 2, 3, 13,* Triario *ibd. 2, 3, 19,* de coloribus Romanii Hisponis, Pompei Silonis, Cestii Pii, Porcii Latronis *ibd. 4, 6,* de incerto *ibd. 2, 5, 10;* laudabat sententias Albucii Sili *ibd. 7 praef. 2* et Vibii Rufi *ibd. 9, 2, 25.*

Circa a. 739 in carminibus pangendis versatus est, scripsit 'Sophocleo carmina digna cothurno' *Vergil. ecl. 8, 10 (ubi Servius adnotat* 'alii ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod et ipse utriusque linguae tragoediarum scriptor fuit', *id quod ex perversa interpretatione ipsi enucleasse videntur), cf. ecl. 3, 86* 'Pollio et ipse facit nova carmina'; Pollio regum facta canit pede ter percusso *(= versu trimetro) Horat. sat. 1, 10, 42;* historias scribere aggressus tragoedias abiecit *Horat. carm. 2, 1, 9–13.* Pacuvium et Accium tragoediis expressit *Tac. dial. 21.* Lusit etiam versiculis eroticis *Plin. epist. 5, 3, 5 cf. 7, 4, 4.*

Orator clarissimus *Velleius 2, 36, 2, Columella 1 praef. 30, Quintilian. 12, 11, 28, Plin. n. h. 7, 115, Tac. dial. 12. 17, ann. 11, 6. 7,* 'insigne maestis praesidium reis' *Horat. carm. 2, 1, 9.* Multa in Asinio Pollione inventio summa diligentia *(cf. ibd. 10, 2, 25; 12, 10, 11),* adeo ut quibusdam etiam nimia videatur, et consilii et animi satis; a nitore et iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit saeculo prior *Quintilian. inst. 10, 1, 113;* inter Menenios et Appios studuisse videtur *(ei qui in dialogo rem recentiorum defendit),* Pacuvium et Accium etiam orationibus suis expressit *Tac. dial. 21;* compositio Pollionis salebrosa et exiliens *Seneca epist. 100. 7. 9.* Versus poetarum anti-

quorum orationibus inserere consueverat *Quintilian. inst. 1, 8, 11;* homo omnium horarum scriis iocisque pariter accommodatus *ibd. 6, 3, 110.* Tristes ac ieiuni Pollionem aemulantur *ibd. 10, 2, 17.*

Memoratur in iis, qui multum ante quaestoriam aetatem gravissima iudicia susceperunt *Quintilian. inst. 12, 6, 1.* Altero et vicesimo actatis anno C. Catonem *(tribunum plebis a. 698 = 56 Dio 39, 27)* accusavit a. 700 = 54 *Tac. dial. 34, Seneca controv. 7, 4, 7.* Defendit *(aetate triumvirum)* Lamiam et postea orationem pro Lamia edidit *Seneca suasor. 6, 15.* Moschum Pergamenum veneficii reum defendit *(sub initium regni Augusti, ut ex Horatio apparet) Horat. epist. 1, 5, 9 cf. Porphyr. p. 274, Seneca controv. 2, 5, 13.* Mediis Augusti temporibus apud centumviros orationes habuit, quae pro heredibus Vrbiniac inscribuntur *Tac. dial. 38, Quintilian. inst. 4, 1, 11; 7, 2, 4. 5. 26 cf. 1, 5, 8, Charis. Gramm. Lat. I p. 77.* Sub Augusto Nonium Asprenatem veneficii reum defendit *Quintilian. inst. 10, 1, 22, cf. 11, 1, 47, Sueton. August. 56, Plin. n. h. 35, 164 (si re vera huc pertineant, quae Dio 55, 4 sine nomine rei accusatorisve narrat, tamen inde nequaquam sequitur illam causam a. 745 = 9 a. C. actam esse, ut priores cf. Meyer, Oratorum romanorum fragmenta ed. II p. 492 pro certo affirmarunt; nam Dio l. l. non nisi transeundo narratiunculas ad humanitatem Augusti illustrandam affert). Incerto tempore* dixit pro Scauro filio *Quintilian. instit. 6, 1, 21; 9, 2, 24* et pro Liburnia *ibd. 9, 2, 24 (cf. 9, 2, 9).* — Dictus est in L. Munatium Plancum orationes parare, quae ab ipso aut liberis post mortem illius ederentur *Plin. n. h. praef. 31.* — *Dicta eius:* commode agendo factum est, ut saepe agerem, saepe agendo, ut minus commode *Plin. ep. 6, 29, 5;* male, hercule, eveniat verbis, nisi rem sequantur *schol. Cruquian. ad Horat. epist. 2, 3, 311.*

Primus omnium Romanorum advocatis hominibus scripta sua recitavit *Seneca controv. 4 praef. 2.* Declamavit multitudine nunquam admissa; in declamando floridior aliquanto quam in agendo *ibd. et § 3.* Sententiae ex declamationibus *ibd. 4, 2, 5; 7, 1, 4; 7, 6, 12,* colores *ibd. 1, 6, 11; 7, 1, 22,* praecepta de colore *ibd. 4, 3.* Sextilium Enam in domo Messallae Corvini recitantem non tulit *id. suasor. 6, 24.*

'Motum ex Metello consule civicum bellique causas et vitia et modos ludumque Fortunae gravisque principum amicitias et arma, nondum expiatis uncta cruoribus, periculosae plenum opus aleae tractas et incedis per ignis suppositos cineri doloso' *Horatius carm. 2, 1, 1–8. Vnde apparet Pollionem historias rerum Romanarum inde a L. Afranio Q. Caecilio Metello cos. (= a. 694 = a. 60 a. C.) gestorum scribere coepisse, cum poeta laudes eius celebraret. Qui quando carmen scripserit, quamquam veri simile est scripsisse eum post bellum Actiacum, accuratius definire non licet. Sed Pollionem historias scribere aggressum esse paulo ante bellum Actiacum ex verbis*

Suetonii gramm. 10 (v. supra) emergit referentis Ateium Philologum post mortem Sallustii *(a. 720 = 34)* Pollionem coluisse atque praeceptis rhetoricis iuvisse. Historiae Pollionis citantur *Seneca suasor. 6, 14. 24. 25,* tertius historiarum liber *Valer. Maxim. 8, 13 ext. 4,* iis usi sunt Plutarchus, Appianus *(uterque versione graeca earum),* Suetonius, Strabo *cf. Peter, Historic. Roman. Fragmenta p. 263 sqq.* Pollionis scripta egregiam Cassii et Bruti memoriam tradunt *Tac. a. 4, 34.* Auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 7. Quae Suidas s. v.* Ἀσίνιος Πωλίων *et* Πωλίων *profert (cf. infra adn.), confusionis adeo sunt plena, ut inde ne hoc quidem recte concludere liceat Pollionem scripsisse historiarum libros septemdecim.*

Scripsisse Pollionem et philosophica quaedam apparet ex Seneca epist. 100, 7. 9; nam Senecam ibi de scriptoribus philosophicis agere cum ex tota epistula tum ex paragrapho nona certissime efficitur. Nec minus Pollionem rem grammaticam tractasse ex Prisciano Gramm. Lat. II p. 513 sequitur 'ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet'; observationes grammaticae Pollionis afferuntur *Charis. Gramm. Lat. I p. 134, Serv. ad Verg. Aen. 2, 7; 6, 554; 11, 183.* — Asinius contra maledicta Antonii citatur *Charis. Gramm. Lat. I p. 80;* Asinius Pollio ad Caesarem I *id. p. 134. Verba Pollionis ex scriptis incertis afferuntur Charis. Gramm. Lat. I p. 100, Priscian. ibd. II p. 383.* — Extant epistulae tres *Cic. ad Fam. 10, 31–33.*

Quamquam constat Pollionem historias paulo ante bellum Actiacum scribere aggressum esse, tamen Landgraf, Untersuchungen zu Caesar und seinen Fortsetzern p. 31 sqq. et Wölfflin Sitzungsberichte der Münchener Akademie Phil.-Hist. Klasse 1889 p. 319 sqq. (cf. praefat. p. XXII sqq. editionis 'belli Africi', quam cum Miodonski paravit) statuerunt Pollionem paulo post Hirtii mortem (a. 711 = 43) cum commentariis Caesaris et Hirtii de bellis Caesarianis ad finem perducendis operam navasse tum librum de bello Africano qui extat ipsum confecisse. Qua de re cum nemo veterum unquam quidquam cognitum habuisset, illi ex tribus Pollionis epistulis propter sermonis proprietates hunc esse auctorem belli Africani demonstrare sibi visi sunt. At observationes in medium prolatas nullo modo posse probare id quod illi opinantur, alii satis iam docuerunt.

Ad summa provectus incorrupta vita et facundia *Tac. a. 11, 6;* homo natura contumax *Seneca controv. 4 praef. 4;* ferocia eius *Tac. a. 1, 12.* Cum mortuo in Syria *(sic)* C. Caesare per codicillos questus esset Augustus, quod in tam magno et recenti luctu suo homo carissimus sibi pleno convivio cenasset, rescripsit Pollio 'eo die cenavi quo Herium filium amisi' *Seneca controv. 4 praef. 5.* Graviter invidioseque in curia questus est (Marcelli) Aesernini nepotis sui casum, qui in Troiae luso crus fregerat *Sueton. August. 43.* — Nulla res eum ultra decumam retinuit, sed totius diei lassitudinem duabus

illis horis ponebat *Seneca dial. 9, 17, 7.* — Amicus Herodis regis Iudaeorum, cuius filii Alexander et Aristobulus Romae apud eum habitabant *Ioseph. ant. 15, 10, 1.*

Gener L. Quintii, qui a triumviris proscriptus est *Appian. bell. civ. 4, 12. 27.* Liberi: C. Asinius Gallus, Asinius Saloninus, Herius Asinius; *filia praeterea ei fuit, quae nupserat M. Claudio Marcello Aeserníno cos. a. 732 = 22, quorum filius* Marcellus Aeserninus Pollionis nepos *dicitur Sueton. August. 43, Seneca controv. 4 praef. 3. 4. — Memoratur in titulo Cn. Asinii nepotis X 1682, incerti cuiusdam ex posteris VI 1353, in t. servorum vel libertorum VI 5019. 9901. 12523. Tegulae XIV 4090, 4–9 = XV 2231–2234* ex figlinis Asinii Pollionis (C. As. Pol. *n. 2234) utrum ad unum hominem pertineant an ad plures, dubitatur cf. Dressel ad n. 2231, qui antiquissimas earum (scil. n. 2233. 2234) ad oratorem referri posse statuit.*

Suidas I p. 786: Ἀσίνιος Πωλίων Ῥωμαῖος ἱστορίας Ῥωμαικὰς συνέταξεν ἐν βιβλίοις ιζ', [οὗτος πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν Ῥωμαικῶς συνέγραψεν], ubi verba, quae uncis inclusimus, sine dubio ad alium spectantia (fortasse ad Pompeium Trogum, ut coniecit von Gutschmid) confusione Suidae ad Asinium relata sunt: Idem II 2 p. 387: Πωλίων ὁ Ἀσίνιος χρηματίσας, Τραλλιανός, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηίου τοῦ μεγάλου καὶ διαδεξάμενος τὴν σχολὴν Τιμαγένους· ἔγραψεν — — (sequuntur opera, quae plurium auctorum fuisse videntur, dein loco ultimo) περὶ τοῦ ἐμφυλίου τῆς Ῥώμης πολέμου, ὃν ἐπολέμησαν Καῖσάρ τε καὶ Πομπήιος. Ex verbis extremis patet Suidam, ut falso huic Pollioni aetatis liberae rei publicae tribuit ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου mortui fere sub Domitiano, ita non minus perperam tribuisse opus historicum Asinii oratoris. Quacum confusione arte cohaeret, quod Pollioni Tralliano nomen Asinii inditum est; nam quod multi Trallianum libertum oratoris fuisse statuerunt, vix opus est monere neminem unquam libertum potuisse habere patroni cognomen. — De scriptis Tralliani, qui in hanc syllogem non cadit, disputarunt H. Peter Jahns Jahrbücher CXIX p. 422, Flach Rheinisches Museum XXXVI p. 316, Thouret Leipziger Studien I p. 324 sqq.

1026 C. ASINIVS POLLIO, consul a. 23 cum C. Antistio Vetere. *Nummi Sardiani in parte adversa exhibent* Δροῦσος καὶ Γερμανικὸς νεοὶ θεοὶ φιλάδελφοι, *in aversa* Γαίῳ Ἀσινίῳ Πολλίωνι ἀνθυπάτῳ, *in medio* κοινοῦ Ἀσίας *Eckhel VI p. 211, Mionnet IV p. 121, 688. 689 Suppl. VII p. 418, 465, Waddington, fastes p. 122.*

In consulatu: C. Asinius Pollio *Dio ind. l. 57, Plin. n. h. 33, 32, Frontin. de aquis 102 ex restitutione,* . . . . . llio *fasti Arval.;* C. Asinius *Tac. a. 4, 1, VI 10051. 29681, X 895, Cassiodor.; alibi* Pollio *fasti.*

C. f. *Dio ind. l. 57,* filius C. Asinii Galli, nepos C. Asinii Pollionis; praetor peregrinus a. 20 *fasti Arval.;* consul a. 23 *v. supra;* proconsul Asiae *sub imperatore Gaio nummi. — Vel ad hunc vel ad patrem pertinet t. CIA III 583* Γάιον Ἀσίνιον Γαίου υἱὸν στρατηγὸν ἀποδεδειγμένον. *Praeterea memoratus esse videtur in t. urbano VI 1353 ita mutilo, ut probabiliter restitui nequeat* . . . . [Xvirum stl. iu?]d q(uaestorem) Ti. Cae[saris] . . . . [frat]rem Drusi Caesaris . . . . .

1027 ASINIVS POLLIO VERRVCOSVS, consul a. 81 cum L. Flavio Silva Nonio Basso. — *In consulatu:* Asinius Pollio Verrucosus *VI 2059 acta Arval.*, Pollio Verucosus *VI 10243*, ...errucoso cos. *VI 1495, ceterum plerumque* (Silvano et Vero *Prosper*) Pollio *fasti.*

1028 C. ASINIVS PRAETEXTATVS, consul a. 242 cum C. Vettio Attico. *In consulatu:* C. Asinius Praetextatus *VI 2133, IX 3429,* Ἀσινίῳ Πραιτεξτάτῳ *t. Amorginus Bulletin de correspondance Hellénique 1891 p. 585, ceterum* Praetextatus *fasti.*

1029 C. ASIN(IVS) PROTIMVS QVADRATVS, ὑπατικός *memoratur in titulo C. Asinii (Nicomachi) Iuliani filii CIG 3866; unde apparet in t. Amorgino CIG 2264n II Addend. p. 1035, quem dedicarunt imperatori Antonino Severi filio* Γάιοι ..ινιοι Πρότειμος [Κο]υαδρᾶτος καὶ Ῥοῦφος [οἱ] κράτιστοι ἀδελφοί *non* [Λικ]ίνιοι, *quod proposuit Boeckh, sed* [Ἀσ]ίνιοι *supplendum esse.*

1030 A[si]n(ius?) Quad(ratus?) *(cogitari potest etiam de Asinia Quadratilla cf. n. 1045), nominatur in tegula Latina* a. 141 *X 8043, 36.*

1031 Asinius Quadratus *(duo nomina ponunt Euagrius historia eccles. 5, 24 et Agathias 1, 6, ceterum* Quadratus), rerum scriptor. Ἔγραψεν Ἰάδι διαλέκτῳ ἱστορίαν Ῥωμαικὴν ἐν βιβλίοις ιε', ἐπιγραφὴν δὲ Χιλιετηρίδα καὶ περιέχει ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας υἱοῦ Καίσαρος *Suidas s. v.* Κοδράτος. *Quem finem operis recte statuerit Suidas, an Quadratus opus usque ad millesimum annum urbis, qui vulgo computatus est (a. 248 p. C.), deduxerit dubium videtur.* Scripsit et Παρθικά, quorum liber nonus citatur *a Stephano Byzantio fr. 12. 13. 14 M.*; Quadratus belli Parthici scriptor *vit. Veri 8, 1,* Quadratus in historiis *vit. Avidii Cassii 1, 2. Fragmenta collegit Müller FHG. III p. 659 sqq.— Cf. n. 1032.*

1032 C. ASINIVS QVADRATVS, *publice ab Eleis t. Olympico honoratus Archäologische Zeitung XXXVIII (1880) p. 55 n. 342:* ἀνθύπατον *(Achaiae)*, ὕπατον ἀποδεδειγμένον, τειμήσαντα τὴν Ὀλυμπίαν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. *Ad rerum scriptorem rettulit Dittenberger verba extrema tituli inde interpretatus, quod historiographus (cf. n. 1031) Romam primo anno primae Olympiadis conditam fuisse statuisset idque fortasse in proœmio operis in honorem Olympiae vertisset, speciosa quidem, sed parum certa coniectura.*

1033 ASINIVS RVFVS, pater Asinii Bassi, socer Saturii Firmi, praetorius *(praetor aliquanto ante a. 107 cf. n. 1011)*, consularium propinquus, Plinii et Cornelii Taciti familiaris *Plin. epist. 4, 15.*

1034 C. ASINIVS RVFVS, C. Asinii Protimi Quadrati frater, ὁ κράτιστος *CIG II Add. 2264n cf. n. 1029.*

1035 L. Asinius Ruf[us?] *nominatur in fistula plumbea urbana Lanciani sylloge aquaria n. 170.*

1036 ASINIVS SABINIANVS, proconsul (Asiae) *memoratur in t. graeco Hierocaesareae reperto Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 98. Fortasse idem qui sequitur.*

1037 M. ASINIVS SABINIANVS, vir clarissimus imperatori Antonino (Severi filio) dedicavit a. 214 *t. VI 1067.*

1038 (ASINIVS) SALONINVS, filius C. Asinii Pollionis natus est post Salonas urbem captam *(a. 715 = 39),* unde pater Salonini cognomen ei dedit; puer mortuus est; in partum eius Vergilius ad patrem eclogam quartam scripsit *Servius ad Verg. ecl. 4, 1, Acro ad Horat. carm. 2, 1, 15.*

1039 ASINIVS SALONINVS, M. Agrippa et Pollione avis, fratre *(uterino)* Druso insignis, progener Tiberio destinatus obiit a. 22 *Tac. a. 3, 75. Filius C. Asinii Galli et Agrippinae.*

1040 C. ASINIVS TVCVRIANVS, proconsul (Sardiniae) *X 7516 t. Sulcitanus cf. Add. p. 995.*

1041 ASINIA AGRIPPINA, (Sex. Asinii) Celeris filia *memoratur in t. servi VI 9901;* Agrippi[na] *in t.* Asiniae Hos.... *libertae VI 9901b.*

1042 ...IA ASINIA [CLA]VDIA TIBERIA ...ATIA STATILIA PAVLLINA IVLIANA PHILIPPA *IGI 1423 = CIG 5905 t. urbanus. Feminam nobilem indicant nomina.*

1043 ASINIA CRISPINA, clarissima femina *VI 1354.*

1044 Asinia Marcell(a?) *vel* Marcell(ina?) *fortasse nominatur in tegulis urbanis XV 858, ubi impressum est* ASINIAF MARCELL *et 859, ubi est* AF MARCELLI; F *litteram errore positam esse pro* E *coniecit Marini, qui* 'Marcelli (uxor)' *interpretatus est;* Marcell(ae) *vel* Marcell(inae) *Mommsen.*

— SEXTIA ASINIA POLLA.

1045 Asinia Quadratilla *(nomina perscripta sunt n. 861,* Asinia Quadratill. *n. 863,* Asin. Quad. *n. 860) ut domina figlinarum nominatur in tegulis urbanis XV 860 (a. 141). 861 (a. 142). 863 (a. 150).*

— Antonia Tertulla Valeria Asinia Sabiniana.

1046 Aspasius, Ravennas, filius Demetriani, sophista aetate Philostrati, ab epistulis (graecis) *Severi Alexandri ut videtur;* προὔστη δὲ καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην θρόνου, νεάζων μὲν εὐδοκιμώτατος, γηράσκων δὲ ξὺν αἰτίᾳ τοῦ μὴ ἑτέρῳ ἀποστῆναι βούλεσθαι; Philostratus Lemnius *(id est Philostrati gener)* contra eum librum scripsit de conficiendis epistulis imperatoriis *Philostratus vit. soph. 2, 33.*

1047 ASPASIVS PATERNVS, proconsul Africae a. 257 *passio Cypriani p. CX Cyprian. III ed. Hartel; potest idem esse* Paternus consul II 268 *et* Paternus praefectus urbi a. 264—266 *Chronograph.*

1047a [ASPA?]SIA PATERNA, clarissima femina *(uxor C. Iulii Aspri cos. a. 212),* mater (C.) Iulii (Galerii) Aspri cos. *(a. 212) memoratur in t. Tusculano XIV 2515.*

— IVLIVS [AS]PER.
— C. IVLIVS ASPER.
— [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C ... CIVS.
— C. IVLIVS GALERIVS ASPER.
— Sulpicius Asper.
— CALPVRNIVS ASPRENAS.
— L. NONIVS ASPRENAS.
— P. NONIVS ASPRENAS.
— P. (Nonius) Asprenas.
— (NONIVS) TORQVATVS ASPRENAS.
— L. NONIVS TORQVATVS ASPRENAS.
— (P.? NONIVS) ASPRENAS CAESIANVS.
— (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS SERRANVS.
— (C.? NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS TORQVATVS.
— M. SALVIDENVS *ASPRENAS.
— Fulvius Asprianus.

1048 **Aspurgus, rex Bosporanus.** *Tituli: ipsi positus est t. Panticapaeensis Latyschev, Inscriptiones Ponti II n. 36 (1)* βασιλέα μέγαν Ἀσποῦργον φιλορώμαιον, τὸν ἐκ βασιλέως Ἀσανδρόχου, φιλοκαίσαρα καὶ φιλορώμαιον, βασιλεύοντα παντὸς Βοσπόρου, Θεοδοσίης καὶ Σινδῶν καὶ Μαιτῶν καὶ Ταρπείτων καὶ Τορετῶν Ψησῶν τε καὶ Τανα[ε]ιτῶν, ὑποτάξαντα Σκύθας καὶ Ταύρους; *memoratur in t. Phanagoriensi ibd. II n. 364 (2)* [β]ασιλεύοντος [βασ]ιλέως [Ἀ]σπούργο[υ] [φ]ιλορωμαίου ἔτους ΓΙΤ *(ubi prima littera haud certa est, cum tantum hasta superior in lapide cernatur) = a. 313 aerae Achaemenidarum = a. 16/17 p. C., et in t. Panticapaeensibus Cotyis filii ibd. II n. 37 (3) et n. 38 = CIG 2108 c d (4).*

Quamquam omnes qui t. 1 tractarunt, consentiunt (cf. Latyschev II p. XXXIX) ibi intellegendum esse filium Asandruchi, qui idem sit atque Asander, primum ὁ ἐκ βασιλέως Ἀσανδρόχου *non est* υἱός, *sed* ἔκγονος, *is qui originem duxit ab Asandrucho. Qui quare non possit alius rex esse ex numero eorum, qui post Polemonem I regnaverunt, equidem non video. Nam de nominibus et nummis regum Bosporanorum inde ab huius morte usque ad Polemonem II adhuc parum constat, cum nummi eius aetatis tantum monogrammatis inscripti sint, quae num recte soluta atque omnia ad Aspurgum referenda sint (cf. Latyschev II p. XLI) admodum dubium videtur. Temere autem omnino ea, quae Strabo 11 p. 495; 12 p. 556 de Aspurgianorum gente Maeotica refert, qui Polemonem I vicerunt et occiderunt, ita a Latyschevio p. XXXIX exponuntur, ut eam gentem nomen ab Aspurgo traxisse dicat, quippe quem, cum contra Polemonem bellaret regnum paternum repetiturus, auxiliis iuvarent.*

In titulo 1 cum in indicatione anni praeter ΓΙΤ *etiam cogitari potest fuisse* ΕΙΤ *vel* ΖΙΤ, *id est significari a. 313 vel 315 vel 317*

= *a. 16/17 vel 18/19 vel 20/21 p. C., circa eam aetatem Aspurgus regnavit. Agnitum esse a Romanis docent cognomina* φιλοκαῖσαρ καὶ φιλορώμαιος *t. 1.* Cotys filius *t. 3. 4 idem videtur, qui anno 49 regnum Bospori tenuisse* 'iuventa rudis' *dicitur Tac. a. 12, 15. Mithridates igitur frater Cotyis ibd. 12, 18 alter filius Aspurgi fuit.*

1049 *Assario, homo nobilis ab imperatore Claudio occisus *Seneca apocolocynt. 11 secundum lectionem vulgatam, at loco corrupto nomen proprium omnino non latere videtur.*

1050 ASTERIA, c(larissimae?) m(emoriae?) f(emina?) *X 4022 t. sepulcralis Campanus, ubi ab initio extant* 'C. M. F. Hic sita est Asteria infelicissima' *etc. Itaque solutio solita siglorum admodum dubia videtur.*

1051 Asterius. Divo Pantheo salvis Asteris L. Cassius Ingenuus v. s. l. m. *V 5523 t. in agro Mediolanensi repertus. Quamquam Asterius signum est Turciorum Apronianorum VI 1768. 1769, qui quarto saeculo floruerunt, tamen propter nomina eius, qui titulum dedicavit, de aetate anteriore cogitari potest.*

— Veturia Astilia.

— M. VLPIVS ASTIVS.

— C. Valerius Astraeus(?).

1052 ASTVRICVS, 'si magna Asturici cecidit domus, horrida mater, pullati proceres, differt vadimonia praetor' *Iuvenal. sat. 3, 211–212;* nobilis senatoris *schol.*

1053 ASTVRIVS, vir ordinis senatorii aetate Gallieni, Christianus *Eusebius hist. eccles. 7, 16. 17 cf. Acta Sanctorum Mart. I p. 223.*

— Maeonius Astyanax.

1054 Asudius Curianus, Pomponiae Gallae filius a matre exheredatus; Plinio legatum reliquit *Plin. epist. 5, 1.*

— *ASVELLIVS MARCIANVS *v.* Suellius.

1055 Asylus, puer formosus, frater geminus Hieri *Martial. 9, 103, 3. Cf. H 122.*

1056 Asylus, gladiator *Iuvenalis 6, 267 cum schol.*

1057 Atanius (*fortasse* Atinius) Secundus, eques Romanus, cum pro salute imperatoris Gai gladiatoriam operam promisisset, ferro dimicare coactus est *Dio 59, 8, eadem nomine omisso Sueton. Calig. 27.*

1058 P. Atatinus Flaccus, frater Q. Atatini Modesti *IX 3609.*

1059 Q. Atatinus Modestus, Q. f., tribu Quir., praefectus fabrum bis, tubicen sacrorum, flamen Romae, praefectus classis Moesicae, frater P. Atatini Flacci *IX 3609 t. Aveias.*

1060 Atedius Melior. *Nomen gentilicium extat in inscriptionibus carminum Statii silv. 2, 1. 3, alibi* Melior. — Amicus Statii et Martialis; Statius ei dedicavit l. II silvarum *silv. 2 praef.* et scripsit ad eum carmina *2, 1* (de morte Glauciae pueri delicati) et *2, 3. 4,* Martialis item in Glauciam epigrammata *6, 28. 29* et de pietate, qua Melior

memoriam Blaesi amici *(cf. Stat. silv. 2, 1, 191 sqq.)* coluit *8, 38. Ad lautas eius epulas alludit Martial. 2, 69, 7.*

1061 M. Ateius (Aletus *codex Mediceus, correxit Borghesi*), praetorius a. 17 in Asiam missus, qui urbes motu terrae conlapsas spectaret refoveretque *Tac. a. 2, 47.*

1062 C. ATEIVS CAPITO, consul suffectus cum C. Vibio Postumo ex kal. Iul. a. 758 = 5 p. C. *In consulatu:* C. Ateius Capito *fasti Capitol., VI 813, XII 2574;* C. Ateius *I 750. 751, XIV 2963 = I p. 474. — Apud scriptores praenomen non invenitur.*

L. f., L. n. *fasti Capitol.*, avo centurione Sullano, patre praetorio *Tac. a. 3, 75.* Consul a. 758 = 5 *v. supra, Pomponius Digest. 1, 2, 2, 47, Vlpianus Digest. 23, 2, 29;* consulatum ei adceleraverat Augustus *Tac. a. 3, 75;* curator aquarum inde ab a. 13 usque ad a. 22 *Frontin. de aquis 102;* a. 15 ei et L. Arruntio remedinm coercendi Tiberis mandatum est *Tac. a. 1, 76. 79;* obiit a. 22 *ibd. 3, 75.*

Iure consnltus clarissimus *Tac. a. 3, 70. 75, Gellius 10, 20, 2, Macrobius sat. 7, 13, 11;* comparatur cum Antistio Labeone *Tac. a. 3, 75, Pompon. Digest. 1, 2, 2, 47;* iudicium Atei de Labeone *Gellius 10, 12.* Hi duo primum veluti diversas sectas fecerunt; nam Capito in his, quae ei tradita fuerant, perseverabat, Labeo — — plurima innovare studuit; et ita Capitoni Masurius Sabinus successit, Labeoni Nerva *Pomponius l. l.* — Scripsit Coniectanea: liber octavus Coniectaneorum, qui inscriptus est 'de iudiciis publicis' *Gellius 4, 14, 1 cf. 10, 6, 4,* librum de officio senatoris, *qui videtur idem esse atque* liber nonus Coniectaneorum *Gellius 14, 7, 12; 14, 8, 2;* de pontificio iure *Gellius 4, 6, 10, Festus p. 154, Macrobius sat. 3, 10, 3;* epistulas *Gellius 13, 12, 1. 5. — Citatur passim apud Festum, Gellium, Macrobium, quinquies in Digestis, Frontin. de aquis 97, fortasse Plutarch. Quaest. Roman. p. 276 D (ubi* Τῆος *traditur);* auctor Plinii *ind. l. 3. 4. 14. 15. 18, citatur n. h. 14, 93; 18, 108. Fragmenta collegerunt Huschke, Iurisprudent. Anteiustinian. p. 115 sqq., ea quae ad ius civile spectant, Lenel, Palingenesia I p. 106.*

Humani divinique iuris sciens bonas artes adulatione dehonestavit *Tac. a. 3, 70,* narratiuncula de adulatione eius in Tiberium *Sueton. de grammat. 22, Dio 57, 17.* Iudicium de Ateio Philologo *Sueton. ibd. 10.* — Augustus ludos saeculares restituit τὸν θεσμὸν Ἀτηίου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου *Zosimus 2, 4 cf. Mommsen Ephem. ep. 8 p. 239.*

1063 C. Ateius Capito *nominatur in t. servi VI 9537. Potest esse iure consultus.*

1064 T. At(eius) Capito *nominatur in t.* familiae quadrigariae *eius VI 10076.*

1065 Ateius M......, amicus Dasumii *VI 10229 v. 27 in testamento eius.*

1066 Ateius Sanctus, orator, magister Commodi *vit. Commodi 1, 6.*

1066a Atestinus, causidicus *Martial. 3, 38, 5.*

1067 Athenaeus, Seleucia Ciliciae oriundus, philosophus Peripateticus, aequalis Strabonis propter amicitiam Murenae reus factus coniurationis in Augustum, sed absolutus paulo post *(a. 731 = 23)* periit *Strabo 14, 5, 4.*

1068 Athenaeus, sophista Naucratita *Ath. 3 p. 73 a; 7 p. 301 c; 11 p. 480 d,* Romae degit sub Commodo *Ath. 12 p. 537 f, ubi quae de Commodo Herculis personam agente dicuntur, post necem eius scripta sunt.* Ἀθήναιος Ναυκρατίτης, γραμματικός, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Μάρκου *Suidas, sed haec aperte sumpta sunt ex principio ipso Dipnosophistarum, quos Athenaeus colloquentes fingit in cena, quam exhibuit* (P. Livius) Larensis *(cf. L 207)* καθιστάμενος ἐπὶ τῶν ἱερῶν εἶναι καὶ θυσιῶν (= pontifex minor) ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μάρκου *Ath. 1 p. 2 c.*

Accuratior temporis definitio pendet a verbis Athenaei 15 p. 686 c de Vlpiano Tyrio: καὶ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ὥσπερ αὐτὸς αὑτοῦ σιωπὴν καταμαντευσάμενος ἀπέθανεν εὐτυχῶς, οὐδένα καιρὸν νόσῳ παραδούς, πολλὰ δὲ λυπήσας ἡμᾶς τοὺς ἑταίρους. *Quae verba Kaibel praef. Ath. p. V sqq. ratione recte exposita, qua omnino Athenaeus in personis convivii fingendis usus est, post Vlpiani iure consulti mortem (circa a. 228 occisi) scripta esse iure statuit. Quod autem post alios Dessau (cf. D 145) propter temporum rationes putavit Vlpianum Athenaei non posse non diversum esse a iure consulto, fortasse patrem, mihi in hac quoque re Athenaeus* ζήλῳ Πλατωνικῷ *Platonis vestigia legisse videtur. Ipse enim (Athen. 5 p. 217 c) non nesciit Platonem non semel (cf. Zeller, Ueber die Anachronismen in den platonischen Gesprächen, Abhandlungen der Berliner Akademie Phil.-Hist. Kl. 1873 p. 79 sqq.) peccare* παρὰ τοὺς χρόνους — — πάνυ ἐσκεμμένως *atque egit de Symposii temporibus, quod potissimum exemplar sibi elegerat. Neque audacior videtur Vlpianus in cenam aetate imperatoris M. Aurelii exhibitam inductus quam notissimus ille* διῳκισμός *Mantinaeorum apud Platonem Sympos. p. 193 a.*

Athenaeus antequam Dipnosophistas ederet, scripserat περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων *Ath. 5 p. 211 a* et περὶ θράττας *7 p. 329 c. Cf. Christ, Geschichte der griechischen Litteratur § 482[2].*

1069 Athenaeus, Gallienus eum et Cleodamum Byzantios instaurandis urbibus muniendisque contra Scythas praefecit *vit. Gallieni 13, 6.*

— CARMINIVS ATHENAGORAS.

— Flavius Athenagoras.

— MAR(CVS) FL(AVIVS) CARMINIVS ATHENAGORAS LIVIANVS.

1070 Athenais, amica et heres Arruntii medici, cui sestertia $\overline{CCC}$ reliquit. *Plin. n. h. 29, 8.*

— Claudia Athenais.

— MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.

— [Vibullia] Athenais.

1071 Athenodorus, Tarsensis, Sandonis filius, Posidonii discipulus, philosophus stoicus, amicus et magister Augusti *Strabo 14, 5, 14 p. 675, Euseb. arm. 2023 = Hieronym. 2024, Dio 56, 43 (fusius Zonar. 10, 38), Dio Chrysost. 33 p. 16 Dind., Plut. apophtheg. reg. p. 207 D, Aelian. var. h. 12, 25, Iulian. Caes. p. 326 A, Zosim. 1, 6.* Senex Tarsum reversus statum civitatis correxit ibique octoginta duos annos natus mortuus est *Strabo l. l., (Lucian.) Macrob. 21. 23,* Strabonis amicus *Strabo 16, 4, 21. De scriptis eius egit Müller Fragm. Hist. Graec. III p. 486.* Scripsit librum ad Octaviam Augusti sororem *(philosophicum an historicum incertum est) Plut. Poblicola 17.*

Alius philosophus aetatis imperatoriae intellegendus est is, cuius amorem in Xenonem fratrem praedicat Plut. de fraterno amore 11 p. 207 D, si accurate Plutarchus rem narraverit.

1072 Athenodorus, *magister vel comes Claudii memoratur in epistula Augusti Sueton. Claud. 4.*

— Claudius Athenodorus.

— SEPTIMIVS VABALLATHVS ATHENODORVS.

1073 Athenodotus, rhetor, magister Frontonis *Fronto ad M. Caesarem 1, 12 p. 73 N., Verum 1, 1 p. 115, epist. graec. 3 p. 244; idem videtur nominari apud Marcum* εἰς ἑαυτόν *1, 13.*

— M. Aurelius Atho Marcellus.

— Atidius *v.* Attidius.

— C. Aurelius Atilianus.

— P. CALPVRNIVS ATILIANVS ATTICVS.

— L. Villius Atilianus.

1074 Atilicinus, iure consultus, coaevus Proculi, qui ei respondit *Proculus Digest. 23, 4, 17; memoratur Vlpian. Digest. 10, 3, 6, 4; Paul. 12, 4, 7 pr.; Iulian. 45, 2, 17, Institut. 2, 14, Fragm. Vatican. 77.*

1075 Atilius, libertini generis, Fidenis amphitheatrum extruxit, quod primo multitudinis congressu corruit a. 27; propterea in exilium actus est *Tac. a. 4, 62–63.*

— Q. GLITIVS ATILIVS AGRICOLA.

1076 [M.] [A]tilius [A]tti[cus] *honoratus titulo Olympico Archäologische Zeitung 1878 p. 96 n. 156, ubi tantum apices litterarum servati sunt.*

1077 C. ATILIVS BARBARVS, consul (suffectus) cum L. Flavio Fimbria *a. 71 ut videtur CIG 5838 = IGI 760, ubi praecedunt* Caesar Domitianus et Valerius Festus consules *suffecti eiusdem anni;* L. Flavio Fim. C. Ati *I 773 in tessera gladiatoria.*

1078 M. ATILIVS BRADVA (Ἀττίλιον *tit.*), proconsul (Asiae) *publice honoratus t. Smyrnaeo* ἐπιμεληθέντος Μάρκου Αὐρηλίου Περπέρου τοῦ ἐπὶ τῶν ὅπλων στρατηγοῦ *CIG 3189. Dubito num sit consul a. 185, ut contendit Waddington, fastes p. 246, quippe huic nomina plena fuerint* Ti. Claudius Appius Atticus Bradua Regillus Atilius *(quamquam in*

altero titulo nominatur M. Atilius Atticus Bradua Regillus) *et nomen gentile* Claudii. *Neque ex nomine strategi concludere licet titulum non posse non posteriorem esse imperatore M. Antonino.*

— APP. ANNIVS ATILIVS BRADVA.

— M. APPIVS (ATILIVS?) BRADVA.

— TI. CLAVDIVS APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.

— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.

1079 Atilius Cognitus, Ἀτειλίῳ Κογνίτῳ κα[ὶ] .... [ἐπι]τρόποις τοῦ Κυρίου Καίσαρος .... a. 124 *t. Smyrnaeus* Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς Παρ. *I (1875) p. 91 n. 75;* procurator igitur Augusti.

1080 Atilius Crescens, e regione Transpadana, amicus Plinii *Plin. epist. 6, 8;* dicta eius *ibd. 1, 9, 8; 2, 14, 2.*

1081 C. ATILIVS ...... VS IVLIANVS CL(AVDIVS) R[VFI]NVS. *Titulus eius mutilus Antiatinus X 8291.* Cn. f.; [qua]est[or pr. pr. provinciae] Asiae, [trib. pl.], [sevir eq. Rom. turm]ae II, praef(ectus) [frumenti] dandi e[x s(enatus) c(onsulto)], cu[r(ator) viar. ......]iae, leg(atus) [leg(ionis) .. Ge]m(inae) p(iae) f(idelis), [praef(ectus) aerarii m]ilitar(is), praef(ectus) aerarii Sat[urni], pr(aetor) urb(anus), *cos. I suffectus anno incerto,* leg(atus) Aug. pr. p[r. provi]nciae Syriae et provinciae Cappad[ociae] et Armeniae maior(is) et minor(is) *(sub finem imperii Traiani cf. vit. Hadr. 21, 11),* donis militaribus donatus a divo Tra[iano] corona mur[ali] vallari navali h[astis puris IIII vexill]is IIII, proco(n)s(ul) provinciae Afr[ic]ae, co(n)s(ul) II *(suffectus anno incerto);* VII vir epul[on|um] *tit.*

Praetura in titulo, qui honorum ordinem inversum exhibet, ante praefecturas duas aerariorum posita est. Quod si recte factum esset, Atilium hunc praefecturis functum esse quaestorium statuendum esset. Quod cum parum credibile videatur, veri multo similius est praeturam in titulo errore locum mutasse. — Consulatui iterato qui locus tribuendus sit, ex titulo non apparet, cum more sollemni reliquis honoribus praemittatur cos. II.

1082 T. ATILIVS MAXIMVS, proconsul Asiae a. 146—147 *memoratur in epistula M. Aurelii Caesaris data V kal. April. a. 147 CIG 3176 t. Smyrnaeus.*

1083 M. ATILIVS METILIVS BRADVA, consul a. 108 cum App. Annio Trebonio Gallo. *In consulatu:* M. Atilius Metilius Bradna *VI 680;* M. Atilius Bradua *VI 29681;* M. At(ilius) *II 179, ceterum* Bradua *fasti. — Idem nominari mihi videtur in t. Corfiniensi IX 3152:* M. Atilius Bradua cos. et M'. Acilius Aviola cos. bonor(um) possessor(es) Sex. Cornelii Sex. f. Dolabellae Metiliani cos.

1084 T. ATILIVS RVFVS legatus Pannoniae a. 80 *III dipl. mil. 11;* 'Suriam — — vacuam tum *(a. 84)* morte Atilii Rufi consularis' *Tac.*

Agr. 40, mortuus igitur legatus Syriae. Consul suffectus anno incerto Vespasiani ut videtur.

1085 T. ATILIVS RVFVS TITIANVS, consul a. 127 cum M. Gavio Squilla Gallicano. *In consulatu: plena nomina extant Lebas-Waddington 1619;* T. Atil. Titia. (*sive* Tit.) *in tegulis XV 1430. 1431. 1432, ceterum* Titianus *fasti.* — T. Atilius Rufus Titianus *in fistula plumbea Antii reperta X 6688. Cf. n. 1091.*

1086 T. ATILIVS SABINVS, quaestor pro praetore L. Helvii Agrippae proconsulis Sardiniae mense Martio a. 69 *X 7852 t. Sardus.*

— L. ARRIVS ATILIVS SABINVS.

1087 Atilius Scaurus, amicus Plinii *Plin. epist. 6, 25.*

1088 Atilius Serranus *nominatur in t. servorum IX 3319 a t. Superaequanus, XIV 2735 t. Tusculanus.*

1089 ATILIVS SEVERVS et Aemilius Iuncus consules in exilium acti sunt *(a. 183) vita Commodi 4, 11; unde ratione habita et auctoris admodum neglegentis et aetatis, qua* viginti quinque consules in unum annum creati sunt *(vit. Commodi 6, 9), nequaquam concludere licet illos fuisse par consulum suffectorum, quod omnino falso a. 182 adscriptum est, sed Severum et Iuncum consulatum adeptos esse vel a. 183 vel antea. — Potest idem esse qui sequitur.*

1090 M. ATILIVS SEVERVS, T. f., cos. *(suffectus a. incerto)*, VII vir epulonum, patronus sodalium Herculanorum *Ephem. ep. 7 p. 384 t. suburbanus. Cf. n. 1089.*

1091 ATILIVS TITIANVS, sub Pio affectati imperii reus a senatu damnatus est; filium semper adiuvit Pius *vit. Pii 7, 3. Potest esse consul a. 127 cf. n. 1085. Dubium videtur utrum erraverit biographus Hadriani, cum scriberet vit. Hadr. 15, 1* (Hadrianus) Titianum ut conscium tyrannidis et argui passus est et proscribi, *an hoc loco alius Titianus intellegendus sit.*

1092 Atilius Vergilio, vexillarius cohortis praetoriae a. 69 *Tac. h. 1, 41, Plutarch. Galba 26.*

1093 M. Atilius Vernus, M. f., tribu Gal., a. 6 p. C. patronus cooptatus a civitate Bocchoritanorum ex insula Baliarum maiore *II 3695.*

1094 Atilius Verus, primus pilus legionis VII Galbianae a. 69 *Tac. h. 3, 22.*

1095 ATILIA BALBILLA, L. f., uxor M. Accennae Saturnini *XIV 3585.*

— APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA.

— APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.

1096 ATILIA RVFINA, clarissima femina *VI 1355. 1363.*

1097 Atimetus, Domitiae Neronis amitae libertus, accusationis falsae in Agrippinam a. 55 poenas dedit *Tac. a. 13, 19–22.*

— T. HATERIVS NEPOS ATINAS PROBVS PVBLICIVS MATENIANVS.

1098 T. ATINIVS TYRANVS, T. f., (tribu) Fabia, testis senatus consulti a. 715 = 39 a. C. *Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 227 SC. Panamarense.*

1099 Atinia. *Titulus eius urbanus sepulcralis versibus graecis conceptus IGI 1437 = CIG 6281, ubi dicitur* filia Pudentis et Pompeiae, uxor Rustici (ἡγεμονῆα), mater Pompei Pudentis. *Maritus quo munere functus sit, ex titulo non apparet; cogitari possit de militari quodam superiore veluti legati legionis vel rectius forsitan de praesidatu quodam provinciae.*

1100 ATRATINVS, consul a. 89 cum (Aurelio) Fulvo *fasti.*

— L. SEMPRONIVS ATRATINVS.

1101 Atrectus, bibliopola Martialis *Martial. 1, 117, 13.*

1102 Atrius, Plinius ad eum scripsit *epist. 9, 35.*

1103 Q. ATRIVS CLONIVS. *Tituli: ei positus est II 4111 Tarraconensis (1), memoratur VI 2004 (2). — Plena nomina exhibet t. 1, praenomen periit t. 2,* Atrius Clonius *Vlpianus Digest. 26, 10, 7, 2.*

Cooptatus *in collegium sacerdotum nescio quod* a. 200 *t. 2;* legatus Aug. pr. pr. provinciarum Thraciae, Cappadociae, Syriae maioris, Hispaniae citerioris *t. 1,* legatus Hispaniae certe sub Alexandro *ut apparet ex t. 1, quem dedicavit centurio quidam* legionis VII geminae piae fidelis Severianae Alexandrianae; rescriptum Severi et Antonini ad eum *Digest. l. l.*

1104 ATRIA GALLA, Domitii Sili uxor, cui C. Calpurnius Piso abduxit; superstes Pisoni a. 65 coniurationis in Neronem damnato *Tac. a. 15, 59.*

1105 ATRIA MOSCHARO (Atriae Moscharus *in fistula*), clarissima femina *in fistula plumbea urbana Bullettino comunale 1886 p. 103 n. 1157.*

— APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.

1106 *ATRONIANVS *III 3473 v.* [Hat]erius Latronianus *in Addendis.*

— M. IVLIVS SVRA MAGNVS ATTALIANVS.

1107 Attalus, 'Stoicus qui solum vertit a Seiano circumscriptus, magnae vir eloquentiae, ex his philosophis, quos vestra aetas vidit, longe et subtilissimus et facundissimus' *Seneca suasor. 2, 12;* magister Senecae philosophi, *memoratur a Seneca natural. quaest. 2, 48, 2; 2, 50, 1, epist. 9, 7; 63, 5–6; 67, 15; 72, 8; 81, 22; 108, 3. 13. 14. 23; 110, 14–20.*

1108 Attalus ab Arrio Antonino *(cf. n. 894)* proconsule Asiae damnatus *vit. Commodi 7, 1.*

1108a Attalus, (Antonii) Polemonis sophistae filius, pater Callistus, avus Hermocratis sophistae *Philostrat. vit. sophist. 2, 25.*

1109 Attalus, rex Germanorum *Victor Caes. 33, 6* (Marcomanorum *Epitom. 33, 1 nomine omisso*), pater Pipae (Piparae *vit. Gallieni 21, 3*) concubinae Gallieni.

— CLAVDIVS ATTALVS.

— L. CLAVDIVS ATTALVS.

— TI. CLAVDIVS ATTALVS.

— CAELIVS ATTIANVS.

— MAXIMIVS ATTIANVS.

— NONIVS ATTIANVS.

— TIB. CLAVDIA EVPATORIS MANDANE ATTICILLA.
— Montanius Atticinus.
1110 Atticus, amicus Ovidii, qui scripsit ad eum *amor. 1, 9, ex Ponto 2, 4. 7.*
1111 Atticus, Augusti libertus, a rationibus, maritus Claudiae Atticae *X 6640 t. Antiatinus positus a. 85.*
1112 Atticus, ad quem scripsit Martialis epigrammata *7, 32; 9, 99;* 'facundae renovas qui nomina gentis nec sinis ingentem conticuisse domum' *7, 32, 1–2.*
1112a Atticus eximie si cenat, lautus videtur *Iuvenal. 11, 1, ubi Atticus ut homo praedives memoratur. De Ti. Claudio Attico patre Herodis Attici cogitavit Borghesi opp. V p. 532.*
1113 A. Atticus, praefectus cohortis sub Cn. Iulio Agricola in Britannia occisus *Tac. Agricola 37.*
1114 T. ATTICVS STRABO ROMVLVS, clarissimus puer *XI 3882 t. Capenas.*
1115 .... IVS ATTICVS, *in versu ultimo fragmenti Lanuvini XIV 2103 superest* .. IO ATTICO; *consules anni incerti nominati fuisse videntur.*
— Antonius Atticus.
— [M.] [A]tilius [A]tti[cus].
— C. Baebius Atticus.
— Q. Caecilius Atticus.
— P. CALPVRNIVS ATILIANVS ATTICVS.
— TI. CLAVDIVS ATTICVS.
— TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES.
— TI. CL(AVDIVS) APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.
— Curtius Atticus.
— C. FVFIDIVS ATTICVS.
— C. Fufidius Atticus.
— Iulius Atticus.
— M. Iulius Atticus.
— M. (IVLIVS) VESTINVS ATTICVS.
— Licinius Atticus.
— C. NERATIVS FVFIDIVS ATTICVS.
— TORQVATVS NOVELLIVS ATTICVS.
— NVMERIVS ATTICVS.
— C. QVINTIVS ATTICVS.
— (M. QVINTIVS) ATTICVS.
— M. SOLLIVS ATTICVS.
— ... NIVS TINEIVS TARRVT(ENIVS) ATTICVS.
— C. VETTIVS GRATVS ATTICVS SABINIANVS.
— P. Vibidius Atticus.
— Vipsanius Atticus.
1116 ATTIDIVS CORNELIANVS *memoratur in t. graeco Geraseno CIG 4661 cf. Add. III p. 1183 (1) et in t. prope Damascum reperto III 129 = corr. III S. 6658 (2). — Plena nomina exhibet t. 2,* [ἐπὶ Ἀττιδίου

K]ορνηλι[ανοῦ] *t. 1.* Legatus Syriae a. 160 *t. 1* a. 162 *t. 2*, a Parthis fugatus (sub initium imperii Marci et Veri) *vit. Marci 8, 6.*

1117 L. ATTIDIVS CORNELIANVS cooptatus *in collegium sacerdotum nescio quod* a. 190, vita functus a. 198 *VI 2004. De filio legati Syriae, qui praecedit, quam de legato ipso propter temporum rationes cogitare malim.*

1118 ATIDIVS GEMINVS, proconsul Achaiae *(aetate Augusti ut videtur) Tac. a. 4, 43.*

1119 ATTIDIVS PRAETEXTATVS *memorari videtur in fragmento tituli Althiburitani VIII S. 16474, quem qui ediderunt sic fere supplendum esse censent* ... [coniugi ... Atidii ....] M. f. co(n)s(ularis), Atidii Praetextatu[s et ..... filii pi]issimae ac sanctissimae [matri fecerunt]. *At haereo in eo quod neque probabile est maritum cognomine caruisse neque post id positum esse* M. f.

1120 ATTIDIVS TVSCVS *honoratus titulo Ephesino Wood, discoveries inscriptions from the site of the temple of Diana n. 14, Ancient Greek inscriptions III p. 189 n. 540:* Ἀττίδιον Τοῦσκον πραίτορα καὶ πρεσβευτὴν — —, ΙΟΥΣΚΟΝ *in lapide esse confirmat Hicks, qui aut* Φοῦσκον *aut* Τοῦσκον *scribendum esse adnotavit. Tusci cognomen confirmatur t. urbano Ephem. ep. 4 p. 287 n. 827 posito* M. Num[mio] .. Attidio ... Tusco, *qui vel idem est vel certe parentela cum hoc coniunctus. — In t. Ephesino minus accurate significatur* legatus pro praetore (proconsulis Asiae).

— M. NVM[MIVS] ... ATTIDI[VS] ... TVSCVS.

1121 Attitianus, actuarius (M. Piavonium) Victorinum imperatorem, qui coniugem eius stupraverat, occidit *Victor Caes. 33, 12–13; eadem nomine omisso refert vit. trig. tyr. 6, 3.*

1122 Attius, centurio a. 33 *Tac. a. 6, 24.*

1123 P. ATTIVS, P. f., (tribu) Κ[ουρ]ίνα *vel* Κ[ολλ]ίνα, testis senatus consulti a. 739 = 15 *Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 226 SC. Panamarense.*

1124 C. Attius Alcimus Felicianus. *Tituli: Africani duo VIII 822 cf. S. 12345 ex novo exemplo editus Bulletin archéologique du comité des travaux historiques 1893 p. 209 (1) et (2) ibd. p. 214; Lugdunensis Allmer et Dissard, Musée de Lyon I p. 188 (3). Cursum munerum et plena nomina exhibent t. 1. 2, in t. 1 praemissum est signum, cuius incerta vestigia extant,* Attius Alcimus *t. 3.* Vir egregius *t. 3,* perfectissimus *t. 1. 2.*

Advocatus fisci provinciarum undecim, procurator alimentorum per Transpadum Histriam Liburniam, procurator per Flaminiam Vmbriam Picenum, item vice procuratoris quadragesimae Galliarum *t. 1,* procurator privatae per Salariam Tiburtinam Valeriam Tusciam, procurator annonae provinciae Narbonensis, procurator ferrariarum *(hoc unum manus memoratur in t. 3),* procurator sacrae monetae, procurator

hereditatium Romae, curator operis amphitheatri (? *t. 2, in t. 1* operis theatri), magister summarum rationum, magister summae privatae, vice praefecti vigilum, praefectus annonae *t. 1. 2;* vice praef. praetorio *t. 1 (in t. 2, ubi munera inverso ordine recensentur, post* praef. annonae *positum est* praef. praet. *errore ut videtur).* Patronus et civis *civitatis nescio cuius Africanae t. 1. — T. 3 dedicavit quidam* b(ene)-f(iciarius) leg. leg I M(inerviae) ////////; *erasum esse* Alexandrianae *et titulum pertinere ad aetatem Severi Alexandri coniecit Allmer l. l.*

1125 Attius Clemens, ad quem Plinius scripsit *epist. 1, 10; 4, 2.*

1126 M. Attius Cornelianus, praefectus praetorio, eminentissimus vir, civis et patronus coloniae Marianae Augustae Alexandrianae Vchitanorum Maiorum *VIII S. 15454 t. Vchitanus. Praefectus praetorio non ante Alexandrum.*

1127 P. ATTIVS DECIANVS FELIX MATVTINVS, clarissimus vir *in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria n. 490.*

1128 TI. ATTIVS IVLIANVS. T[i.] [f.], tribu Quir., Xvir stlitibus iudicandis, sevir equitum Romanorum, tribunus militum legionis X Geminae *IX 4193 t. Amiterninus publice positus;* Attia Q. f. Pia, Iuliani (uxor) *IX 4456 t. Amiterninus.*

— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.

1128a Attius Labeo, poeta. 'Ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem praetulerint' *Persius 1, 4. 5;* 'non hic est Ilias Atti ebria veratro' *ibd. 49. 50;* poeta indoctus illorum temporum, qui Iliadem et Odysseam verbum ex verbo transtulit *schol. ad l. l.*

— Q. LICINIVS MODESTINVS ATTIVS LABEO.

1129 ATTIVS LACO. *Nummi Bithynici: I) Nicaeae a) in parte adversa cum capite iuvenili Neronis Augusti et inscriptione nominis, in aversa* ἐπὶ Ἀττίου Λάκωνος ἀνθυπάτου Νεικαιέων *museum Gothanum, Mionnet II p. 451, 214 Suppl. V p. 82, 417, Bulletin de correspondance Hellénique II p. 508; b) eadem aversa, in adversa cum capitibus Neronis et Agrippinae atque inscriptione* Νέρων Καῖσαρ Σεβαστός, Ἀγριππῖνα Σεβαστή *collectio Imhoof, Catalogue of the Greek coins, Pontus etc. p. 154 n. 15, Mionnet II p. 467, 307. II) Heracleae in adversa* Ἡρακλεωτᾶν, *in aversa* ἐπὶ Ἀττίου Λάκωνος ἀνθυπάτου *collectio Imhoof cf. Zeitschrift für Numismatik VII p. 23 n. 6.*

Proconsul Bithyniae sub initium imperii Neronis, *a. 55 ut videtur ex nummis Ib.*

1130 L. ATTIVS MACRO *ante consulatum dedicavit titulum II 5083 (1) Legionensem, post consulatum titulum III 4356 = III S. 11077 (2) Brigetionensem; memoratur in dipl. mil. III 35 = X 7855 (3) et III S. dipl. mil. L (4).*

Plena nomina exhibent t. omnes, nisi quod in t. 3. 4 extrinsecus casu sexto falso scriptum est Macro *pro Macrone.* — Legatus Augusti

(legionis VII Geminae Fidelis) *t. 1;* consul (suff.) XVII k. Oct. a. 134 cum P. Licinio Pansa *t. 3,* XVII k. Nov. *t. 4;* legatus Augusti (pr. pr.) Pannoniae superioris *t. 2.*

1131 Attius Priscus, pictor Romae aetate Vespasiani *Plin. n. h. 35, 120.*

1132 P. ATTIVS PVDENS RVFINVS CELSIANVS, maritus Claudiae Mariae Maximae Martiae Secundae clarissimae feminae *VI 1379; idem vel pater videtur* P. Attius Pudens c. v. *in fistula plumbea urbana Bullettino comunale 1886 p. 103 n. 1153.*

1133 ATTIVS RVFINVS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi *VI 2010.*

1134 (Attius) Suburanus (Suberinus *vel* Subberimus *traditur,* Suburanus *scribendum videtur*), propinquus Attiae Viriolae hereditatem patris eius petiit ipse a patre exheredatus *Plin. epist. 6, 33. Filium fratris Sex. Attii Suburani putat Mommsen in indice.*

1134a M. Attius Suburanus, M. f. *VI 12748.*

1135 SEX. ATTIVS SVBVRANVS, consul (suff.) I VIII k. April. a. 101 cum Q. Articuleio Paeto, consul II a. 104 cum M. Asinio Marcello. *In consulatu primo:* Sex. A[tti]us Suburanus *VI 2074 acta Arvalium; in altero* Σέξτῳ Ἀττίῳ Σουβουρανῷ *Wood, discoveries at Ephesus, inscriptions from the great theatre n. 1 col. 6, 74,* Ἀττικὸς Σουβουρανός *acta Ignatii c. 1, ceterum* Suburanus (*vel* Suranus) *fasti.*

Idem videtur Suburanus iudex datus ab imperatore *Plin. ep. 7, 6, 10. 11. Sed veri non simile mihi videtur hunc hominem senatorii ordinis eundem esse atque* Saburanum (*sic traditur, fuit sine dubio* (Attius) Suburanus), quem Traianus sub initium imperii praefectum praetorio fecit *Victor Caes. 13 (cf. Dio 68, 16, Zonar. 11, 21), ut posuit Mommsen in indice Pliniano. Statuendum enim esset hominem praeterea plane ignotum obtinuisse locum, qualem ante saeculum III obtinuerunt Seianus et Titus filius Vespasiani. Item diversus est pater Attiae Viriolae Plin. epist. 6, 33, quippe qui circa a. 106/107* octogenarius *obierit.*

1136 ATTIA CERVIDIA VESTINA, uxor L. Fulvii Gavii Numisii Petronii Aemiliani *VI 1422.*

1137 ATTIA PIA, Q. f., (Ti. Attii) Iuliani (uxor) *IX 4456 t. Amiternimus publice positus.*

1138 ATTIA VIRIOLA, femina splendide nata, nupta praetorio viro, ab octogenario patre exheredata, cuius causam Plinius iudicio centumvirali egit *Plin. epist. 6, 33.*

1139 [M.] At[t]onius [Ru]finus (VATIONIVS *traditur*), procurator Pannoniae superioris *III 4031 t. Poetovionensis.*

1140 ATVLENVS RVFINVS, quindecimvir sacris faciundis a. 204 *acta saecularia I 50, II 9. 12.*

1141 AV....., quindecimvir sacris faciundis anno 204 *acta saecularia.*

— ...IMVS NVMERIVS AV...

— L. RVPILIVS AV....

1142 C. *AVCID[IVS] VICTORINVS, consul (suffectus) mense Maio a. 155 cum M. Gavio ...... *VI 2086 acta Arvalium. — Aucidiae gentis nullum, quod sciam, praeterea certum exemplum innotuit; nam in t. IX 948* L. Mummii Nigri Quinti Valerii Vegeti Severini Caucidii Tertulli *et III 6183* P. Vigellii Rai Plarii Saturnini Atilii Braduani Caucidii Tertulli *legendum est* Caucidius, *non C. Aucidius, cum homo posterior sine dubio parentela coniunctus fuerit cum Appia Annia Regilla Atilia Caucidia Tertulla. Itaque dubitari vix potest, quin in actis Arvalium, ubi litterae quae feruntur* AVCID .... *fractura tabulae mutilatae sunt, re vera scriptum sit* AVFID[IVS], *ita ut primus consulatus C. Aufidii Victorini cos. II a. 183 significetur.*

— L. Cocceius Auctus.

— Pompeius Auctus.

1143 L. Audasius, falsarum tabularum reus neque aetate neque corpore integer cum Epicado in Augustum sub finem imperii eius conspiravit; Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus destinaverant *Sueton. August. 19.*

1144 AVDIVS BASSVS *memoratur in titulo bilingui Cyprio III 218 = Lebas-Waddington 2806;* per Audioum Bassoum *latine*, Ὀδίου Βάσσου *graece;* proconsul Cypri sub finem a. 198 *cf. adnotationem Waddingtonii.*

1145 Avectius, 'bellum adversus transrhenanas gentes a (Ti. Claudio) Druso *(a. 742 = 12 et sqq.)* gestum — — in quo inter primores pugnaverunt *Chumstinctus et Avectius tribuni ex civitate Nerviorum' *Livius periocha l. 141.*

1146 Aufidienus Rufus, diu manipularis, dein centurio, mox castris praefectus a. 14 p. C. *Tac. ann. 1, 20.*

1147 Aufidius Bassus, (M.) Servilium Nonianum *(consulem a. 35, mortuum a. 59)* paulum aetate praecedens *Quintilian. inst. 10, 1, 103;* semper infirmi corporis senex subito defecit *Seneca epist. 30 (scripta circa a. 60).* Rerum scriptor; auctoritatem historiae egregie, utique in libris belli Germanici, praestitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor *Quintilian. l. l.; verba eius de morte Ciceronis afferuntur a Seneca suasor. 6, 18. 23; praeterea citatur Plin. n. h. 6, 27, Cassiodor. chron. p. 161 (Chron. min. II ed. Mommsen) cf. p. 112; memoratur Tac. dial. 23.* Plinius scripsit historias a fine Aufidii Bassi *Plin. n. h. praefat. 20, Plin. epist. 3, 5, 6.*

1148 Aufidius Chius, 'acrior hoc *(describitur procurator quidam mulieris, qui res uxoris, immo mariti agit)* Chius non erit Aufidius' *Martial. 5, 61, 10;* notior Aufidio moechus *Iuvenal. 9, 25, ubi idem significari videtur;* (de usu fructu) Atilicinum respondisse Aufidius Chius refert *fragmenta Vaticana 77.*

1149 AVFIDIVS CORESNIVS MARCELLVS. *Tituli: publice honoratus Pisidiensi CIG 4379 d (1), Sagalassensi Lanckoroński, Städte Pamphyliens und Pisidiens II p. 227 n. 209 (2), memoratur in t. Bonnensi Brambach, Inscript. Rhenanae 464 (3).*

Plena nomina exhibet t. 1, Aufidius Coresnius *t. 3,* Coresnius Marcellus *t. 2. — Oriundus videtur ex civitate Sagalasso, quae honorat eum ut* τὸν ἴδιον βουλευτὴν καὶ εὐεργέτην. Legatus legionis I Minerviae Severianae Piae fidelis a. 222 *t. 3.* Legatus pro praetore *(Galatiae ut videtur) t. 1. 2.*

1150 M. AVFIDIVS FRONTO, consul a. 199 cum P. Cornelio Anullino. *Titulum posuit Pisauri filio Orelli 1176. In consulatu:* M. Aufidius Fronto *VI 2270,* M. Aufidi ...... *VI 1982. 1983,* Aufid. Fronto *VI 1352, ceterum* Fronto *fasti. —* Fronto *tit.,* Aufidius Fronto *Dio.*

Filius (M.) Aufidii Victorini II consulis *(cos. II a. 183),* nepos (per matrem) M. Cornelii Frontonis oratoris consulis *(a. 143) tit.* 'Iste sive Victorinus noster sive Fronto' — —, 'Fronto iste' — — *Fronto de nepote infantulo ad amic. 1, 12 cf. de nepote amisso p. 234 N.* Consul a. 199 *fasti, tit.* Imperator Macrinus a. 217 ei, cum Africam provinciam sortitus esset, neque Africam concessit nequo Asiam καίτοι μεταθεὶς αὐτὸν ἐκεῖσε, sed donum obtulit; quod Fronto repudiavit καὶ διὰ τοῦθ' ὕστερον [παρὰ τοῦ Σαρ]δαναπάλλου [τὸ ἔθνος ἀ]πέλαβεν *Dio 78, 22; proconsul ergo Asiae ut videtur sub Elagabalo. —* Filius M. Aufidius Fronto *tit.*

1151 M. AVFIDIVS FRONTO, (M. Aufidii) Frontonis cos. *(a. 199)* filius, Aufidii Victorini bis cos. *(cos. II a. 183)* nepos, M. Cornelii Frontonis cos. *(a. 143)* pronepos *Orelli 1176 t. Pisaurensis.*

1152 AVF(IDIVS) GALL(VS), leg(atus) (Dalmatiae?) *III S. 8663 (= III 3157) t. Salonitanus certae lectionis, sed a lapicida ipso ut videtur corruptus.*

1153 Aufidius Herennianus, cui divi fratres rescripserunt de iis, qui ad honores municipales sunt invitandi aut ab iis arcendi *Vlpianus libro quarto de officio proconsulis Digest. 50, 4, 6, 1. Praeses aliquis sub Marco et Vero fuisse videtur.— Cogitari potest de L. Alfidio Herenniano (A 383).*

— P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS [H]OENIVS SEVERIANVS.

1154 Aufidius Iulianus, procurator Augustorum *honoratus titulis Ancyranis CIG 4037. 4038. Quod titulum alterum dedicavit Maximinus quidam libertus Augustorum, Franz titulum non ante Diocletianum et Maximianum dedicatum esse prorsus perperam statuit.*

1155 C. AVFIDIVS MARCELLVS, consul II a. 226 cum imperatore Alexandro Severo. *Memoratur in titulo bilingui Thyatireno III S. 7195.—*

In consulatu: C. Aufidius Marcellus *III S. dipl. mil. LXXXVI,* L. Aufidius Marcellus *Henzen 6652;* Aufidius Marcellus *III S. 8173. ceterum* Marcellus *fasti. —* Aufidius Marcellus *tit.*

Consul I *suffectus anno incerto;* proconsul (Asiae) a. 221 *tit.;* consul II a. 226 *v. supra.*

1156 Aufidius Modestus, grammaticus citatur a *Philargyro ad Vergilii Georg. 2, 497; 3, 53. Eundem intellegit Martial. 10, 21, 1* 'scribere te, quae vix intellegat ipse Modestus, et vix Claranus, quid rogo, Crispe, iuvat?' *cf. v. 5–6* 'mea carmina, Crispe, grammaticis placeant et sine grammaticis'. *Potest idem esse qui sequitur.*

1157 Aufidius Modestus, dictum eius in Quietum *(cf. A 1172)* aequalem Plutarchi *Plutarch. quaestion. convival 2, 1, 5, 2 (unde eandem rem Modesti nomine non allato refert Macrobius sat. 7, 3, 15). Cf. n. 1156.*

1158 [C.?] Aufidiu[s] Pant[h]era *(in lapide* Pantera, *praenominis incerta vestigia extant),* praefectus classis Britannicae *VII 18 t. Britannicus.* — L. Aufidius Panthera, Sassina, praefectus alae I Vlpiae contariorum miliariae a. 133 *memoratur III S. dipl. mil. XLVII.*

1159 AVFIDIVS SEVERIANVS. 'Observare autem proconsulem oportet, ne in hospitiis praebendis oneret provinciam, ut imperator noster cum patre Aufidio Severiano rescripsit' *Vlpianus Digest. 1, 16, 4 pr. Proconsul provinciae nescio cuius sub Severo et Antonino.*

— L. Arrius Plarianus Aufidius Turbo.

1160 C. AVFIDIVS VICTORINVS, cos. II a. 183 cum Commodo Augusto IV. *Memoratur in titulo Pisaurensi nepotis Orelli 1176. In consulatu:* C. Aufidius Victorinus *VI 2099,* [C.] Aufidius Victorinus *VI 3741,* Aufidius Victorinus *Bullettino comunale VI (1878) 263 n. 131, ceterum* Victorinus *fasti.* — C. Aufidius *Fronto ad M. Caesarem 4, 13 p. 75 N.,* Aufidius Victorinus *tit., Fronto in inscriptionibus epistularum ad eum datarum ad amic. 1, 7. (12. 13. 14 in indice epistularum), vit. Marci, Digesta;* Victorinus *Dio 72, 11;* Aufidius *vel* Victorinus *passim apud Frontonem.*

Ex Vmbria oriundus *cf. Front. ad M. Caesarem 4, 13* 'C. Aufidius — — negat se hominem iustiorem ex Vmbria ullum alium Romam venisse', *probabiliter Pisaurensis cf. tit. nepotis.* Senatorii ordinis, condiscipulus et amicus M. Aurelii *vit. Marci 3, 8 cf. Front. ad M. Caesarem 1, 8 p. 24 N. Consul I suffectus regnante Pio vel sub initium imperii Marci fortasse a. 155 cf. A 1142.* Legatus Germaniae (superioris) *Dio 72, 11; (anno fere 162)* contra Chattos, qui in Germaniam ac Raetiam irruperant, missus est *vit. Marci 8, 8; ad eam legationem spectare videtur epistula Frontonis ad amic. 1, 7.* Proconsul Africae *Dio 72, 11;* consul II a. 183 *v. supra,* bis consul *tit.;* praefectus urbi *tit.;* obiit anno fere 185 *Dio l. l. Praefecturam quo anno adeptus sit, Dio non narrat; secundum usum illius aetatis veri simile est adeptum esse eodem tempore atque consulatum alterum vel paulo ante; tempus mortis inde efficitur, quod eum eodem fere tempore atque Perennem vel paulo ante defunctum esse ex Dione apparet.* — Constitutio divorum Marci et Commodi *(sic in codice Iustiniano,* divi Marci *in Digestis)*

ad eum *(intra a. 177/181 probabiliter ad proconsulem Africae data) Digest. 4, 4, 11, 1; 26, 4, 3, 2; 40, 1, 20 pr., cod. Iustinian. 4, 57, 2.*

Fronto (Gratiam) filiam ei despondit *Fronto ad amic. 2, 10;* gener Frontonis *passim ibd.;* filius Victorini, nepos Frontonis, trimulus in Germania mortuus *Fronto p. 137. 138. 234. 236;* alter filius 'sive Victorinus sive Fronto' *ibd. p. 181* apud Frontonem avum infans educatus *p. 102. 106. 111. 182 videtur M. Aufidius Fronto consul a. 199, tertius C. Aufidius Victorinus qui sequitur*

1161 C. AVFIDIVS VICTORINVS, consul a. 200 cum Ti. Claudio Proculo Basso. *In consulatu:* C. Aufidius Victorinus *VI 1054. 1991. 2004, XIV 252, III S. 8237;* Aufidius Victorinus *Ephem. ep. 4, 890; ceterum* Victorinus *fasti. Cf. n. 1160.*

— Petronius Aufidius Victorinus iun(ior).

1161a Aufidia Cornelia Valentilla *memoratur in fistula plumbea urbana Notizie degli scavi 1887 p. 108. Femina nobilis videtur.*

— C. Cominius Aufillanus Minicianus.

— [A]RRIVS AVGVR.

— L. CALPVRNIVS PISO AVGVR.

— CN. CORNELIVS LENTVLVS AVGVR.

— Iulia Rufilla Augurina.

1162 AVGVRINVS. *Nummi Cretenses in adversa caput C. Caesaris cum inscriptione* Γάιον Καίσ(αρα) Γερμανικὸν Σεβαστόν *exhibent, in aversa a) Gortynae* Γερμανικὸν Καίσαρα ἐπὶ Αὐγουρείνῳ Γορτ. *Catalogue of the Greek coins of Creta etc. p. 47 n. 80–83; b) Hieropytnae* Ἱεροπυτνίων ἐπὶ Αὐγουρ. *collectio Imhoof-Blumer; c) Polyrhenii* ἐπὶ Αὐγουρίνῳ Πολ. *Catalogue p. 69 n. 23; d) Lasi* ἐπὶ Αὐγουρείνου Λατί(ων) *Numismatic Chronicle 1891 p. 178. Iidem vel similes male descripti apud Mionnet S. II p. 282, 200; 295, 291, IV p. 323, 184. 185.*

Proconsul Cretae (Cyrenarum) sub C. Caesare *nummi.*

1163 Augurinus, eodem fere tempore atque Claudius imperator mortuus *Seneca apocolocynt. 3, qui eum (certe ut hominem stultissimum quendam) cum Baba morione Claudio moribundo comitem dat.*

— Q. GELLIVS SENTIVS AVGVRINVS.

— Iulius Augurinus.

— T. MVSTIVS HOSTILIVS FABRICIVS MEDVLLA AVGVRINVS.

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.

— SENTIVS AVGVRINVS.

— C. SERIVS AVGVRINVS.

— CN. SERIVS OPPIANICVS AVGVRINV[S].

— Claudius Augustalis.

— Tib. Claudius Augustanus.

— .....CIVS DEXTER AVGVS[TANVS ALPIN]VS BELLICIVS SOLLERS METILIVS .....VS RVTILIANVS.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.
— Augustianus Bellicus *v.* Bellicius.

1164 Avianus Bellicus, procurator *memoratur in titulo Moesiae inferioris, quem dedicavit* vilicus vectigalis Illyrici a. 182 *III 752 cf. Additamenta p. 992.*

1165 AVIDIVS CASSIVS *memoratur in titulis graecis repertis in Batanaea et Trachonitide Lebas-Waddington 2525 (1). 2237 (2). 2438 (3). 2528 (4). 2331 (5). 2212 (6); t. 1 positus est Marco et Vero Augustis ante a. 169; t. 2. 3 indicant nonum Marci annum (cf. Waddington ad t. 2212), ad eundem pertinere videtur t. 4; t. 5 decimum, t. 6 undecimum annum. Nomina Avidii leviter erasa sunt, ita ut facile legantur in t. 1. 3. 5. 6. Memoratur praeterea in dipl. mil. III 47 (7). — Vita Avidii Cassii Vulcacii Gallicani quae fertur, praeter ea, quae ex eodem fonte atque in vita Marci c. 24, 5–26 hausta sunt, futilia rhetoris cuiusdam commenta continet neque respicienda sunt, quae ibi de rebus Avidii ante legationem Syriacam gestis mythistoricus ille fabulatur, cf. quae exposui Rheinisches Museum XLIII (1888) p. 321 sqq.*

Avidius Cassius *t. 1–6*, [Av]idius Cassius *t. 7;* Avidius Cassius *sive* Cassius *apud scriptores.*

Natione Syrus, ex Cyrrho oriundus, filius (C. Avidii) Heliodori *Dio 71, 22, vit. Marci 25, 12.* Rescriptum imperatoris Antonini ad eum *Digest. 2, 14, 60, unde sub Pio praetorius provinciae nescio cui praefuisse videtur.* Consul *(suffectus intra a. 161/164) diploma.* Anno fere 164 legatus Syriae factus *vit. Avidii 5. 6;* legatus ante a. 169 *t. 1,* intra a. 169/171 *t. 2–5.* Res ab eo contra Parthos gestae (a. 164/165) *vit. Veri 7, Dio 71, 2 (Zonaras 12, 2).* Post bellum Parthicum confectum *(id quod ex Dionis contextu satis apparet)* Marcus τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπιτροπεύειν ἐκέλευσεν *Dio 71, 3, Philostratus vit. soph. 1, 13* ὁ τὴν ἑῴαν ἐπιτροπεύων, *id est imperium ei maius per orientem dedit, quale aliquando habuerat Domitius Corbulo;* in Aegypto Bucolicos oppressit *vit. Marci 21, 2 = vit. Avidii 6, 7, Dio 71, 4.* Bellum in Armenia *(cf. Dio 71, 25)* et in Arabia gessit *vit. Avidii 6, 5.* Anno 175 cum Marcus in Illyrico ageret, in Syria Cassius imperium sumpsit et Alexandrea ad eum defecit *vit. Marci 24–26, Avidii 7 sqq., (Vict.) Epitome 16, 11, Dio 71, 17. 22–28, Ammian. Marc. 21, 16, 11. Agnitum esse in Aegypto apparet ex inscriptione ostraci* (ἔτους) α' Γαίου [Ἀουιδίου Κ]ασσίου Καίσαρος τοῦ κ[υρίου] *Wilcken, Ostraca n. 939.* Per senatum hostis est iudicatus bonaque eius proscripta *vit. Marci 24, 9.* Dum Marcus relicto Sarmatico Marcomanicoque bello in orientem proficiscitur, Cassius in Syria occisus caputque eius ad Marcum

adlatum est *vit. Marci 25, 2, Avidii 7, 8, Dio 71, 27 (Zonaras 12, 3).* Regnavit tres menses dies sex *Dio l. l., per aestatem fere a. 175, nam* Commodus indutus toga est nonis Iuliis eo tempore, quo Cassius a Marco descivit *vit. Commodi 2, 2.*

De liberis Cassii diserepant auctores. Nam vit. Marci 26, 12 (cf. vit. Avidii 4, 21) opponuntur 'filii Cassii — — mulieres autem', *ut plures et filios et filias habuisse videatur. Certe novimus filium unum* Heliodorum, deportatum post patris necem *vit. Marci 26, 10 (contra Dio 71, 27 nomine omisso* ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐφονεύθη); Alexandria filia Drunciano (? Dryantiano *coniecit Hirschfeld*) nupta *vit. Marci 26, 12, Avidii 9, 3. Falso dicitur (Volusius)* Maecianus filius Cassii *vit. Marci 25, 4 incertum per neglegentiam auctoris an librariorum.*

Amicus Frontonis, qui ad eum scripsit epistulam *1, 6 ad amic. — Memoratur (praeter vitas ipsius et Marci) vit. Clodii Albini 6, 2; 10, 9. 10. 11; 12, 10, Alexandri 1, 7, Dio 71, 29. 30. 31; 72, 7, Fronto ad Verum 2, 3 p. 131 N., Lucian. quomodo historia conscribend. 31, Tertullian. apol. 35, ad Scapulam 2.*

1166 CN. AVIDIVS CELER . . . ., *memoratur in titulo mutilo Araxae in Lycia reperto CIG 4224g Add. p. 1120 = Lebas-Waddington 1236: . . . . .* [ἀ]φιεροῦντος Γναίου Αὐιδ[ίου] Κέλερος Φισκιλλι? . . . (Πρισκιλλιανοῦ *coniecit Waddington*) τὸ ἔργον καὶ συν[τ]ελ[ειώσαντος] Ἀραξέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμ[ος]. *Legatum Lyciae fuisse Waddington probabiliter indè coniecit, quod praeses provinciae templa, quae erant in provincia aedificata, dedicare solebat, cuius rei exempla in Lyciae titulis n. 1254. 1265 Wadd. extant, in quorum altero eadem formula* συντελειώσαντος καὶ ἀφιερώσαντος τὰ ἔργα *invenitur.*

1167 (AVIDIVS) HELIODORVS, filius Avidii Cassii post rebellionem patris deportatus *vit. Marci 25, 11 cf. n. 1116.*

1168 C. Avidius Heliodorus *memoratur in titulis Aegyptiis latino III 6025 (1) Antonino Pio dedicato; graeco CIG 4955 (2), quem melius descripsit Schweinfurth apud Petermann, Geographische Mittheilungen XXI (1875) p. 392, unde apparet titulum non anno 140 positum esse* (ἔτους τρίτου αὐτοκράτορος *in CIG*), *sed* ἔτους ιη' τοῦ αὐτοκράτορος κτλ. *id est a. 155.*

C. Avidius Heliodorus *t. 1,* Avidius Heliodorus *t. 2*; *apud Dionem 69, 3* πρὸς τὸν αὐτοῦ ἴδιον Ἡλιόδωρον *traditur,* πρὸς τὸν Ἀουίδιον Ἡλιόδωρον *correxit O. Hirschfeld; ceterum* Heliodorus.

Ex Cyrrho civitate Syriae oriundus *Dio 71, 22;* ab epistulis Hadriani *Dio 69, 3;* ἐξ ἐμπειρίας ῥητορικῆς ad praefecturam Aegypti promotus *Dio 71, 22,* praefectus sub Antonino Pio *t. 1, Aristides orat. 26 I p. 524 ed. Dindorf,* a. 143 *in papyro graece scripta Aegyptische Urkunden aus dem k. Museum zu Berlin I 5 n. 113,* a. 155 *t. 2; memorari videtur in altera papyro ibd. I 9 n. 256. Idem*

videtur Heliodorus philosophus, quem Hadrianus in summa familiaritate habuit *vit. Hadriani 16, 10;* quem idem famosissimis litteris lacessivit *ibd. 15, 5.* — Pater Avidii Cassii *Dio 71, 22.*

In vita Avidii Cassii 1 traditur: Avidius Cassius — — ex familia Cassiorum fuisse dicitur, per matrem tamen, ***homine (om. libri)*** novo genitus Avidio Severo, qui ordines duxerat et post ad summas dignitates pervenerat; cuius Quadratus in historiis meminit et quidem graviter, cum illum summum virum et necessarium rei publicae adserit et apud ipsum Marcum praevalidum; nam iam eo imperante perisse fatali sorte perhibetur. *Haec omnia nullam merentur fidem, quippe quae eundem sapiant rhetorem, qui tota illa vita hariolatur, neque igitur* 'Severo' *in* 'Syro', *ut proposuit Hirschfeld, mutandum erit, ne corrigamus auctorem inepte omnino in nominibus propriis ludificantem.*

1169 C. AVIDIVS NIGRINVS *memoratur in titulo Delphico bilingui III 567 = CIG 1711 (1) et in t. liberti filiae X 6706 (2) Antiatino.*

C. Avidius Nigrinus *t. 1, eadem nomina procedunt ex t. 2:* C. Avidius Avidiae Plautiae Nigrini filiae libertus, *cum notum sit libertos mulieris sumpsisse patris patronae nomen gentilicium et praenomen;* Avidius Nigrinus *Plinius;* Nigrinus *vit. Hadriani.*

Epistula Domitiani ad Avidium Nigrinum proconsulem *memoratur Plin. epist. ad Traian. 65. 66, ubi ex contextu veri simile est Nigrinum praefuisse provinciae alicui orientalis partis imperii, fortasse Achaiae.* Legatus Augusti pro pr. *t. 1, qui sententias duas continet quarum unam* Nigrinus ex iussu optimi principis de finium controversiis inter Delphos et Anticyrenses finitimos VI idus Octobr. Eleusine latine tulit, *alteram graece* πρ(ὸ) ι' Καλ. 'Οκτωβρ. de Delphis et Amphissensibus; *decreto latino praescripta sunt nomina legati casu sexto. Quas sententias quo iure tulerit, parum liquet; missum esse legatum in Achaiam ad ordinandum vel corrigendum statum rerum publicarum coniecit Mommsen CIL III p. 107.* Consularis *vit. Hadriani 7, 3, consul suffectus igitur anno incerto saeculi I exeuntis vel II ineuntis.* Nigrini insidias, quas ille sacrificanti Hadriano conscio sibi Lusio (Quieto) et multis aliis paraverat, cum etiam successorem Hadrianus sibimet destinasset, evasit; quare — — Nigrinus Faventiae — — occisi sunt *(anno 118) ibd. 7, 1–2.*

(L.) Ceionius Commodus *(qui postea L. Aelius Caesar nuncupatus est)* gener Nigrini insidiatoris quondam Hadriani *dicitur ibd. 23, 10;* Avidia Plautia C. Avidii Nigrini filia, amita L. Veri Augusti *t. 2, soror ergo fuit L. Ceionii Commodi et uterina quidem, cum ille filius esset L. Ceionii Commodi consulis a. 106, ita ut matrem utriusque primum L. Ceionio Commodo (cos. a. 106), deinde Nigrino nupsisse statuendum sit. Quamquam per se poni potest Aelium Caesarem etiam generum Nigrini fuisse et filiam huius ex matrimonio priore*

sublatam duxisse, veri similius videtur biographum errasse et generum dixisse, quem dicere debuit privignum. — Fortasse frater T. Avidii Quieti cf. n. 1172.

1170 C. AVIDIVS NIGRINVS, legatus Aug. pro pr. *(Daciarum? an Moesiae superioris?) III S. 7904 t. Sarmizegetusensis, cuius litteras saec. III tribuit von Domaszewski. Idem de legato Moesiae cogitavit, quod titulum dedicavit* centurio leg(ionis) IIII Fl(aviae) Firmae, exer(citator) eq(uitum) sing(ularium) C. Avidii Nigrini, *quae legio in Moesia superiore tendebat.*

1171 AVIDIVS QVIETVS. *Tituli: Aezaniticus III 355 a b c d = CIG 3835 = Lebas-Waddington 860–863 (1), qui continet epistulam graecam Quieti ad Aezanenses datam, exempla epistularum latinarum Caesaris ad Quietum, Quieti ad Hesperum, Hesperi ad Quietum scriptarum; proconsulatus Quieti memoratur in epistula graeca Hadriani imperatoris ad Stratonicenses a. d. III idus Februarias a. 127 data Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 109 (2).*

Nummi Hyrcaniae Lydiae Borghesi opp. I p. 500 (a), qui falso nummum ad Lusium Quietum rettulit; ex collectione Imhoofii Wiener Numismatische Zeitschrift XVI (1884) p. 286 n. 132 (b). In parte adversa caput Hadriani et inscriptionem nominis exhibent, in aversa ἀνθυ(πάτῳ) Κυιήτῳ Ὑρκανῶν *(a) vel* ἀνθυ(πάτῳ) Κυιή[τῳ] [Ὑ]ρκανῶν Μακε(δόνων) *(b).*

Avidius Quietus *t. 1a. 2, ceterum* Quietus. Proconsul Asiae *tit. num., paulo ante a. 127 (probabiliter anno proconsulari a. 125/126), ut apparet ex t. 2. — Filius videtur T. Avidii Quieti qui sequitur.*

1172 T. Avidius Quietus *memoratur in dipl. mil. a. 98 III S. XXIX (1), in tabula patronatus VI 3828 (2), in fistulis plumbeis urbanis Lanciani, sylloge aquar. n. 64. 191 (3), in tegulis Sardis X 8046, 11, XIV 40, 8 = XV 2397 (4).*

T. Avidius Quietus *t. 3,* T. Avidio ..... *t. 1,* ....dio Quicto *t. 2, ceterum* Avidius Quietus. — Anno 82 legatus Augusti (= Domitiani) Thraciae *t. 2. Consul suffectus anno incerto Domitiani.* A. 97 in senatu sententiam dixit *Plin. epist. 9, 13, 15;* a. 98 legatus Augusti (= Traiani) Britanniae *t. 1; defunctus erat, cum Plinius scriberet epistulam 6, 29 circa a. 107.* — Patronus a. 82 cooptatus coloniae Flaviae Pacis Deultensium *t. 2.* — Familiaris Thrascae Paeti et Plinii iunioris *Plin. epist. 6, 29, 1.*

Idem fortasse significatur apud Plutarchum quaestion. conviral. 2, 1, 5, ubi Quietus *(apud Macrobium sat. 7, 3, 15 hunc locum compilantem dicitur* L. Quintus) amicus Plutarchi proconsul provinciae alicuius Domitiani temporibus praedicatur. *In dedicatione libelli Plutarchei* περὶ φιλαδελφίας *1 scribendum esse* Κόητε *(traditur* Κόντε) *et fratres, quibus Plutarchus libellum dedicavit, intellegendos esse Avidios Quietum et Nigrinum probabiliter coniecit Patzig, Quaestiones Plut-*

archeae p. 49; item in principio libelli περὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων *pro* Κόνιε *corrigendum* Κύητε.

1173 Avidius Severus, pater qui fertur Avidii Cassii *vit. Avidii 1; cognomen fictum videtur cf. A 1168.*

1174 AVIDIA PLAVTIA, (C. Avidii) Nigrini filia, L. Aurelii Veri Aug. amita *X 6706 t. Antiatinus. Vide in patre n. 1169.*

— Postumia Paulla Avidia Procula Rutilia Proba.

1175 L. Avillius Flaccus. *Memoratur in titulis Aegyptiis CIG 4716 (1) et 4957 v. 27 (2).* — Ἐπὶ Λυ[κίου Ἀ]o[υι]λ[λί]ου Φ[λάκ]κου *t. 1 haud certa restitutione,* Φλάκκου *t. 2. In principio libri Philonis, qui inscribitur* ἐπὶ Φλάκκον *semel II p. 517 editionis Mangey dicitur* Φλάκκος Ἀουΐλλιος, *ceterum ibi semper* Flaccus. *A Philone pendent Eusebius armen. chron. ad a. Abr. 2054 ubi traditur* Flauus Auuilius, *Hieronym. chron. 2055* Flaccus Avilius, *Syncellus p. 626, 5 (ex Eusebio)* Φλάκκος Ἀβίλιος, *p. 615, 11* Φλάκκος Ἀσύλαιος.

Romae natus et educatus, συμφοιτητὴς καὶ συμβιωτὴς γενόμενος τῶν θυγατριδῶν τοῦ Σεβαστοῦ *(= Augusti) Philo p. 540;* inter primores amicos Tiberii *ibd. 540 cf. 517. 518.* Fuit in iis, quorum delationibus Agrippina periit, indeque C. Caesari filio invisus *ibd. 518;* amicus (Sertorii) Macronis *ibd. 519.* Anno 32 p. C. post Severi mortem ad praefecturam Aegypti promotus provinciam Tiberio regnante egregie administravit *ibd. 517–518;* praefectus Aegypti *t. 1. 2.* Postquam C. Caesar imperium adeptus Macronem occidit *(a. 38),* Flaccus crudeliter in Iudaeos Alexandrinos se gessit *ibd. 523–532.* Autumno a. 38 (cum Iudaei dies festos σκηνῶν agerent *ibd. 532. 534*) imperatoris C. Caesaris iussu a Basso centurione Alexandriae comprehensus *ibd. 533–534* et circa initium hiemis *(a. 38/39)* Romam deductus a Lampone et Isidoro inimicis apud imperatorem accusatus est *ibd. 535.* Quamquam (M.) Aemilius (Lepidus) *(cf. A 249)* ei patrocinatus est, a C. Caesare in Andrum insulam relegatur *ibd. 539. 543.* Anno 39 iussu imperatoris ibi occisus *ibd. 543–544.*

Per annos sex, scilicet quinque Tiberio imperante, unum sub C. Caesare Aegyptum rexit *ibd. 540 cf. 517. 518. Sed hos numeros minus accuratos esse ex ipso Philone apparet. Nam Flaccus Iudaeos vexare coepit, postquam Macronem occisum esse audivit v. supra. In libro autem de legatione ad Gaium II p. 548 sqq. Philo refert Gaium septimo mense imperii (id est m. Octobri, cum Gaius d. 18 m. Martii imperator appellatus esset cf. acta Arvalium) gravissimo morbo correptum esse, deinde recreatum Tiberium fratrem, mox Macronem interemisse. Eorum igitur caedes non ante hiemem a. 37/38 patratae sunt, et Macronis quidem anno demum 38 cf. Dio 59, 8. Quocum bene convenit, quod Alexandriae eo tempore, quo domus Iudaeorum expilatae sunt, tabernae clausae erant propter luctum publicum Drusillae Philo p. 525, quae a. 38 defuncta est Dio 59, 10. 11. Itaque autumno*

a. 38 Flaccus Romam tractus est, postquam sub Gaio per annum et sex fere menses Aegyptum rexit. Male igitur Franz in recensu praefectorum Aegypti CIG III p. 310 praefecturam Flacci ad a. 37 restrinxit.

Memoratur praeter Philonem apud Eusebium et Hieronymum l. l. eosque, qui his usi sunt.

1176 AVILLIVS QVADRATVS, frater Arvalis, magister et promagister collegii a. 155, a. incerto Pii, a. incerto Marci *VI 2086. 2087. 2091 acta Arvalium. Cf. n. 1177.*

1177 A. AVILLIVS VRINATIVS QVADRATVS, consul (suffectus) cum Strabone Aemiliano pridie idus Mart. a. 156 *VI 2086 acta Arvalium. Potest idem esse qui praecedit.*

1178 C. Avinius Octavianus, pater Aviniae, ad quem rescripserunt imperatores Valerianus et Gallienus a. 259 *epitome Wisigothica cod. Gregoriani 2, 1, 1 ed. Krüger.*

1179 Avinia, filia C. Avinii Octaviani, desponsa Iulio Agrippino viro clarissimo *cf. n. 1178.*

— ACILIVS AVIOLA.

— M'. ACILIVS AVIOLA.

— C. CALPVRNIVS AVIOLA.

1180 ....lia Q. f. Avita, mater [X vi]ri stlitib. iudicand., *cuius nomen periit II 113 t. Eborensis.*

— IVLIA AVITA MAMAEA AVGVSTA.

— L. ALFENIVS AVITIANVS.

— AVIT(IVS) AVITIAN[VS].

— L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS AVITIANVS.

1181 AVIT(IVS) AVITIAN[VS], unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministraverunt a. 241 *VI 2114 acta Arvalium.*

1182 AVITVS, consul a. 209 cum (Claudio?) Pompeiano *fasti. Fortasse idem atque Q. Lollianus Plautius Avitus cf. L 224.*

— P. ALFIVS AVITVS NVMER(IVS) MATERNVS.

— Alphius Avitus.

— L. BAEBIVS AVITVS.

— Cornelius Avitus.

— L. DVVIVS AVITVS.

— GALLONIVS AVITVS.

— L. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS AVITVS.

— IVLIVS AVITVS.

— C. Iulius Avitus.

— IVNIVS AVITVS.

— L. LOLLIANVS AVITVS.

— Q. LOLLIANVS PLAVTIVS AVITVS.

— M. MACRINIVS AVITVS CATONIVS VINDEX.

— MARCIVS AVITVS.
— OCTAVIVS AVITVS.
— Q. Octavius Avitus.
— Pannonius Avitus.
— L. STERTINIVS AVITVS.
— L. Tutilius Lupercus Sulpicius Avitus.

1183 Sex. Aulienus, Sex. f., tribu Ani.; primus pilus II, tribunus militum, praefectus levis armaturae, praefectus castrorum imperatoris Caesaris Augusti et Ti. Caesaris Augusti, praefectus classis *(Misenensis ut videtur cf. Hirschfeld, Untersuchungen z. röm. Verw. p. 123 adn. 5)*, praefectus fabrum; II vir Venafri et Foro Iuli, flamen Augustalis *X 4868 t. Venafranus.*

— DANACIA QVARTILLA AVRELIANA.
— MARIA AVREL(IANA) (*vel* AVREL(IA)) VIOLENTILLA.

1184 AVRELIANVS, consul (suffectus) idibus M[ais] cum Corneliano *circa a. 183 VIII 10570.*

1185 AVRELIANVS, senator *Dio 78, 12,* consularis *ut videtur ibd. § 4; ex loco admodum mutilo tantum rimari licet, Macrinum imperatorem factum a. 217 mortem eius, quem milites postulabant, primum deprecatum esse, deinde indulsisse;* interfectus *Dio 78, 19.*

1186 AVRELIANVS, vir clarissimus, maritus Domitiae Victorinae *V 4331 t. Brixiensis.*

1187 Aurelianus, tribunus quidam cum Valeriano imperatore captus *vit. Aureliani 6, 2.*

1188 Aurelianus. Pescennius Niger deceptus est consiliis scaevis Aureliani, qui filias suas eius filiis despondens persistere eum fecit in imperio *vit. Pescennii Nigri 7, 1. — Pescennius quidam Aurelianus memoratur inter homines nobiles a Septimio Severo occisos vit. Severi 13, 6.*

1189 T. Aurelianus Nicostratus *publice honoratus t. Rhodio CIG 2529 corr. Inscript. graec. insularum etc. n. 83. Tria nomina exhibet titulus, apud scriptores semper* Nicostratus.

Filius Nicostrati, Ἀμ[ιο]ς *id est Peraeae Rhodiae civis tit.;* Μακεδὼν *Suidas s. v.* Νικόστρατος *II p. 990 ed. Bernhardy, id quod ne verum sit titulus non obstat.* Sophista vel ab imperatore *(cuius nomen tacetur, a M. Aurelio ut videtur)* pluribus honoribus affectus *tit.* Aquilius Regulus iuvenis Nicostratum rhetorem magistrum usu cenaculi donavit, de quo defuncto Regulo cum controversiam haberet, Papinianum consuluit *Papinian. Digest. 39, 5, 27.* Ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπιδευτέροις δέκα ῥήτορσιν *(cf. schol. Lucian. de salt. 69 ed. Iacobitz IV p. 149),* σύγχρονος Ἀριστείδου καὶ Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου· ἦν γὰρ ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνείνου τοῦ βασιλέως· ἔγραψε Δεκαμυθίαν Εἰκόνας Πολυμυθίαν *(cf. Hermogen.* περὶ ἰδεῶν *2, 12, 3 p. 394 ed. Spengel)* Θαλαττουργοὺς καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ Ἐγκώμια εἴς τε τὸν Μάρκον καὶ ἄλλους. De genere dicendi eius scripserat Metrophanes Lebadiensis *Suidas s. v.* Μητροφάνης

II p. 841, agitur Philostrat. vit. soph. 2, 31, [Dionys. Halicarn.] ars rhet. 2, 9 p. 242 ed. Reiske, Hermogen. l. l. et 2, 3 p. 356, Menand. περὶ ἐπιδεικτικῶν *4 p. 390 Sp.* Liber quidam Nicostrati *memoratur a Synesio ep. 129 p. 716 ed. Hercher.*

— IMP. CAESAR L. DOMITIVS AVRELIANVS AVGVSTVS.

— L. MARIVS MAXIMVS PERPETVVS AVRELIANVS.

— Pescennius Aurelianus.

— Severus Vibius Aurelianus.

— Vlp(ius) Valerius Aurelianus.

1190 [AVRELIVS] ......, *ei positus fuit a patre t. acephalus mutilus VI 1357 semel descriptus* ...., rum bis candidato, sodali Augustali Claud[iali] ..... latinae linguae facundissimo in causis ....biti M. Aurelius M. f. Papirius Socrates ..... v. p. pater. — *Ante* candidato *praecesserit necesse est vel quaesturae vel tribunatus vel praeturae vocabulum;* [quaesto]r. u[r]bis *coniecit Henzen omnino non recte; cum Mommseno potius cogitari possit fuisse* .... [Augusto]rum bis candidato *veluti in praetura et tribunatu.*

1191 AVRELIVS ...., proconsul (Africae) *in fragmento VIII 1795 reperto in vico hodie Lehs appellato.*

1192 AVRELIVS, senator clarissimus, cuius colonus Aureliani imperatoris pater fuisse dicitur *(Vict.) Epitome 35.*

1193 AVRELIVS, vir clarissimus *in basi 'litteris infimae aetatis' Hippone Regio reperta Ephem. ep. 7, 427 = VIII S. 17411.*

1194 M. AVRELIVS ..... *honoratus titulo admodum mutilo VIII 7033 Cirtensi:* [tri]buno la[ticlavio] ...., [seviro] equitum [Romanorum] .... [quaest.] provinc[iae] ..... legato provinciae ... [curatori] [via]-rum Salariae ...... [iuridico per] Liguriam, legato legion[is] ..... Volumniae Modes[tae] .... cc. pp. filiis eorum. — *Volumnia Modesta uxor videtur.*

1195 M. Aurelius, architectus aetate Augusti *Vitruvius 1 praef.*

1196 M. Aurelius, [praeses provinciae Sardiniae] *nescio quo imperatore in miliario Sardiniae lectionis corruptae Ephem. ep. 8, 760.*

1197 M. Aur(elius) ...., procurator summarum rationum, maritus Gaviae Fabiae Rufinae X *1785 t. Puteolanus, sub finem saeculi II cf. t. 1784 ibd. — Post* AVR *tres quattuorve litterae scalpro deletae sunt.*

1198 M. Aur[elius] ....., ὁ κράτιστος συνήγορος τοῦ ἱερωτάτου ταμείου = *advocatus fisci, ut videtur, Lebas-Waddington 651 t. Philadelphiae Lydiae repertus.*

1199 Q. Aurelius, pater Aureliae, virginis Vestalis *honoratae t. CIA III 877.*

— T. AELIVS AVRELIVS.

1200 Aurelius Aelix, athleta aetate Elagabali *Dio 79, 10. Cognomen corruptum videtur, pro* Αἴλιξ *coniecit Hirschfeld* Κίλιξ.

1200a M. Aurelius Alexander, Aug. libertus ab epistulis graecis *VI 8606. Diversus videtur ab Alexandro sophista Seleuciensi cf. supra A 365.* — M. Aur(elius) Aug. libertus Alexander praepositus tabellariorum stationis vicesimae hereditatium *VI 8445 et* Aurelius Alexander proximus ab epistulis Latinis *XIV 2843 in fistula plumbea Gabiis reperta; hos titulos ad munera priora eiusdem liberti spectare, qui postea fuit ab epistulis graecis, statuit Hirschfeld (Friedländer, Darstellungen etc. I⁶ p. 187), at ea coniectura minus certa videtur praesertim in nominibus plus quam vulgaribus.*

1201 Aur(elius) Alphius (Αὐρ. Ἀλφειόν), procurator Augustorum *honoratus t. Lacedaemonio CIG 1328.*

1202 AVR(ELIVS) ANTIS[TIVS?] (*vel* ANTIS[TIANVS]), clarissimus vir, patronus Taegiane[nsium] *X 1794 t. Puteolanus.*

1203 Aurel(ius) Antoninus *titulos dedicavit Philippopoli in Batanaea repertos Philippis Augustis CIG 4587 = Lebas-Waddington 2074 (1), divo Iulio Marino Lebas-Waddington 2075 (2).*

Αὐρήλ(ιος) Ἀντωνεῖνος *t. 1,* Αὐρήλ(ιος) Ἀντω[νεῖνος] *t. 2,* ducenarius (procurator) *t. 2,* sub Philippis a. 247/249 *t. 1.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS = M. ANNIVS VERVS.

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. (= Caracallus) *v.* (SEPTIMIVS) BASSIANVS.

1204 IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS = (Varius) Avitus = Heliogabalus.

Filius (Sex.) Varii Marcelli Apameensis et Iuliae Soaemiadis, nepos Iulii Aviti et Iuliae Maesae *Dio 78, 30, Herodian. 5, 3,* pronepos (Iulii) Bassiani *Epitome 23, 2 cf. stemma.* Cognomen ei erat Avitus, consobrino filio Mamaeae Bassianus *Dio 78, 30;* illi Bassianus, huic Alexianus *Herodian. 5, 3, 5. Sed levissimus rhetor hic quoque nomina confudisse videtur. Latini quidam auctores nomen dei* Elagabali, *quem Solem esse putabant (cf. Mordtmann Zeitschrift der deutschen Morgenländischen Gesellschaft XXXI [1877] p. 97 sqq.), per falsum veriloquium in formam hybridam* Heliogabali *corruperunt et nomen corruptum in principem transtulerunt. Vnde apud scriptores historiae Augustae qui dicuntur Avitus plerumque* Heliogabalus *nominatur. Aliis autem locis nomen gentilicium Varii modo cum Bassiani cognomine ex Herodiano sumpto modo cum Antonino modo cum Heliogabalo conflatur, ita ut inveniatur* Heliogabalus Bassianus Varius *vit. Macrini 8, 4,* M. Antoninus Heliogabalus *vit. Carac. 9, 2,* Varius Heliogabalus *vit. Macrin. 4, 1, vit. Elagabali 1, 4–2, 2 (ubi multa inepta de nominibus proferuntur), vit. Alexandri 1, 1 etc.;* Aurelius Antoninus Varius idem Heliogabalus dictus *Epitome 23, 1;* M. Antoninus — — Heliogabalus dictus *Victor Caes. 23, 1.*

Hemesenus *Iulian. Caes. p. 313 A, Ammian. 26, 6, 20;* sacerdos dei Elagabali *Herodian. 5, 3 (inde pendet vit. Macrini 9), vita 1, 5, Epitome 23, 2, Eutrop 8, 22. (Perperam eundem auctorem secuti referunt vita 2, 3 et Victor Caes. 23, 1* Avitum post Caracallae necem in Heliogabali sacerdotium tamquam asylum confugisse.) Annum fere quartum decimum agens per Gannym educatorem et (Valerium) Eutychianum castris romanis, quae prope Hemesam erant, illatus a militibus die 16 mensis Mai a. 218 imperator appellatus est *Dio 78, 31 (ubi lacuna codicis Gannyis nomen periisse docet Dio 79, 6 collato 78, 38); ad Maesae consilium res refertur apud Herodian. 5, 3, 10 sqq.* Filius Antonini (Caracalli) ex stupro Soaemiadis genitus dicitur et M. Aurelius Antoninus nuncupatur *Dio, Herodian. (vit. Macrin.) l. l. cf. vit. Elagabali 2, Caracalli 9, 2, Victor Caes. 23, 1, Epitome 23, 1, Eutrop. 8, 22.* Ab avia et matre adiutus opera Gannyis ducis proelio, cui ipse interfuit, prope Antiochiam die 8 mensis Iunii a. 218 commisso Macrinum vicit *Dio 78, 38–39 (Zonaras 12, 13), Herodian. 5, 4, 5 sqq.* Victum et paulo post captum occidit *Dio 78, 39–40, Herodian. 5, 4, 9–12.* Antiochiam ingressus litteras ad senatum populumque romanum dedit, quibus ipse sine senatus consulto imperatorem, Caesarem, Antonini filium, Severi nepotem, Pium et Felicem et Augustum, proconsulem et tribunicia potestate se dixit *Dio 79, 2. Mense Iulio ineunte Romae agnitum esse docent acta cooptationum sodalium Antoninianorum VI 2001 et sacerdotum in aede Iovis Propugnatoris consistentium, ubi dicitur cooptatus* pridie idus Iulias. *paulo ante idus easdem in actis Arvalium cf. Henzen, Acta Arval. p. CCVI adn. 15.* Cum consules ordinarii a. 218 fuissent Opellius Macrinus et Oclatinius Adventus, Elagabalus in locum nominis Macrini suum substituit *Dio 79, 8, veluti* pr. id. Iul. imperatore Antonino Aug. et Advento cos. *VI 2009 in actis Arvalium cf. fastos.*

Imperator agnitus nuncupatur Imp. Caes. divi Antonini (*sive* divi Magni Antonini) filius, divi Severi nepos M. Aurelius (*sive* Aurellius) Antoninus Aug. *passim in titulis, brevius in nummis Eckhel VII p. 247* Imp. Caes. M. Aur. Antoninus Aug. *sive* Antoninus Aug. — Sacerdos amplissimus dei invicti Solis Elagabali *in titulis additur veluti dipl. mil. III S. LXXXIV, X 5827, VIII S. 18587,* sacerd. dei solis Elagab. *in nummis Cohen IV² Elagabalus n. 246–253 vel* summus sacerdos Aug. *ibd. 276. 277 cf. n. 58–65.*

Hiemem a. 218/219 Nicomediae egit *Dio 79, 7 (Herodian. 5, 5, 3), vita 5, 1,* ubi consulatum alterum ingressus est *Dio 79, 8.* Consul II a. 219, consul III a. 220, consul IV a. 221, consul V a. 222 *fasti.* A. 219 Romam venit *Herodian. 5, 5, 7 cf. num. Cohen n. 2–6.* Occisus est Romae, postquam inde a pugna apud Antiochiam commissa regnavit annos tres menses novem diesque quattuor *Dio 79, 3, id est occisus die 11 mensis Martii a. 222 (cf. quae adnotavi in Severo Alexandro),*

duodeviginti annos natus *Dio 79, 21, Herodian. 5, 8, vita 17, Victor Caes. 23, 2, Epitome 23, 5, Eutrop. 8, 22.* Cum corpus eius per vias publicas tractum in Tiberim praecipitatum esset, post mortem Tiberinus et Tractaticius appellatus est *vita 17, 5, Epitome 23, 6–7 cf. Dio 79, 1. 21.*

Vxores: Iulia Cornelia Paula, Iulia Aquilia Severa, Annia Faustina *cf. A 547.*

Subiecimus stemma Elagabali et Alexandri:

(Iulius) Bassianus

- Iulia Domna ∾ L. Septimius Severus
  - (Septimius) Bassianus = Imp. M. Aurelius Antoninus (= Caracallus)
  - P. Septimius Geta
- Iulia Maesa ∾ Iulius Avitus
  - Iulia Soaemias Bassiana ∾ Sex. Varius Marcellus
    - (Varius) Avitus (= Elagabalus)
  - Iulia Avita Mamaea ∾ Gessius Marcianus
    - (Gessius) Bassianus = Imp. M. Aurelius Severus Alexander.

1205 M. Aurelius Antoninus, primipilaris et procurator Augusti *honoratus t. Bithynico graece scripto Perrot, Exploration de la Galatie et de la Bithynie p. 29 n. 20.*

1206 T. AVRELIVS ANTONINVS, M. Aurelii Caesaris filius, imp. Antonini Augusti Pii p. p. nepos *VI 993 t. sepulcralis in mausoleo Hadriani; filius M. Antonini et Anniae Faustinae, defunctus imperante Pio.*

— M. GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS.

— Cominius Bo . . i . . Agricola [Aur]elius Aper.

— L. Aelius Aurelius Apolaustus Memphius.

1207 Aurelius Apollinaris, frater Aurelii Nemesiani, tribunus praetorianorum, a. 217 particeps coniurationis in Antoninum Severi filium *Dio 78, 5, vit. Caracall. 6, 7.*

1208 Aurelius Apollinaris, iamborum scriptor aetate Cari, qui eius gesta in litteras rettulit *vit. Cari 11, 2.*

1209 Aurelius Apollonius, procurator Augusti *honoratus publice ab Apolloniatibus (Pisidiae) t. Apolloniae reperto Lebas-Waddington 747 = CIG 3969; memoratur in t.* uxoris Aureliae Antoninae *ibidem reperto Lebas-Waddington 1195 = CIG 3970 cf. Add. p. 1107.*

1209a Aurelius Appius Sabinus *(sic plene pagina posterior,* Ἄππιος Σαβεῖνος *pagina prior),* praefectus Aegypti anno primo imperatoris Decii *papyrus Aegyptiaca Vindobonensis Corpus papyrorum Raineri I p. 99.*

1210 Aurelius Aristaenetus, procurator Phrygiae *publice honoratus t. graeco Synnadis in Phrygia reperto Revue archéologique 1876 p. 198.*

1211 AVRELIVS ARISTOBVLVS. *Tituli eius Africani in provincia proconsulari reperti VIII 608. 624. 4645. 5290. Plena nomina exhibent vel exhibebant tituli, ceterum* Aristobulus. — Vir clarissimus *t.*

Vir insignis, praefectus praetorio Cari a Diocletiano in officio retentus *Victor. Caes. 39, 14.* Consul a. 285 cum Diocletiano *Ammian. Marcellin. 23, 1, 1;* proconsul Africae intra a. 294/305 *tit.; cum regeret provinciam nescio quam, fortasse Africam,* ei rescripserunt imperatores a. 293 *codex Iustinianus 2, 14, 1.*

1212 AV[REL]IVS ARTEMIDORVS, clarissimus vir, curator alvei Tiberis et cloacarum urbis a. 244 *VI 863 cf. Add. p. 839.*

1213 M. Aurelius Atho Marcellus, vir egregius, procurator Augg. (= Philipporum), praeses (Mauretaniae Caesariensis); patronus municipii (Lemellefensium) *VIII 8809 t. Lemellefensis.*

1214 C. Aurelius Atilianus, procurator Aug. (Daciae) *III 853 t. Napocensis. Idem videtur* Aurelius Atilianus, cui imperator Antoninus rescripsit: 'praeses ultra administrationis suae tempus interdicere alicui arte sua uti non potest' *Paulus Digest. 48, 19, 43.*

— IVLIVS AVR(ELIVS) AVXON LEONIDAS.

1215 M. Aurelius Basileus, vir ducenarius, procurator rationis castrensis *publice honoratus a decurionibus Interamnae Sucasinae X 5336 t. Interamnas.*

1216 Aurelius Bassus, ad quem divus Pius generaliter rescripsit de tergiversatione eorum, qui subvertere fideicommissam libertatem velint *Vlpianus Digest. 26, 4, 1, 3. Fortasse magistratus aliquis vel praeses.*

— Cn. Munatius Aurelius Bassus.

1217 AVRELIVS C......, curator aedium sac[r(arum)] [locorumque] publicorum *fragmentum tituli urbani Bullettino comunale 1880 p. 21 n. 178.*

1218 Aurelius Ca[e]cilianus, praepositus vectigalium *Boissieu, Inscriptions de Lyon p. 272 n. 25.*

1219 P. Aurelius Calpurnianus Apollonides. *Titulus eius sepulcralis graece scriptus in Aegypto repertus Revue archéologique 1883 I p. 207 (1); ad eundem referendus est titulus Nicaeae Bithyniae CIG 3751 (2) acephalus, ubi nomina perierunt.*

Tribunus legionis quartae decimae Geminae, tribunus legionis tertiae decimae Geminae (*sic t. 1, male in t. 2 traditur* IE *pro* IΓ), procurator Augustorum (τῶν Σεβ. *addit t. 2*) Galliae Aquitanicae a censibus, procurator Moesiae inferioris, procurator Thraciae, procurator ducenarius *(t. 2)* Dalmatiae *(t. 1. 2)* et Histriae *(t. 2)*, procurator ducenarius Ἀλεξανδρείας τοῦ ἰδίου λόγου *t. 2* (ἐπί(τροπος) Αἰγύπτου ἰδίου λόγου *t. 1*). Vixit quinquaginta tres annos *t. 1.* — *Fuit non ante divos fratres.*

1220 Aurelius Canartha, princeps gentium Baquatium, pater Memoris *nominatur in t. filii VI 1800; in lapide extat* d. m. Memoris EILI Aureli Canarthae *etc.*, memoriae Aeli *interpretatur Dessau, Inscriptiones selectae n. 855 haud recte.*

1221 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARINVS AVGVSTVS. *Plena nomina exhibent tituli imperatoris nummique, apud scriptores* Carinus. -- Filius maior M. Aurelii Cari *vita Cari 10,* a patre postquam imperium adeptus est, Caesar nuncupatus *vit. Cari 7, 16, Victor Caes. 38, 1, Eutrop. 9, 18, Epitome 38, 2.* Cum Carinus in Persas profectus esset, Carinus Caesar 'decretis sibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hispaniis ac Britanniis et Africa relictus a patre Caesareanum tenuit imperium, sed ea lege, ut omnia faceret, quae Augusti faciunt' *vit. Cari 16, 2. Caesar factus dicitur* M. Aurelius Carinus nobilissimus Caesar *II 4103, VIII 10157. 10219, X 8013, passim in nummis Cohen VI² Carinus n. 19. 25. 29. 49. 62. 63. 69. 70. 87–110 etc. vel* Imp. Caesar M. Aurelius Carinus nobilissimus Caesar *Cohen n. 145. 155. 177. 182. 186. 188 item in Alexandrinis, qui primum annum (Cari) indicant Catalogue of the Greek coins in the British Museum, Alexandria p. 317 n. 2448–2451 cf. Eckhel VII p. 516. In titulis nonnumquam haud accurate additur* Augustus *veluti II 3835. 4761, VIII 5332. 10144.*

Caro mortuo a. 283 Carinus primum cum Numeriano fratre, deinde solus Augustus imperium tenuit *vit. Cari 16.* Imp. Caesar M. Aurelius Carinus Augustus *in titulis nummisque.* Consul I cum patre a. 283, II cum fratre a. 284 *fasti.* Apud Margum proelio commisso Diocletianum vicit, sed suorum ictu interiit *Victor Caes. 39, 12, minus accurate* a Diocletiano victus *dicitur vit. Cari 18, 2, Eutrop. 9, 20 (Orosius 7, 24. 25), Epitome 38, 8; male* in pugna contra Iulianum Carus occisus *perhibetur ab epitomatore Zosimi Zos. 1, 73, 3.*

Imperavit annis II mensibus XI d. II *Chronographus, scriptores reliqui omnes imperia Cari et filiorum complexi sunt:* biennium *Victor Caes. 39, 13, Epitome 38, 1, Eutrop. 9, 18, Eusebius armen. et Hieronymus chron. p. 186. 187 ed Schöne,* οὐδ' ὅλοι τρεῖς ἐνιαυτοί *Euseb. hist. eccl. 7, 30,* ὁ δὲ τῆς τούτων ἀρχῆς χρόνος οὐ γέγονε καθ' ὁλόκληρον τριετής *Zonar. 12, 30 p. 157, 22 ed. Dindorf. Mortuus igitur est aestate fere a. 285.*

Vxor: Magnia Vrbica.

1222 (Aurelius) Carpus, proc(urator) k(astrensis), pater M. Aurelii Stertinii Carpi *VI 727.*

1223 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARVS AVG. *Plena nomina tituli nummique imperatoris exhibent,* Carus *apud scriptores.* — Patria Cari ambigue tradita est; alii eum Romae, alii in Illyrico, alii Mediolani natum esse rettulerunt *vita 4;* Narbone natus *Victor Caes. 39, 13, Epitome 38, Eutrop. 9, 18, Sidon. Apoll. carm. 23, 93,* τὸ γένος Γαλάτης *Zonar. 12, 30 = Syncell. p. 724.* Dux ex disciplina militari Probi *vit.*

Probi 23, 5. Proconsul Ciliciae *absurde in epistula ficta vita 4, 6.* Praefectus praetorio sub Probo *vita 5, 4, Victor Caes. 38, 1.* A militibus quibus praeerat coactus contra Probum rebellis extitit; postquam numeri, quos Probus contra eum miserat, ad eum defecerunt, Πρόβος ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνῄρητο δορυφόρων, μαθόντων τὴν τῶν στρατιωτῶν πρὸς Κάρον προσχώρησιν *Zonar. 12, 29 extr., eodem pertinet fragm. Continuatoris Dionis V p. 230 ed. Dindorf.* Consul II a. 283 *fasti, (cousul I suffectus anno incerto).* Expeditione in Persas suscepta periit in Perside fulmine vel morbo *vita 8–9, Victor Caes. 38. Epitome 38, Eutrop. 9, 18, Ruf. Fest. 24, Orosius 7, 24, Zonar. 12, 30.* Regnavit menses decem, dies quinque *Chronographus, cum reliqui scriptores (cf. n. 1221) imperia patris et filiorum complexi sint. Nummi Alexandrini Cari primum tantum annum indicant cf. von Sallet, Daten der Alexandrinischen Kaisermünzen p. 89. Carus igitur, cum Probus autumno fere a. 282 occisus esset, imperavit in mediam fere aestatem a. 283.*

Filii: M. Aurelius Carinus, M. Aurelius Numerius Numerianus; nepos divus Nigrinianus.

1224 M. Aurel(ius) Cassianus. *Titulus Thessalonicensis ei a filiis positus Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XVII (1894) p. 117 = III S. 13704.*

Vir egregius, praeses provinciae Daciae Maluensis, pater Marcorum Aureliorum Philippi et Cassiani *tit.*

1225 M. Aurelius Cassianus, filius M. Aurelii Cassiani, tribunus cohortis I F(laviae) m(iliariae) Bryttonum Maluensis cum M. Aurelio Philippo frutre t. posuit patri *cf. 1224.*

1226 Aurelius Celsus, centurio a. 218 *Dio 78, 39.*

1227 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS AVGVSTVS. *De vita eius mendaciis biographi prorsus infecta et de aliis fabulis, quae ad mortem spectant, cf. quae disputavi Historische Zeitschrift N. F. XXV (1889) p. 227 sqq.*

Flavius Claudius *vita 7, 8 cf. 3, 6 (inde Vopiscus vit. Aurel. 17, 2); in adclamationibus vita 18, 3 ubi traditur* ualeriae *P* ualariae *B, vulgo male legitur* Aureli, *restituendum est* Valeri; *utrumque nomen spectat ad Flavium Valerium Constantium. Ceterum* Claudius *apud scriptores, plena nomina exhibent tituli nummique. — In titulo Africano nuper reperto Bulletin archéologique du comité des travaux historiques 1893 p. 216 n. 28 Cagnat edidit* IMP. CAES. M. AVR. V | CLAVDIO PIO F. AVG | *etc. legitque* Aur(elio) V(alerio). *At auctoritas vitae 18, 3, cuius testimonio ille nititur, est nulla neque praeter consensum reliquorum omnium titulorum nummorumque probabile videtur Valerii nomen unquam per* V *litteram expressum esse.*

Illyricianae gentis vir *vita 14, 2 in epistula*, 'ex Dalmatia originem videbatur ostendere, quamvis alii Dardanum eum dicerent' *vita*

11, 9. 'Hunc plerique putant Gordiano satum, dum adulescens a muliere matura institueretur ad uxorem' *Epitome 34, 1.* Natus est die 10 mensis Mai *(a. incerti) fasti Philocali et Polemii Silcii I² p. 264. 265.* Decio imperatore tribunus, a Valeriano tribunus quintae legionis Martiae *(sic)*, dein dux totius Illyrici factus *vita 14–16 in epistulis inepte fictis. In adclamationibus senatus vit. 18, 3* 'consulem te, praefectum te', *unde auctor vitae Claudium ante imperium consulem et praefectum praetorio fuisse opinari videtur.* Heraclianus praefectus praetorio Gallieni cum necem imperatoris moliretur, in societatem consilii Claudium recepit ὃς μετὰ τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ἐπιτροπεύειν ἐδόκει *Zosim. 1, 40 (item coniurationis socius dicitur apud Zonaram 12, 25 p. 148, 32 ed. Dindorf ex eodem fonte)*; consilii illius ignarus *vit. Gallieni 14 cf. vitam Claudii 1, 3.* Gallienum moribundum insignia imperii ad Claudium destinasse honore tribunatus Ticini retinentem praesidiariam manum *Victor Caes. 33, 28 et Epitome 34, 2 eundem auctorem secuti fingunt.* Certe dux Gallieni clarissimus *cf. Zosim. 1, 44* τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει καὶ πρότερον τῆς κοινῆς ψήφου ταύτην δούσης αὐτῷ. Gallieno occiso imperator a militibus, deinde a senatu nuncupatus *vita 4, vit. Gallieni 15, Zosim., Zonar. l. l.* Nuntiatum est Romam VIIII kal. Aprilis Claudium imperatorem factum esse *vita 4, 2, cui ne in hac quidem re ullam fidem habere licet.* Consul a. 269 *fasti* (consul II *falso in inscriptionibus quibusdam II 3619. 3834. 4505, VIII 4876*). Pestilentia periit *vita 12, 2, Zosimus 1, 46, Eutrop. 9, 11,* Sirmii *Hieronym. chron. ad a Abr. 2287 (inde Orosius 7, 23), Zonar. 12, 26.* Pro re publica se devovit *Victor Caes. 34, Epitome 34; ad eandem fabulam respicere videtur Ammian. 31, 5, 17 cf. 16, 10, 3.* — Mortuus est intra biennium *Eutrop. l. l. (unde idem Orosius)*, regnavit annos II *Epitome 34, 1,* annum I menses IX *Eusebius-Hieronymus,* annum I menses IIII dies XIIII *Chronographus.*

Cum nummi Alexandrini Gallieni usque ad quintum decimum annum (cf. von Sallet, Daten der Alexandrinischen Kaisermünzen p. 73) procedant, Claudii usque ad annum tertium, Claudius ante mensem Septembrem a. 268 regnum iniisse et primo semestri a. 270 mortuus esse videtur.

Fratres ei fuerunt Quintillus et Crispus, soror Constantina *vita 13, sed praeter Quintillum nomina ficta videntur.*

1228 M. Aur(elius) [Cl]audius, procurator Augustorum (Phrygiae?) *CIG 3950 t. Attudensis.* — M. Aur(elius) Claudius *quidam memoratur etiam in titulo Aphrodisiensi CIG 2840.*

1229 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS QVINTILLVS AVGVSTVS. *Plena nomina exhibent nummi Cohen VI² p. 163 sqq. et inscriptio miliarii Mauretaniae Ephem. ep. 7, 670, ubi* Quintilus *scriptum est. Apud scriptores* Quintillus.

Frater M. Aurelii Claudii qui imperavit, post eius mortem imperium arripuit et paulo post occisus est *vit. Claudii 12, Eutrop. 8, 12 (inde Orosius 7, 23), Epitome 34, 5;* venas solvit *vit. Aureliani 37, 6, Zosim. 1, 47, Zonar. 12, 26;* 'Dexippus Quintillum *(traditur* Claudium, *sed ex contextu apparet de Quintillo agi)* non dicit occisum, sed tantum mortuum' *vit. Claudii 12, 6.*

Regnavit dies septemdecim *Eutrop. (Oros.), Zonar. l. l.,* decimo octavo die imperii Aquileiae occisus *Hieronym. chron. ad a. Abr. 2287,* regnavit paucis diebus *Epitome l. l.,* diebus viginti *vit. Aureliani l. l.,* dies LXXXVII *Chronographus,* per paucos menses *Zosim. l. l., cui ex 'nummorum insigni copia' recte Eckhel VII p. 478 adstipulatus est.*

— M. Aurelius Cleander *v.* Cleander.

1230 Aurelius Clem[ens], ἔπαρχος ... *t. Aethiopicus mutilus CIG III 5089; Aegypti an Thebaidos supplendum sit, incertum est nec minus, ad quam aetatem pertineat.*

1231 M. AVRELIVS COMINIVS CASSIANVS. *Tituli: ei positi sunt VIII 2732 (1). 2733 (2). 2734 (3), VIII S. 18268 (4); ipse posuit VIII 2589 (5). 2657 (6); memoratur in t. VIII 2611 (7) et 6357 (8). Qui tituli praeter t. 8 Mastarensem omnes sunt Lambaesitani. Ad eum pertinere videtur fragmentum t. Lambaesitani VIII 2585 (9) positi tribus Augustis et Iuliae (a. 209/211), ubi nomen legati periit, superest* [co]s. designato cum Claud[ia] ....

Plena nomina, quae in omnibus titulis perscripta fuerant, hodie extant t. 1. 2. 3. 4. 5. 8, paululum mutilata in t. 6. 7. — Clarissimus vir *t. 1. 2. 3. 5. 8,* clarus et inlustris vir *t. 4.* — Legatus Augustorum pr. pr. (Numidiae) *t. 1–5. 8;* leg. Augg. *integra extant in t. 2. 8, altera* G *erasa est in t. 1. 3. 4. 5 item in principio t. 7* ///// Aug/ coss. = a. 208, *qui titulus a. 209 positus videtur; item tertia* G *in* Auggg. *t. 9. Fuit ergo legatus intra annos fere 209—212.* Consul designatus *t. 5. 9.* — [Patronus mun]icipii (Lambaesitanorum) *t. 5.* — Claudia .. (uxor?) *t. 9.*

1232 IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVGVSTVS = IMP. CAESAR L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS AVGVSTVS. Filius imperatoris M. Antonini et Anniae Faustinae natus est apud Lanuvium cum fratre Antonino gemino d. 31 mens. Augusti a. 161 *vita 1, 2; 10, 2 cf. Sueton. Calig. 8.* Antonino quadrimo elato Commodum Marcus et suis praeceptis et magnorum atque optimorum virorum erudire conatus est *(cf. Herodian. 1, 2, 1);* habuit litteratorem graecum Onesicratem, latinum Capellam Antistium, orator ei Ateius Sanctus fuit *vita 1, 5–6.* L. Vero petente *(vit. Marci 12, 8)* d. 10 mens. Octobris a. 166 puer cum fratre (Annio) Vero Caesar appellatus est *vita 1, 10; 11, 13.* L. Aurelius Commodus Caesar *sive* Commodus Caesar *in nummis patris Cohen III² p. 132 seq. Nomina primaria ei fuisse* L. Aelium Aurelium Commodum *et inde veri est*

simile, quod postea (v. infra) his nominibus ab a. 191 usus est, et comprobatur titulis quibusdam, ubi vivo patre ita nominatur inprimis dipl. mil. III S. LXXVI a. 178 ('imp. Caes. L. Aelius Aurelius Commodus Aug.') *cf. VIII 2366, XIV 2856.*

Adhuc in praetexta puerili congiarium dedit atque ipse in basilica Traiani praesedit *vita 2, 1 (cf. de nummis Cohen III² Commodus n. 291–294. qui huc spectare videntur, Eckhel VII p. 104).* Quarto decimo aetatis anno in omnia collegia sacerdotalia sacerdos adsumptus est XIII kal. Invictas *(cf. Dio 72, 15)* = d. 20 mens. Ianuarii a. 175 *vita 1, 10; 12, 1.* Cum Avidius Cassius in Syria rebellaret, Commodus in Germaniam profectus est XIIII kal. Aelias = d. 19 mens. Msi a. 175 *vita 12, 2.* Commodo ad limitem accersito Marcus togam virilem dedit *vit. Marci 22, 12* d. 7 mens. Iulii a. 175 *vita 2, 3; 12, 3.* 'Cooptatus est inter *tres solos princeps iuventutis *(cf. Mommsen, Staatsrecht II³ p. 827 n. 4),* cum togam sumpsit' *vita 2, 1;* princeps iuventutis *in nummis Cohen n. 605. 607. 610. 617 etc.* Profectus est commendatus militibus cum patre in Syriam et Aegyptum et cum eo Romam rediit *vita 2, 3 inde ab autumno fere a. 175 usque ad autumnum a. 176.* In eo itinere Smyrnae cum patre versatus est *Aristides or. XXII ed. Dindorf I p. 439.*

'Cum patre imperator appellatus est' *(id est: in consortium imperii recipitur)* d. 27 mens. Novembris a. 176 *vita 2, 4; 12, 4 cf. vit. Marci 16, 1. Tribuniciam potestatem (cf. vit. Marci 27, 5) utrum eodem tempore an paulo post acceperit a. 177, est cur dubitari possit (cf. Mommsen, Staatsrecht II³ p. 801 adn. 2) propter nummos quosdam Cohen n. 118. 733–738 inscriptos* tr. pot. cos. *Sed veri similius mihi videtur Commodum simul imperatoris nomen et tribuniciam potestatem accepisse et inscriptiones nummorum illorum haud accuratas esse, quales non semel in aliis imperatoribus deprehenduntur.* Triumphavit cum patre d. 23 mens. Decembris a. 176 *vita 12, 5. (Item cum patre triumphasse perhibetur vita 2, 4, vit. Marci 16, 1; 17, 3 = Eutrop. 8, 3 neque repugnat, quod Marcus dicitur* sedente filio ad triumphalem currum in circo pedes cucurrisse *vit. Marci 16, 2; nam per plures dies triumphum actum esse veri simile est).*

A. 177 consul I *fasti.* Eodem anno Augustus et pater patriae appellatus est; imp. L. Aurel(ius) Commodus Aug. *sive* imperator Commodus Aug. *sive* L. Aurelius Commodus Aug. *passim in nummis titulisque.* A. 178 pater priusquam ad bellum proficisceretur, (Bruttiam) Crispinam Commodo in matrimonium collocavit *Dio 71, 33, vit. Marci 27, 8, nummi.* Die 3 mens. Augusti a. 178 cum patre iterum in Germaniam profectus est *vita 2, 5; 12, 6.* Pater moribundus eum amicis et militibus commendavit *Dio 71, 34, Herodian. 1, 4 (aliter vit. Marci 27, 11; 28, 10).* Patre mortuo die 17 mens. Martii a. 180 Commodus solus imperium iniit *cf. A 537. Paulo post nomina mutavit et inde*

ab a. 180 usque ad a. 190 dicitur M. Aurelius Commodus Antoninus *sive* M. Commodus Antoninus *(sic plerumque in nummis cf. Eckhel VII p. 155). A. 191 paternis nominibus abiectis* L. Aelius Aurelius Commodus *(plerumque* Antonino *omisso) in nummis Eckhel VII p. 127 et titulis VI 992, VIII 305. 4211, XIV 22. 3449 etc.* — Consul II a. 179, III a. 181, IIII a. 183, V a. 186, VI a. 190, VII a. 192 *fasti.* Occisus est Romae d. 31 mensis Decembris a. 192 *vita 17, vit. Pertin. 4, 5–8, Dio 72, 22, Herodian. 1, 16–17, Eutrop. 8, 15, Victor Caes. 17, 7–9, Epitome 17, 5–6.*

Vxor (Bruttia) Crispina, concubina Marcia Aurelia Ceionia Demetrias.

— L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS = IMP. CAESAR L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS = L. CEIONIVS COMMODVS.

1233 [A]ur(elius) Concordiu[s], [v. p.?] *(cf. Hirschfeld, Untersuchungen aus der Römischen Verwaltungsgeschichte p. 148)* praefectus vigilum *VI 1226.*

1234 Aur(elius) Cons[tantin]us ex pro[c](uratore) ..... *III 3294 corr. III S. 10275 t. Pannoniae inferioris mutilus. Qua procuratione functus sit, ex vestigiis incertis litterarum post* PRO ... *non liquet.*

1235 AVRELIVS COTTA. Nero ei annuam pecuniam statuit anno 58, quamvis per luxum avitas opes dissipasset *Tac. a. 13, 34. Filius vel nepos Cottae Messalini videtur. — Potest idem significari Iuv. 7, 109* 'quae mittebantur amicis a Seneca, quae Piso bonus, quae Cotta solebat largiri', *ubi praedicantur patroni liberales aetatis Claudiorum.*

1236 M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS = M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS MESSALINVS, consul a. 20 p. C. cum M. Valerio Messalino. Filius M. Valerii Messallae Corvini et Aureliae cuiusdam e stirpe Cottarum *schol. ad Pers. 2, 72, Plin. n. h. 10, 52, Ovid. ex Ponto 4, 16, 41 sqq. cf. 3, 2, 103:* 'adde, quod est animus semper tibi mitis et altae indicium mores nobilitatis habent, quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor, quod Numa maternus non negat esse suos, adiectique probent genetiva ad nomina Cottae, si tu non esses, interitura domus'. 'Magni Messallae lippa propago' *Persius sat. 2, 72, ubi scholiasta:* Cottam Messalinum dicit — — hic ab Aurelio Cotta adoptatus M. Aurelius Maximus vocabatur originem trahens a Valerio Messalla *etc. Immo* M. Aurelius Cotta Maximus, *ut apparet ex titulo* M. Aurelii Zosimi Cottae Maximi liberti et accensi *XIV 2298 et ex Ovidii epistulis ex Ponto, ubi appellatur sive* Cotta *3, 2, 1; 4, 16, 41 sive* Maximus *1, 5, 2. 9; 1, 9, 16. 32. 50; 2, 3, 1 sive* Maximus Cotta *3, 5, 6; 4, 16, 41. In consulatu* M. Aurelius Cotta *fasti Arval., Dio ind. l. 57 sive* M. Aurelius *VI 10051, Tac. a. 3, 7 sive* Cotta *fasti.* (Valerius) Messalinus mortuus Cottae fratri cognomen suum reliquit *Velleius 2, 112, 2;* Cotta Messalinus *sive* Messalinus Cotta *Tac. a. 2, 32 (ubi* C. Cotta *traditur); 4, 20; 5, 3; 6, 5; 12, 22, Plin. n. h. 10, 52, ind. l. 14. 15.* Cotta *apud Iuvenalem*

Hunc non solum nomina Aurelii Cottae sumpsisse, sed etiam adoptione in domum Aureliam transiisse cum confirmet scholiasta Persii, quamquam Ovidius tantum naturalium propinquorum meminit, non video cur negandum sit. Optime enim consuetudini clararum gentium eius aetatis convenit, ut Corvinus, cum duos filios haberet, alterum Aurelio cuidam Cottae viro nobili liberis carenti in adoptionem daret.

M. f. *Dio index l. 57.* Consul anno 20 *fasti.* Sententiae ab eo in senatu dictae anno 16 *Tac. a. 2, 32,* a. 24 *ibd. 4, 20,* anno 29 *ibd. 5, 3;* accusatus a Tiberio defensus a. 32 *ibd. 6, 5. 7.* Egens ob luxum, per flagitia infamis *ibd. 6, 7. Liberalitas praedicatur in titulo liberti; in hominibus nobilibus et liberalibus (aetatis Augusti) nominatur Iuvenal. 7, 95, (ut vulgo putatur etiam 5, 108 sed hic, ubi componuntur 'Seneca, Piso bonus, Cotta' rectius mihi de posteriore quodam Cotta Claudiorum aetatis cogitandum esse videtur cf. A 1235).* Tam vitiosos oculos in senectute habuit, ut palpebrae eius in exteriorem partem verterentur; fuit enim et multis deditus vitiis *schol. Persii.* — Patruus maior Lolliae Paulinae *Tac. a. 12, 22.* — *Incertum est, num idem intellegendus sit* Messalinus e consularibus patriciis hirudinibus occisus *Plin. n. h. 32, 123.*

Amicus Ovidii, qui ad eum scripsit epistulas ex Ponto *1, 5; 1, 9; 2, 3; 2, 8; 3, 2; 3, 5.* Orationem ab eo in iudicio centumvirali habitam legit Ovidius Tomis *ex Ponto 3, 5, 7 sqq.;* carmina fecit *ibd. 3, 5, 37 sqq. cf. 4, 16, 41.* Auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 14. 15,* inventum coquinarium eius *ibd. 10, 52.*

Diversos esse Cottam Messalinum et M. Aurelium Cottam consulem a. 20 et hunc quidem filium illius statuit Nipperdey ad Tac. a. 3, 2 ea re, ut opinor, motus, quod Tacitus consulem M. Aurelium *3, 2* Aurelium Cottam *3, 17 dicit, contra alias semper utitur* Cotta Messalino. *Sed ut ponamus Tacitum re vera duos homines distinguere voluisse, Tacitum errasse statuendum est. Fieri enim vix potuit, ut Cotta Messalinus a. 20 haberet filium aetatis consularis, quippe qui ipse diceretur* 'iuvenis' *ab Ovidio in epistulis ex Ponto intra a. 12—17 scriptis 2, 3, 55; 3, 2, 7. 37. Cum autem absque eo domus Cottarum interitura fuerit, ne de alio quidem Cotta cos. a. 20 cogitari potest.*

1237 Aurelius Da . . . ., [pra]es(es) prov(inciae) Ma[ur.] [Sitif.] *Ephem. ep. 5, 941 t. Sitifensis.*

1238 M. Aurelius Decimus, vir perfectissimus p(raeses) p(rovinciae) N(umidiae) a. 283/284 *in t. Numidicis VIII 2529. 2530. 2643. 2663. 2678 (?). 2717. 4221. 4222. 4578. 7002, VIII S. 18288,* ex principe peregrinorum *VIII 2529. 2663. 2678 (?). 4578. 7002, VIII S. 18288.*

1239 Aur(elius) Dionysius, procurator Augusti *III 535 t. Corinthius.*

1240 M. AVR(ELIVS) DVBITATVS, vir clarissimus, plurimis militiae honoribus functus *V 4870.*

1241 M. AVR(ELIVS) DVBITATVS, vir clarissimus, filius patris cognominis, pater C. Centullii Fortunati *V 4870 t. Benacensis.*

1242 T. Aurelius Egatheus, imperatoris Antonini Augusti libertus, a codicillis *VI 8440 t. bilinguis. Idem* Egatheus *memoratur a Frontone ad Marcum Caesarem 2, 16 p. 37 N., ubi de codicillis Matidiae iunioris ad Faustinam filiasque pertinentibus agit:* 'unde nihil Egatheus acceperit' *(cf. Front. ad amicos 1, 14). Quod pertinere ad munus illud in titulo memoratum contendit Hirschfeld, Untersuchungen etc. p. 60 adn. 2; contra dixit Friedländer, Sittengeschichte I⁶ p. 192.*

1243 Aurelius Elpidiphorus, procurator Augustorum *CIG 1329 t. Lacedaemonius; eiusdem* Αὐρ. Ἐλπιδηφόρου τοῦ κρατίστου *videtur* uxor Cl(audia) Septimia Nicarete *honorata t. Synnadis reperto Revue archéologique 1876 p. 200.*

— T. AELIVS AVRELIVS EPIANVS.

1244 Aurelius Eubulus, Hemesenus, τοὺς καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος (= a rationibus) simul cum Elagabalo a. 222 occisus *Dio 79, 21.*

1245 Aur(elius) Euphrates, procurator Augusti *honoratus titulo Milesio Revue archéologique 1874 p. 110. Fortasse idem atque* Euphrates a rationibus sub Marco *Galenus XIV p. 4 K. cf. infra E 92.*

1246 Aurelius Felicissimus, egregius vir, procurator, patronus municipii Trebulanorum Mutuescanorum, maritus Aureliae Crescentiae *IX 4894 t. Trebulanus anno 243 dedicatus.* (M. Aurelius M. f. Pom. Felicissimus splen. equ. *(sic)* Rom., *qui nominatur in t. Grumentino male descripto X 223, num idem sit, plane incertum est*).

1247 Aurelius Felix. *Titulus eius sepulcralis urbanus IGI 1480:* [πράξας στρατείας] τρεῖς, κεντηναρίαν, δουκηναρίαν καὶ τοὺς καθ' ὅλου λόγους ἐπ[ιτροπεύσας], *id est* a tribus militiis, procurator centenarius, ducenarius, summarum rationum; Aurelius Iustus filius *idem tit.*

1248 Aurelius Festivus, Aureliani Augusti libertus citatur de Firmo, qui contra Aurelianum rebellavit *quadr. tyr. 6, 2.*

1249 M. Aurelius Fidelis, procurator, maritus Luciliae Terentiae *VIII S. 19510 t. Cirtensis.*

1250 Aurelius Flaccus, pro[c](urator) .... *memoratur in t. Arelatensi mutilo XII 671.*

1251 L. AVRELIVS FLACCVS, consul *(suff. anno incerto)* cum Q. Antonio I[sa]u[rico?] *VI 2017 fasti feriarum Latinarum.*

1252 M. Aurelius Fortunatus, vir egregius, praefectus leg. III Aug. sub Aureliano, maritus Aeliae Optatae clarissimae feminae *VIII 2665 t. Lambaesitanus.*

1253 Au[r](elius) Frontinianus, [Aurelii] Honorati et Aur(eliae) Iul(iae) Heracliae filius *III 6034 t. Gerasenus.*

1254 AVRELIVS FVLVVS, consul, filius T. Aurelii Fulvi, maritus Arriae Fadillae, gener Arrii Antonini et Boioniae Procillae, pater T. Aurelii Fulvi qui imperavit, homo tristis et integer *vit. Pii 1.* Sub imperio

filii statua ei decreta est *ibd. 5, 2. Nominatur VI 9355, ubi memoratur dispensator* Boioniae Procillae et Aureli Fulvi. — *Videtur consul ordinarius fuisse a. 89, cuius anni consules nominantur* Fulvus et Atratinus *VI 9326 (item recte Chronographus cf. fastos), praesertim cum praeter familiam imperatoris Pii nulla alia gens nobilis aetatis imperatoriae adhuc innotuerit, cui esset cognomen Fulvi.*

1255 T. AVRELIVS FVLVVS, consul I a. 85 cum imperatore Domitiano XI. *Memoratur in titulis gemellis Ziatae Armeniae maioris repertis III S. 6741 (1). 6742 (2); in tertio eiusdem tituli exemplo III S. 6742a nomina huius perierunt praeter* [Fu]lvo.

In consulatu: Fulvus *fasti.* — T. Aurelius Fulvus *t. 1. 2; vit. Pii 1, 2;* Fulvus (Fulvius *traditur*) Aurelius *Tac. h. 1, 79.* — Origine Nemausensis *vit. Pii l. l.* Legatus Aug. legionis III Gallicae a. 64 *t. 1. 2;* a. 69 legatus legionis eiusdem ob res adversus Sarmatas bene gestas ab imperatore Othone consularibus ornamentis donatus *Tac. l. l.;* consul I a. 85 *fasti;* per honores diversos ad secundum consulatum et praefecturam urbis pervenit *(incertum quo anno) vit. Pii l. l.* — Pater Aurelii Fulvi consulis (a. 89?), avus T. Aurelii Fulvi Arrii Boionii Antonini qui imperavit *ibd.*

1256 M. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS, filius imp. Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii p. p. *VI 988 t. sepulcralis in mausoleo Hadriani. De tempore mortis vide in patre.*

1257 T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS. *Privatus memoratur in titulo Ephesino CIG 2965 = Lebas-Waddington 146 (1) et, ut videtur, in tegulis anni 134 X 8048, 32 (2), XV 92 (3). 93 (4). 94 (5). 95 (6). Post adoptionem, sed ante mortem Hadriani ei positi sunt t. urbanus VI 988 (7), Dacicus Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XVII (1894) p. 224 (8). Incertum est, num ad eum pertineat t. Tifernas Tiberinus cf. A 892.*

Natus est d. 19 mensis Septembris a. 86 in villa Lanuvina *vita 1, 8; diem natalem confirmant fasti Philocali I^2 p. 272 et VI 10234.* Filius Aurelii Fulvi consulis *(a. 89?)* et Arriae Fadillae, nepos T. Aurelii Fulvi *(consulis I a. 85);* per matrem nepos Arrii Antonini *(cos. I a. 69)* et Boioniae Procillae; vitricus eius Iulius Lupus, soror uterina Iulia Fadilla *vita 1 (cf. stemma quod subieci).* T. Aurelius Fulvus Boionius Antoninus *vita 1, 1 (ubi male additur* Pius), T. Aurelius Antoninus Fulvius *(sic) Eutrop. 8, 7,* T. Antoninus Fulvius Boionius *id. 8, 8,* Aurelius Antoninus *Dio 69, 20, Victor Caes. 15, 1,* Antoninus Fulvius seu Boionius dictus *Epitome 15, 1,* Arrius Antoninus *vita 4, 2, vit. Hadriani 24, 1, ceterum* Antoninus *apud scriptores. In consulatu primo:* T. Aurelius Fulvus *VI 2080. 9100. 27041,* T. Aurelius F[ulvus Arrius] ..... Antoninus *VIII 8239.* — T. Aurelius Fulvus Antoninus

t. 1, in tegulis Arrius Antoninus *t. [2.] 3. 4*, Ful(vus) Antoninus *t. 5*, Antoninus *t. 6*.

Educatus Lorii in Aurelia pueritiam egit cum avo paterno, mox materno *vita 1, 8. 9*. Quaestor liberalis, praetor splendidus *vita 2, 9*, consul I a. 120 cum L. Catilio Severo *fasti*. Ab Hadriano inter quattuor consulares, quibus Italia committebatur, electus est ad eam partem Italiae regendam, in qua plurimnm possidebat *vita 2, 11 cf. 3, 1*. Proficiscens ad proconsulatum filiam maiorem (= Aureliam Fadillam) amisit *vita 3, 6*. Proconsul Asiae *vita 3, Marcianus Digest. 48, 3, 6, t. 1 circa a. 135;* res eius cum Polemone sophista *Philostratus vit. soph. 1, 25, 3* et Herode Attico *ibd. 2, 1, 8*. Post proconsulatum in consiliis Hadriani Romae frequens vixit *vita 3, 8*.

Post mortem L. Aelii Caesaris (kal. Ianuariis a. 138) Hadrianus Antoninum ea lege in adoptionem elegit, ut ille M. Annium Verum et L. Commodnm filium L. Aelii Caesaris sibi adoptaret *Dio 69, 20. 21, vita 4, vit. Marci 5, 1, Veri 2, 2, Severi 20, 1 (nominibus vel adoptionibus confusis vit. Hadriani 24, 1, Aelii 5, 12; 6, 9; 7, 2)*, die 25 mensis Februarii a. 138 *vita 4, 6 (cf. CIL I² p. 310 V kal. Mart.)* factusque est patri et in imperio proconsulari et in tribunicia potestate collega *vita 4, 7. Post adoptionem* Imp. T. Aelius Caesar Antoninus trib. potest. *t. 8 idem addito* cos. *t. 7, in nummis* Imp. T. Aelius Caesar Antoninus *Eckhel VII p. 2, Cohen II² Pius n. 128–133. 144. 597–606 etc.* Post mortem Hadriani (die 10 m. Iulii a. 138) solus imperium iniit et Pii appellationem recepit *vita 5 paulo post initium imperii, ut docent nummi. Primum* Imperator T. Aelius Caesar Antoninus Aug. *Eckhel p. 3, Cohen n. 663. 664; deinde* Imperator T. Aelius Caesar Hadrianus Antoninus Ang. Pius *in nummis sive* Imperator Caesar T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius *sive* Antoninus Aug. Pius *passim in titulis nummisque*. Consul II a. 139, III a. 140, IIII a. 145 *fasti*. Mortuus est die 7 mensis Martii *(qui dies imperii M. Aurelii ex Dione 71, 33 collato ibd. c. 34 colligitur)* a. 161 apud Lorium *vita 12, Eutrop. 8, 8, Epitome 15, 7*.

Vxor Annia Galeria Faustina *v. A 552*. Filii mares duo, duae feminae *vita 1, 7, scilicet* M. Aurelius Fulvus Antoninus, M. Galerius Aurelius Antoninus, Aurelia Fadilla, Annia Galoria Faustina. Ἄπαις ἀρρένων παίδων tempore adoptionis *Dio 69, 21; tituli sepulcrales filiorum VI 989. 990 certe positi sunt non ante a. 139, quo mausoleum Hadriani perfectum et Pius pater patriae nuncupatus est. At in filiis idem fieri potuit, quod factum est in filia maiore, ut ossa ante mortuorum postea mausoleo inferrentur. De nummo autem urbis Graecae nescio cuius, qui ab altera parte exhibet caput M. Galerii Antonini cum inscriptione* Μ. Γαλέριος Ἀντωνεῖνος αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου υἱός, *ab altera caput velatum Faustinae cum inscriptione* θεὰ Φαυστεῖνα, *recte iam Eckhel VII p. 42 observavit propter velationem capitis in-*

tellegendam esse divam Faustinam neque licere inde quod cum Augusta mortua filius mortuus quoque in moneta sociatus est, colligere eum imperante demum patre obiisse. — Galeria [Aug(ustae) liber]ta Lysistrate concubina divi Pii *memoratur VI 8982.*

Subiecimus stemma Aureliorum Fulvorum:

T. Aurelius Fulvus *cos. II* — Arrius Antoninus, Boionia Procilla

Aurelius Fulvus *cos.* ⁀ Arria Fadilla ⁀ Iulius Lupus

T. Aurelius Fulvus = Pius ∾ Annia Galeria Faustina — Iulia Fadilla

M. Aurelius Fulvus Antoninus — M. Galerius Aurelius Antoninus — Aurelia Fadilla — Annia Galeria Faustina.

1258 AVRELIVS GALLVS. *Nummi extant permulti Marcianopolis et Nicopolis ad Istrum, qui in adversa exhibent capita cum inscriptionibus nominum a) Septimii Severi b) Antonini c) Getae d) Iuliae Domnae e) Fulviae Plautillae, in aversa* ΥΠ *vel* ΥΠΑτικοῦ ΑΥΡηλίου ΓΑΛΛΟΥ. *Exempla ex catalogis Musei Berolinensis (Beschreibung der antiken Münzen etc. I) = B et Musei Londinensis (Catalogue of the Greek coins of Thracic Chersones etc.) = L sunt haec: a) B p. 74 n. 6, 7, L p. 28 n. 2, p. 42 n. 7; b) B p. 77 n. 28; c) L p. 46 n. 35; d) B p. 76 n. 24, L p. 44 n. 20. 21; e) B p. 80 n. 40. 41, L p. 46 n. 33. Plurimi praeterea inveniuntur in iisque non pauci male descripti apud Mionnet S. II p. 71. 72. 78. 119–123. 134. 137–139. 143–144.*

Legatus Aug. pr. pr. Moesiae inferioris sub Septimio Severo circa a. 202/205 *ut ex nummis Fulviae Plautillae apparet. Potest filius esse eius, qui sequitur.*

1259 L. AVRELIVS GALLVS, consul a. 174 cum Q. Volusio Flacco Corneliano. — *Titulus eius VI 1356.* — *In consulatu:* L. Aurelius Gallus *in t. Foroclodiano Notizie degli scavi 1889 p. 8, ceterum* Gallus *fasti.* — L. Aurelius *tit.*

L. f., tribu Quir.; quaestor provinciae Asiae, tribunus plebis, praetor, legatus provinciae Africae, curator viae Clodiae Anniae Cassiae Ciminiae et novae Traianae, legatus Aug. legionis III Gallicae, proconsul provinciae Narbonensis, praefectus frumenti dandi, praefectus aerarii Saturni, consul *tit.*

1260 AVRELIVS GERMA[N....], c(larissimus) p(uer?) *III S. 8913 t. Salonitanus mutilus semel descriptus.*

1261 AVRELIVS GORDIANVS, consul III non. Febr. a. 275 *vit. Aureliani 41, 3 in actis senatus fictis.*

— (AVRELIVS?) HADRIANVS *v.* HADRIANVS.

1262 Aurelius Herculanus, vir egregius, ducenarius *(procurator, ut videtur), filius vel gener* Vlp(ii) Valerii Aureliani viri egregii, centenarii, pater Vlpiae Aureliae Valeriae *III 6155 t. Tomitanus.*

1263 Aurelius Hermophilus, procurator Augusti *honoratus t. graeco Ephesino Wood, discoveries at Ephesus, inscriptions from the site of the temple of Diana n. 1.*

1264 [Aurelius] Honoratus, vir egregius, procurator Aug....., Aur(elia) Iul(ia) Heraclia coniunx, Au[r.] Frontinianus filius *III 6034 t. Gerasenus.*

1265 Aurelius Hymen[ae]us (ΥΜΕΝΝΟΝ *traditur*, ΜΕΜΜΙΟΝ *scripsit Boeckh*, ΥΜΕΝΑΙΟΝ *restituit Dittenberger*), procurator Augusti *CIG 1078 corr. Inscriptiones Graeciae Septentrionalis I 92 t. Megarensis.*

1266 Aurelius Ianuarius, vir egregius *memoratur in t. Cemenelensi V 7879 sub Valeriano et Gallieno imperatoribus posito; fortasse praeses Alpium maritimarum.*

1267 IMP. CAESAR M. AVRELIVS IVLIANVS AVGVSTVS. *Plena nomina exhibent nummi Eckhel VII p. 521, Cohen VI² p. 410;* Iulianus *Victor Caes. 39, 10, Polemius Silvius p. 522 Chron. minor. I ed. Mommsen (ubi male* sub Numeriano tyrannus fuit), Sabinus Iulianus *Epitome 39, 3, Zosim. 1, 73 = Ioannes Antioch. Fragm. Hist. Graec. IV p. 600 cf. quae adnotavit Mendelssohn ad Zos. l. l. p. 53.*

Corrector Venetiae *Victor l. l.*, τὴν ὕπαρχον ἀρχὴν ἔχων *(= praefecturam praetorii ut videtur) Zosim. l. l. omnino falso. De correctura Venetiae dubitavit Mommsen Ephem. ep. 1 p. 140, at cf. quae disputavi Rheinisches Museum XLVII (1892) p. 14.* Cari morte cognita in regione Transpadana imperium sumpsit, sed a Carino in campis Veronensibus victus et occisus est *Victor, Epitome, Zosim. l. l. Pannonias a partibus eius stetisse docent nummi Cohen n. 5 in aversa inscripti* Pannoniae Aug.

1268 M. Aurelius Iulianus. *Tituli: VI 1596 melius XIV 2463 (1) Marinensis positus a genero, V 4323 (2) Brixianus publice dedicatus; memoratur in fistula plumbea prope Romam reperta Lanciani, sylloge aquaria n. 236 (3).*

M. Aurelius Iulianus *t. 1. 3,* Aurelius Iulianus *t. 2.* — A rationibus et a memoria *t. 1,* a memoria *t. 3;* praefectus praetorio, eminentissimus vir *t. 2.* — Patronus Brixianorum *t. 2.* — Socer Sex. Pedii Iusti *t. 1.*

1269 Aurelius Iulius, vir perfectissimus, a(gens) v(ices) p(raesidis) (Baeticae) dedicavit Floriano *(a. 276) t. II 1115,* Probo *(a. 276/281) II 1116 Italicenses;* curator rei publicae Italicensium *II 1116, ubi errore lapicidae nomen curatoris praeteritum esse coniecit Mommsen.*

1270 M. AVRELIVS IVLIVS, vir clarissimus, augur, praeses provinciae (Dalmatiae) *III 1938 t. Salonitanus. — Ad quem t. III S. 8568 adnotatum est haud improbabiliter Cavedonium suspicatum esse M. Aurelium Iulium haud diversum esse a Maurelio praeside Dalmatiae nominato in actis Domnii primi Salonitanorum episcopi. At acta illa*

(AA. SS. 11 April. II p. 7 sqq.) medio aevo satis inepte conflata sunt neque ullam omnino merentur fidem historicam.

— L. Baebius Aurelius Iuncinus.

1271 Aurelius Iustus, filius Aurelii Felicis, πράξας στρατείας τρεῖς, σεξαγηναρίας προ[φῶν] ..... [ἐπιτροπεύσας] *vel simile quid IGI 1480 t. urbanus sepulcralis patris;* a tribus militiis, procurator sexagenarius alimentorum.

1272 Aurelius Larichus *dicitur* ὁ κράτιστος *in t. Lycio* Vlpiae Philae uxoris *CIG 4273 = Lebas-Waddington 1258; fortasse procurator.*

1273 Aur(elius) Marcellinus, vir perfectissimus, du(x?) duc(enarius?) *memoratur in titulo Veronensi V 3329, qui spectat ad muros urbis a. 265 restitutos.*

— AVRELIVS MARCIANVS *v.* AELIVS MARCIANVS.

1274 Aur(elius) Marcianus, vir perfectissimus, praeses provinciae Del(matiae) a. 277 *III S. 8707 t. Salonitanus.*

1275 IMP. CAES. M. AVRELIVS MARIVS AVGVSTVS. *Plena nomina imperatoris exhibent nummi de Witte, Empereurs des Gaules p. 121 sqq. tab. 31;* Marius *apud scriptores.* Faber ferrarius post (Cassianii Latinii) Postumi et (Vlpii Cornelii) Laeliani necem a militibus, quamvis militiae non satis clarus, imperator creatus et post biduum (secundo die *Eutrop.*) occisus est *Victor Caes. 33, 9–12, Eutrop. 9, 9, vit. trig. tyr. 8, qui pariter ex eodem fonte hauserunt. Auctor vitarum trig. tyr. nugas quasdam addidit et ordinem tyrannorum quos dicit ita confudit, ut Marium (Piavonio) Victorino interfecto imperatorem nuncupatum esse scriberet 8, 1 opera Vitruviae sive Victoriae 5, 3 (aliter 31, 2). — Marium plus quam biduum imperasse docet copia nummorum qui extant, ut recte observavit Eckhel VII p. 454.*

1276 M. Aurelius Masculus. *Tituli: ei positus V 7881 (1) Cemenelensis, memoratur in t. Ostiensi Ephem. ep. 7, 1210 (2). — Plena nomina exhibet t. 1,* Aurelius Masculus *t. 2.* — A. 239 tribunus cohortis VI vigilum praepositus vexillationi (vigilum Ostiensi) *t. 2;* vir egregius, praeses (Alpium maritimarum) *t. 1.*

— Aurelius *Me[mmi]us *v.* Aurelius Hymen[ae]us.

— Aurelius Merithates *v.* Merithates.

1277 Aurelius Mucianus, vir perfectissimus, p(raeses) p(rovinciae) R(aetiae) *III 5785 t. Raeticus.*

1278 Aurelius Nemesianus, frater Aurelii Apollinaris, tribunus praetorianorum a. 217 particeps coniurationis in Antoninum Severi filium *Dio 78, 5, vit. Caracall. 6, 7.*

1279 Aurelius Nemesianus Olympius, poeta. Aurelius Nemesianus, poeta Carthaginiensis *in subscriptionibus eclogarum Calpurnii cf. M. Haupt, opuscula I p. 372 sqq..* Numerianus imperator cum Olympio Nemesiano contendit, qui ἁλιευτικά κυνηγετικά et ναυτικά scripsit *vit. Cari 11, 2;* res filiorum 'divi Cari' *(a. 284)* se celebraturum esse promittit

Nemesianus cynegetic. v. 63 sqq. — *Citatur* Olympius *schol. ad Statii Theb. 2, 58; 5, 389.*

— L. IVNIVS AVRELIVS NERATIVS GALLVS FVLVIVS MACER.

1280 AVR(ELIVS) NICANDER, ὁ λαμπρότατος = *vir clarissimus* Aureliae Cyrillae nepti *titulum sepulcralem posuit IGI 1487 urbanum.*

1281 [L. Aurelius] Nicomedes. L. Verus educatorem habuit Nicomedem *vit. Veri 2. Titulum eius sepulcralem urbanum sic fere restituit Henzen VI 1598:* [L. Aurelius Nicomedes, qui et] Ceionius et Aelius vocitatus est, L. Caesaris fuit a cubiculo et divi Veri imp(eratoris) nutr[itor], [a divo Antonino Pio equo publico et sac]erdotio Caeniniensi, item pontif(icatu) min(ore) exornatus, ab eodem proc(urator) ad silic(es) et praef(ectus) vehicul(orum) factus, et ab imp(eratore) Antonino [Aug. et divo Vero cura copiarum exercit]us *(haec supplementa non certa sunt cf. Hirschfeld, Untersuchungen p. 101 adn. 1 et Mommsen, Staatsrecht II*[3] *p. 1031 adn. 2)* ei iniunct[a] hasta pura et vexillo et corona murali donatus, proc(urator) summarum rat(ionum). — Ceionia Laena uxor.

1282 IMP. CAESAR M. AVRELIVS NVMERIVS NVMERIANVS AVGVSTVS. *Plena nomina exhibet t. Mutinensis XI 827 (incertum an et t. Numidicus VIII 10283);* M. Numerius Numerianus *II 4909, XII 5672; ceterum in titulis nummisque* M. Aurelius Numerianus, *apud scriptores* Numerianus.

Filius natu minor M. Aurelii Cari *vit. Cari 10,* a patre imperatore facto Caesar nuncupatus *vit. Cari 7. 16, Victor Caes. 38, 1, Eutrop. 9, 18, Epitome 38, 2.* Nobilissimus Caesar *in t. supra allatis et VIII 10157. 10144, Ephem. ep. 7, 603, X 8013 etc. et in nummis Cohen VI*[2] *Numerianus n. 9. 18. 40. 65. 66. 68. 72–76 etc. vel* Imp. Caesar M. Aurelius Numerianus nobilissimus Caesar *Cohen n. 13. 114. 115, similiter in nummis Alexandrinis, qui primum (Cari) annum indicant* A. K. M. A. Νουμεριανὸς Κ(αῖ)σ(αρ) *Catalogue of the Greek coins in the British Museum, Alexandria p. 319 n. 2462. 2463 cf. Eckhel VII p. 516.* Imperator M. Aurelius Numerius (?) Numerianus nobilissimus Caesar *VIII 10283, nonnunquam in titulis haud accurate* Augustus *additur veluti II 4793, VIII 5332.*

Carum in Persidem comitatus post mortem patris Augustus nuncupatus cum Carino fratre imperium tenuit *vit. Cari 7. 12.* Imp. Caesar M. Aurelius Numerianus Augustus *in titulis nummisque.* Consul a. 284 cum Carino fratre *fasti.* Exercitum romanum e Persidis finibus reducens, cum ex oculorum dolore in lectica portaretur, factione Apri praefecti praetorio et soceri sui occisus est *vit. Cari 12, Victor Caes. 38, 6–8, Eutrop. 9, 18, Epitome 38, 4, Orosius 7, 24. 25.*

Regnavit dies triginta post mortem patris *Syncellus p. 724. Nummi Alexandrini iique non rari tertium annum indicant, unde nihil sequitur nisi necem Numeriani per aliquantum temporis post kal. Septembres*

a. 284 Alexandriae ignotam fuisse. Diocletianum imperatorem salutatum esse a. d. XV kal. Octobres Chalcedone *refert Chronicon Pasch. p. 510 ed. Bonnensis. At recte mihi videtur Seeck, Geschichte des Untergangs der antiken Welt I p. 409 diem imperii Diocletiani statuisse d. 17 m. Novembris a. 284. Certe secundo semestri a. 284 Numerianus occisus est.*

— Aurelius Pacorus *v.* Pacorus.

— Q. AVR(ELIVS) PACTVM[EIVS ...] CLEM[ENS] *v.* PACTVMEIVS.

1283 M. Aurelius Papirius Dionysius *honoratus titulo urbano a fine mutilo IGI 1072 = CIG 5895 (1):* τὸν κράτιστον καὶ ἐνδο[ξ]ότατον ἔπαρχον Αἰγύπτο[υ] καὶ ἔπαρχον εὐθενίας, ἐπὶ βιβλειδίων καὶ διαγνώσεων (*sic est in lapide, non ut antea legebatur* ἀναγνώσεων) τοῦ Σεβαστοῦ, ἔπαρχον ὀχημάτων καὶ δουκηνάριον ταχ[θέντα] καὶ περὶ τὴν Φλαμινίαν ἐπιτη[δείων] σύμβουλόν τε τοῦ Σεβαστοῦ ..... *Ad eundem pertinere videtur titulus Antiatinus acephalus X 6662 (2) ab Antiatibus publice positus* ..... [a libellis et a cognitionibus? imp. Commodi] Pii Felicis Aug., ducenario praef(ecto) vehicul(orum), a copi(i)s Aug(usti) per viam Flaminiam, centenario consiliario Aug(usti), sacerdoti confarreationum et diffarreationum, adsumpto in consilium ad HS $\overline{LX}$ m(ilia) n(ummum) iurisperito. *Ad eundem spectat t. Sagalassensis Lanckorońskí, Städte Pamphyliens und Pisidiens II p. 228 n. 207 (3):* [Μ]ᾶρκον Αὐρήλιον Παπείριον Διονύσιον τὸν ἑαυτῶν εὐεργέτην.

Fuit ergo consiliarius Augusti sexagenarius, postea centenarius *t. 2,* praefectus vehiculorum et a copiis Augusti per Flaminiam ducenarius *t. 1. 2,* a libellis, a cognitionibus, praefectus annonae, praefectus Aegypti *t. 2.* — Sacerdos confarreationum et diffarreationum *t. 2.*

Idem est Papyrius Dionysius praefectus annonae a Commodo *(circa a. 189)* occisus *Dio 72, 13. 14 cf. Aelian. apud Suid. (= fragm. 86 ed. Hercher) s. v.* ἐλοιδόρησε: ὁ δὲ Κλέανδρος ἐλοιδόρησε τὸν ὕπατον τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἀρχῆς κωμῳδῶν καὶ παραλύει αὐτὸν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἀδικοῦντα. *Summotus igitur a praefectura Aegypti ad annonae praefecturam quamvis munus inferius rediit.*

1284 M. Aurelius Papirius Socrates, M. f., vir perfectissimus, pater *filii ordinis senatorii cui t. posuit mutilum acephalum VI 1357 cf. A 1190. — Vel idem vel pater huius est* Papirius Socrates, vir egregius, frater Papirii Spori, primipilaris, tribuni cohortis I urbanae Antoninianae *(sub Caracallo vel Elagabalo) VI 2861.*

1284a L. Aurelius Patroclus (L. Aurelius .. tr ... cius *vel* .. tr ... clus *lectum est in altero miliario,* .... ius Patroclus *in altero*), praefectus Sardiniae a. 46 *miliarii duo Sardiniae Ephem. ep. 8, 744, Notizie degli scavi 1892 p. 289.*

1285 Aurelius Philippus, magister Severi Alexandri, libertus patris(?) eius, qui vitam Alexandri postea in litteras rettulit *vit. Alexandri 3, 2.*

1285a M. Aurelius Philippus, filius M. Aurelii Cassiani, frater M. Aurelii Cassiani, tribunus cohortis I Flaviae miliariae Bryttonum Maluensis una cum fratre patri posuit *t. Thessalonicensem Archäologisch-Epigraphische Mittheil. a. Oesterreich XVII (1894) p. 117 = III S. 13704.*

1286 AVRELIVS PIVS, senator a. 15 *Tac. a. 1, 75.*

1287 Aurelius Probus, baphiis praepositus genus purpurae invenit, quae vulgo Probiana dicitur *vit. Alexandri Severi 40, 6, aetate Alexandri ut videtur, cf. Hirschfeld, Untersuchungen p. 193 adn. 1.*

1288 IMP. CAESAR M. AVRELIVS PROBVS AVG. *Plena nomina indicant tituli imperatoris et nummi.* Aurelius Valerius Probus *vita 11, 5 in actis senatus fictis, quorum auctor Aurelii Valerii Diocletiani meminisse videtur;* Equitius Probus *Epitome 36, 2. Ceterum* Probus *apud scriptores.*

Oriundus ex oppido Sirmio *vita 3, 1; 21, 2, Victor Caes. 37, 4,* 'genitus patre agresti hortorum studioso Dalmatio nomine' *Epitome 37, 1;* 'Probo, ut quidam in litteras rettulerunt, pater nomine Maximus fuit, qui cum ordines honestissime duxisset, tribunatum adeptus apud Aegyptum vita functus est uxore ac filio et filia derelictis' *vita 3, 2,* Claudia soror *ibd. 3, 4. Quae de muneribus militaribus Probi et de rebus ab eo ante imperium gestis vita 3–9 enarrantur, partim sine dubio falsa fictaque sunt, partim suspectae fidei.* Tribunatum prope imberbis a Valeriano accepit *ibd. 3,* ab eodem bello Sarmatico donis militaribus donatus et legioni III Felici *(sic)* praepositus est *ibd. 5,* ab Aureliano decimanis *ibd. 6;* Tacitus ei totius orientis ducatum *(sic)* decrevit *ibd. 7.* Tacito mortuo, cum Florianus imperium arripuisset et a senatu agnitus esset, Probus in oriente a militibus imperator factus est; καὶ Πρόβος μὲν εἶχε Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν, τὰ δὲ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰταλίας Φλωριανός· ὑπήκουον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ καὶ προσέτι γε ἅπασα Λιβύη καὶ τὰ Μαυρούσια φῦλα, Florianus in oppido Tarso a Probo obsessus a militibus occisus est et Probus solus imperium tenuit *Zosim. 1, 64 (eadem ex eodem auctore brevius Zonar. 12, 29 p. 154 ed. Dindorf).* Consul I a 277, II a. 278, III a. 279, IIII a. 280, V a. 281 *fasti.* Occisus Sirmii a militibus *vita 37, Victor Caes. 37, 4, Epitome 37, 4, Eutrop. 9, 17, Zonar. 12, 29 extr.*

Regnavit annis quinque *vita 21, 3; 22, 2,* paulo minus quam sex annos *Victor Caes. 37, 4, Zonar. l. l.;* sex annos *Epitome 37, 4;* annos sex menses quattuor *Eutrop. 9, 17, Eusebius-Hieronymus chron. p. 184. 185 ed. Schöne;* annos sex menses duos dies duodecim *Chronographus,* septem annos non integros *Iulian. Caes. p. 314. Cum Florianum post regnum duorum fere mensium aestate a. 276 occisum esse constet (cf. A 488), Probus aestate eiusdem anni ineunte imperium iniit. Cuius annum octavum nummi Alexandrini cum exhibeant, cum*

post mensem Augustum a. 281 mortuum esse docent autumno fere eius anni. Regnavit igitur sex annos et aliquot menses.

1289 AVRELIVS PROCVLVS, proconsul Achaiae *Paulus Digest. 36, 1, 83 (81).*

1290 AVRELIVS PROPINQVVS, vir clarissimus, maritus Veliae Pumidiae Maximillae *VI 1536 = XI 3204.*

— L. Aurelius Pylades *v.* Pylades.

1291 Aurelius Quietus. Ait (Iuventius) Celsus libro septimo digestorum hoc respondisse se, cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, ut in hortis eius quos Ravennae habebat, in quos omnibus annis secedore solebat, sphaeristerium et hypocausta et quaedam ipsius valotudini apta sua impensa faceret — — *Vlpianus Digest. 17, 1, 16. Potest idem esse atque consul (suff.) a. 82 qui sequitur.*

1292 T. AVRELIVS QVIETVS *memoratur in titulo prope Aperlas in Lycia reperto Lebas-Waddington 1292 = CIG 4300 Add. p. 1134, corr. Reisen im südwestlichen Kleinasien II p. 49 not. 6;* ἐπὶ Τίτου Αὐρηλίου Κυήτου *(non* [Ἀο]υ[ί]του, *ut priores ediderant) extat in lapide.*

Legatus Aug. pro pr. (Lyciae) anno 80 *tit.;* consul (suffectus) anno 82 XII k. Oct. M. Larcio Magno Pompeio Silone T. Aurelio Quieto cos. *dipl. mil. III S. XIIII. Cf. n. 1291.*

— L. TI. CLAVDIVS AVRELIVS QVINTIANVS.

1293 Aurelius Quirinius (Κυρίνιος), ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων = procurator summarum rationum sub Gallieno *Euseb. hist. eccles. 7, 13.*

1294 M. Aurelius Regulus, praefectus classis Ravennatis, maritus Aureliae Paulinae *VI 3150.*

1295 M. Aur(elius) Rhodopithes (Ῥοδοπείθης), filius [D]racontis ὁ κράτιστος *honoratus t. Rhodio Inscriptiones graecae insularum etc. n. 650.*

1296 L. Aur(elius) Ru[s]ticus, vir egregius, ducenarius (procurator) *III S. 8361 corr. S. 12721 t. Dalmaticus.*

1297 Aur(elius) Sabinianus, vir egregius, procurator ducenarius, procurator Dalmatiae, tribunus protec[torum] ...., pater P. Balsamii Sabiniani *III 1985 = corr. III S. 8571 t. Salonitanus.*

1298 C. Aurel(ius) Salvianus, procurator Aug. (aurariarum) *III 1293 t. Ampelensis.*

1299 AVRELIVS SANCTVS, vir clarissimus (συγκλητικός), maritus Plotiae Agrippinae *Synnadis t. dedicavit Antonino Severi filio CIG 3882 f Add. p. 1100 = Lebas-Waddington 1708.*

1300 M. AVRELIVS SATVRNINVS, ὁ λαμπρότατος *CIG 6565 = IGI 1477; potest idem esse* M. Aurelius Saturninus *in fistula plumbea prope Romam reperta Lanciani, sylloge aquaria n. 284.*

1301 M. AVRELIVS SECVNDINVS, clarissimus vir imp. Maximino Aug., *in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria n. 587.*

1302 M. AVRELIVS SERANVS, M. f., tribu Arnen., origine Neapolitanus, clarissimus vir, quaestor provinciae Cretae, aedilis plebei designatus,

patronus (coloniae Iuliae Neapolis Africae proconsularis) *VIII 971 t. Neapolitanus.*

1303 IMP. CAES. M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER AVG. Filius Gessii Marciani procuratoris ex urbe Arca oriundi et Iuliae Mamaeae, nepos per matrem Iulii Aviti et Iuliae Maesae, consobrinus Elagabali *Dio 78, 30, Herodian. 5, 3, 3 cf. stemma supra p. 196. Male* Varii filius, Variae nepos *vita 1, 2 cf. vit. Macrini 8:* Maesa sive Varia. Cognomen ei fuit Bassianus *Dio 78, 30; 79, 17,* Ἀλεξιανός *Herodian. l. l.,* Marcellus *Epitome 23, 4 cf. infra adn.*

Natus est kal. Octobribus *fasti Philocali I² p. 274; de anno non constat, cum apud Herodianum l. l. a. 218 dicatur* δεκάτου ἔτους ἐπιβεβηκώς *(unde annus natalis 208 efficitur), contra vita 60, 1* vixisse annis XXVIIII mensibus III diebus VII, *unde a. 206; sed falsus omnino mensium numerus monet, ne nimium annorum numero tribuamus.* — Eodem die natus, quo Alexander Macedo mortuus est *vita 5, 1; 13, 1; at id cum referatur in ominibus imperii, fidem vix meretur.*

Natus est apud Arcam Caesaream *vita 5, 1; 13, 5, Victor Caes. 24, 1;* a matre et avia educatus, sacerdos dei Elagabali Hemeseni *Herodian. l. l.* Postquam consobrinus filius Caracalli perhiberi coeptus imperium arripuit, Bassianus et ipse ab eodem ex Mamaeae stupro genitus esse a Maesa eiusque filiis dicitur *Herodian. 5, 7, 3 cf. Dio 79, 19 extr.* In prima pueritia litteratores habuit Valerium Cordum et T. Veturium et Aurelium Philippum libertum patris, qui vitam eius postea in litteras misit, grammaticum in patria graecum Nehonem (?), rhetorem Serapionem, philosophum Stilionem, Romae grammaticos Scaurinum Scaurini filium doctorem celeberrimum, rhetores Iulium Frontinum et Baebium Macrianum et Iulium Granianum *vita 3.*

A. 221 consilio Maesae Elagabalus in senatu eum adoptavit, nomen Alexandri ei indidit, Caesarem nuncupavit, consortem imperii fecit *Dio 79, 17, Herodian. 5, 7. Quae facta esse mense Iulio ineunte docent fasti cooptationum sodalium Antoninianorum VI 2001, qui cooptarunt a. 973 (aerae Capitolinae = 221)* VI id. Iul. ex s(enatus) c(onsulto) [M. Aureliu]m [Antoninu]m nobilissimum Caes. imperii .... [heredem] *supplevit Borghesi,* [consortem] *Mommsen; dies cooptionis periit in fastis sacerdotum in aede Iovis Propugnatoris consistentium VI 2009. Tempus confirmat nummus Arcae Caesareae Eckhel III p. 361 in adversa inscriptus* Αυρ. Ἀλέξανδρος Caisar, *in aversa* Kaisaria ΒΛΦ *id est a. 532 aerae Seleucidarum = d. 1 m. Oct. a. 220/221.* M. Aurelius Alexander *in nummis Cohen IV² Alexander n. 65. 198. 199,* M. Aurelius Alexander nobilissimus Caesar *VI 323,* imp. Caes. M. Au[rell. Antonini f., divi Antonini] Magni nepos, [divi Severi Pii pronepos, M. Aurelliu]s Alex[ander] .... *III S. dipl. mil. LXXXV unde Alexandrum vivo Elagabalo Augustum nuncupatum esse multi falso collegerunt contra*

consensum omnium testimoniorum veterum. Alexandrum Romae adoptatum esse ut recte refertur vit. Elagabali 13, 1, ita perperam Caesarem a senatu Macrino interempto appellatum ibd. 5, 1, vita 1, 2; 2, 4.

Consul I cum imp. Caesare M. Aurelio Antonino Aug. *Herodian. 5, 7, 4, vit. Elagabali 15, 5 cf. fastos.* Elagabalus, quem adoptionis paenitebat, frustra insidias ei struxit *vit. Elagabali 13–14, Dio 79, 19, Herodian. 5, 8, 2 sqq.* Quas repetens cum interfectus esset, Alexander Augustus appellatus est *vita 1, Dio 80, 1, Herodian. 5, 8, 10. Inde appellatur* imp. Caesar divi Magni Antonini Pii filius, divi Septimii Severi Pii nepos M. Aurelius (*sive* Aurellius) Severus Alexander Pius Felix Aug. *passim in titulis, sine indicatione patris et avi pariter in nummis Eckhel VII p. 269. Adoptione ergo reiecta filium Antonini (Caracalli) se professus est et Severi nomen statim, ut imperium adeptus est, in honorem avi quem ferebat sumpsit. Perperam de origine nominis hariolatur auctor vitae 12, 5; 25, 2.* — Consul II a. 226, III a. 229 *fasti.* — Occisus est mense Martio ineunte a. 237 tumultu militari in Germania *Herodian. 6, 8–9, vita 59. 61, vit. Maximini 7,* in Gallia *Eutrop. 8, 23;* Mogontiaci *Eusebius armen. ad a. Abr. 2252 (inde Hieronymus chron. 2248), Syncellus p. 675, 20, Chronographus;* in Britannia, ut alii volunt in Gallia in vico cui Sicilia nomen est *vita 59, 6,* vico Britanniae, cui vocabulum Sicilia *Victor Caes. 24, 5.*

Vxor: Gnaea Seia Herennia Sallustia Barbia Orbiana *v. sub* Seia.

Polemius Silvius (chron. min. I p. 521 ed. Mommsen) adnotat: Antoninus Heliogabalus occisus, sub quo Marcellus Caesar et Sallustius Vranius Seleucus atque Taurinus tyranni fuerunt. *Haec confusa sunt, quoniam Vranium et Taurinum sub Alexandro regnum sumpsisse constat. Neque minus falso Polemius eum, quem Elagabalus ipse Caesarem fecerat, in tyrannorum numero rettulisse videtur atque Marcellus coll. Epitome 23, 4 intellegendus Alexander. Potest verum esse huic privato nomina fuisse Gessium Bassianum Marcellum.*

De tempore quo Alexander regnum inisset, viri docti multum dubitaverunt actis senatus potissimum moti, quae proferuntur vita Alex. 6 sqq. Haec enim si sincera essent atque in senatu pridie nonas Martias ea quae perhibentur gesta essent, necesse esset statuere Alexandrum certe compluribus ante diebus Augustum nuncupatum esse. At quamvis nuperrime extiterit qui illa acta genuina esse defenderet, ea ab homine imperito aetatis posterioris ficta esse inde luculentissime apparet, quod auctor prorsus ignoravit Alexandrum ipsum se filium divi Magni Antonini publice professum esse neque unquam dicere potuisse 'displicere sibi alienae familiae nomen *(scl. Antonini)* adsumere' *9, 7 vel* 'Antonini nomen adfectatum in Bassiano' *10, 5, ubi Caracallus significatur. Itaque illa acta omnino reicienda sunt. — Neque aliis rationibus, quibus numeri a Dione prolati in dubium vocati sunt (Wirth, Quaestiones Severianae p. 40. 43), plus tribuendum videtur. Qui numeri inde a nece Caracalli usque ad necem Elagabali omnes optime (78, 5. 11. 16. 39. 41; 79, 3) inter se conveniunt; nam 79, 39 ubi traditur* τῇ Ἰουλίου ὀγδόῃ *restituendum esse* Ἰουνίου *ex Dione ipso (78, 41 coll. 78, 11) iam pridem recte demonstrarit Reimarus. Itaque cum Dione diem necis Elagabali et diem imperii Alexandri statuimus d. 11 mensis Martii a. 222. Constat autem ex fastis sodalium*

Antoninianorum VI 2001 Maximinum d. 25 mensis Martii a. 235 Romae agnitum esse vel perpaucis diebus ante, cum cooptationes eiusmodi senatus consulta de novo Augusto excipere solerent. Itaque testimonia quae extant de regni spatio Alexandri ita comprobantur, ut occisus sit medio fere mense Martio a. 235 et regnarit annos tredecim et paucos dies.

1304 L. Aurel[ius] Step[hanus?], procurator Aug. [XX] her[editat.] .... *X 121 t. mutilus in agro Consentino repertus; 'titulus sincerus videtur, profertur tamen cum falsis' adnotat Mommsen.*

1305 M. Aurel(ius) Stertinius Carpus, filius Carpi proc(uratoris) k(astrensis), procurator imperatoris Commodi *VI 727.*

— L. IVL(IVS) AVR(ELIVS) SVLP(ICIVS) VRA(NIVS) ANTONINVS.

1306 AVRELIVS SYMFORVS *signo* Acholi *(certe* Acholi *vocabulum iuxta perscriptum est in t.),* vir clarissimus, maritus Iuniae Affianetis, pater Iuniae Cyriaces *VI 29706 t. originis incertae, fortasse saeculi IIII. — Saeculo II* testamentum Aurelii Symphori *memoratur a (Cervidio) Scaevola Digest. 34, 3, 28 pr.*

— TI. CLAVDIVS AVRELIVS TELEMACHVS.

— M. AELIVS AVRELIVS THEO.

1307 M. Aur(elius) Tiberianus, vir perfectissimus, praeses provinciae Del(matiae) a. 280 *III 1805 t. Naronensis.*

1308 AVRELIVS TITIAN[VS] *memoratur in titulo mutilo Mogontiacensi semel descripto Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1304:* ..... cos. IIII ...... procon........... Aureli Titian ......tus d. leg. VIII Au[g.] An[to]ninian. *etc. Titulus positus est Antonino Severi f. non ante a. 213, quo consul IIII fuit; in lapide videtur extitisse* [sub cura] Aureli Titian[i] [leg. Aug.] *et hic fuisse legatus leg. VIII vel Germaniae superioris.*

1309 [A]urelius Va..., [subpraef.?] vig(ilum) *t. Ostiensis Ephem. ep. 7, 1214.*

1310 M. AVR(ELIVS) VALENTINIANVS. *Titulos posuit a. 283 Tarracone Caro II 4102 (1), Carino II 4103 (2), Aquinci III 3418 (3), ubi cum plures versus erasi sint, nomen Carini deletum esse videtur.*

M. Aur(elius) Valentinianus, clarissimus vir *t. 1. 2. 3;* a. 283 praeses provinciae Hispaniae citerioris, legatus Augustorum pr. pr. *t. 1. 2; (a. 284?)* legatus Augusti pr. pr. (Pannoniae inferioris) *t. 3.*

1311 M. Aur(elius) Valerius, origine Naronensis, vir perfectissimus, ducenarius, ex protectoribus lateris divini a. 280 *III 1805 t. Naronensis.*

1312 Aur(elius) Verecundus, vir egregius, pro(curator) argentariarum a. 274 *t. in Bosnia repertus Archaeologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XVI (1893) p. 133 = III S. 12736.*

1313 Aurelius Verus vitam Traiani scripsit *vit. Alexandri 48, 6.*

— IMP. CAESAR L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS = L. CEIONIVS COMMODVS.

— M. AELIVS AVRELIVS VERVS CAESAR = M. ANNIVS VERVS.

1314 AVRELIVS VICTOR, cui Pinio(?) cognomen erat, senator; verba eius de Opellio Macrino *vit. Macrini 4, 2–4 in actis fictis.* — Aurelius Victor, legatus Augg. pr. pr. provinciae Pannoniae inferioris, XVvir sacris faciundis, patronus rei publicae *Orelli 3715 = V 486*; hic titulus, qui ad Sex. Aurelium Victorem rerum scriptorem, praefectum urbi sub Theodosio perperam referri solet cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 414⁵, 1, a Ligorio fictus est.*

1315 Aur(elius) Vict(or) VE. EX P. ex voto posuit *t. Moesiae inferioris III S. 7596; solutio compendiorum incerta est,* v(ir) e(gregius) ex p(rocuratore) *solvit Hirschfeld,* ve(teranus) ex p(raetoriano) *von Domaszewski.* — Aurelius Victor vir egregius Gallieno et Saloninae posuit *t. urbanum VI 1106.*

1316 M. AVR(ELIVS) VICTOR, clarissimus vir, praefectus feriarum Latinarum, sacerdos dei Solis *VI 1358.*

1317 M. Aure(lius) Vitalis, vir egregius, praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis a. 254 *Ephem. ep. 5, 953 t. Mauretaniae Caesariensis.*

1318 M. Aur(elius) Volo, [e]minenti[ssimus] [vir] *VI 3857 t. mutilus 'litteris bonis saeculi fere tertii'; praefectus praetorio aetate incerta.*

1319 AVR(ELIVS) ZENO IANVARIVS, clarissimus vir *VIII 10982 t. Caesariensis; ad eundem spectare videtur fragmentum t. Caesariensis Revue archéologique ser. III vol. XVII (1891) p. 36 n. 95* ... [A]ur. Zenoni Ia...... [praes]idi provin[ciae] ..... *nescio cuius, sed vix Mauretaniae Caesariensis, nisi forte Zeno post praesidatum in ordinem amplissimum adlectus est.*

1320 Aurelius Zoticus, quem ex arte paterna et Magirum cognominabant, Smyrnaeus, athleta, stuprator Elagabali *Dio 79, 16 (Zonaras 12, 14);* Magirus memoratur *vit. Elagabali 10, 5.*

1321 Aurelia, 'nec patimur Tyrrhenum crescere piscem; instruit ergo focum provincia, sumitur illinc quod captator emat Laenas, Aurelia vendat' *Iuvenal. 5, 97–99; femina ergo dives, quae dona a captatore missa vendit.*

1322 Aurelia, ornata femina, quam Aquilius Regulus testamentum eius signaturus sibi tunicas, quas erat induta, legare coegit *Plin. epist. 2, 20, 10–11.*

— MARCIA AVRELIA ALEXANDRIA.

1323 Aurelia Antonina, uxor Aurelii Apollonii *honorata publice ab Apolloniatibus (Pisidiae) t. Apolloniae reperto Lebas-Waddington 1195 = CIG 3970 cf. Add. p. 1107.*

— Marcia Aurelia Ceionia Demetrias.

1324 Aurelia Crescentia, uxor Aurelii Felicissimi *IX 4894.*

1325 AVRELIA CYEREMA(?), clarissima femina *III 2230 t. Salonitanus.*

1326 Aur(elia) Cyrilla quae et Hyperechia (τὴν καὶ Ὑπ[ε]ρεχίαν), neptis Aur(elii) Nicandri *IGI 1487.*

1327 L . . . IA AVRELIA EPI[PH]ANIA, clarissima femina *in fragmento tituli urbani Bullettino comunale 1884 p. 5 n. 701.*

1328 Aurelia Euphemia, filia regis . . . . *(nomen periit, nempe Thracii cuiusdam),* [uxor?] Secundini Diognidis *in t. graeco Byzantii ut videtur reperto Athenische Mittheilungen 1885 p. 18 n. 4.*

1329 AVRELIA FADILLA, filia imperatoris Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Augusti Pii *VI 990 in mausoleo Hadriani;* filia maior Antonini nupta Lamiae Silano *(vel* Silvano, *ut coniecit Dessau) vit. Pii 1, 7,* mortua, cum pater ad proconsulatum Asiae proficisceretur *ibd. 3, 6 (utroque loco nomen tacetur). Postea ossa eius inlata esse mausoleo Hadriani docet titulus.*

1330 (AVRELIA) FADILLA, filia imperatoris M. Aurelii Antonini et Anniae Faustinae. *Tituli ei positi sunt Ephesini CIG 2969 a et b, 2970 = Lebas-Waddington 154,* ὑπὲρ σωτηρίας Μάρκου καὶ Φαδίλλης *t. Tiburtinus IGI 1124 b = CIG 5942. Vbique dicitur* Fadilla, *sed veri simile est eam nomen a sorore patris accepisse et Aureliam Fadillam nominatam esse.* Cum Commodus regnaret, Fadilla sororum superstitum natu maxima erat *Herodian. 1, 13, 1. Memoratur in epistula ficta vit. Avidii Cassii 10, 6.*

— ANNIA GALERIA AVRELIA FAVSTINA.

1331 AVRELIA FLAVIA IVLIANA, clarissima femina *VI 113. 771.*

1332 Aur(elia) Iul(ia) Heraclia, coniunx [Aurelii] Honorati *III 6034 t. Tomitanus.*

1333 Aurelia Melitina, uxor Fl(avii) Philostrati sophistae, mater L. Fl(avii) Capitolini *t. Erythraeus Bulletin de correspondance Hellénique IV (1880) p. 153.*

1334 Aurelia Messalina, Ceionii Postumi uxor, Clodii Albini mater *vit. Clodii Albini 4, 3 suspecta fide.*

1335 AVRELIA NEMESIANA, clarissima femina *in fistula plumbea aquaria prope Romam reperta Lanciani, sylloge aquaria n. 196.*

1336 Aurelia Paulina, uxor M. Aurelii Reguli *VI 3150.*

— VIBIA AVRELIA SABINA.

1337 Aurelia Severa, virgo Vestalis, viva sepulta a. 213 *Dio 77, 16.*

— Vlpia Aurelia Valeria.

— MARIA AVREL(IA) *(vel* AVREL(IANA)) VIOLENTILLA.

1338 Aureolus (Αὐρέολος), obscuro loco natus, e Dacia oriundus per militiae gradus a Gallieno ad magisterium equitum provectus Ingenuum rebellem apud Mursam devicit *Zonaras 12, 24 p. 143 ed. Dindorf.* A Gallieno cum aliis ducibus contra (Fulvium) Macrianum missus est *Zonaras p. 145, vit. trig. tyr. 11, 2 cf. 12, 13. 14, vit. Gallieni 2, 4;* totus exercitus Macriani Aureolo se dedidit *vit. Gallieni 2, 7. Eo iam tempore Aureolum imperium sumpsisse, in Illyrico*

regnasse, Gallienum autem oppugnandi Postumi studio pacem cum eo composuisse omnino perperam enarrat auctor vitae Gallieni 2, 6; 3, 1. 4; 4, 6 cf. vit. trig. tyr. 11, 3. Bello a Gallieno contra Postumum gesto interfuit, sed ab imperatore Postumum persequi iussus noluit *Zonaras p. 144 cf. vit. Gallien. 7, 1:* Aureolus cum per Raetias legionibus praeesset, sumpto imperio Romam contendebat *Victor Caes. 33, 17; rectius ut videtur Zosimus 1, 40 (ex eodem fonte brevius Zonaras 12, 25 init.)* ἀγγέλλεται Γαλλιηνῷ τῷ πρὸς Σκύθας ἐγκαρτεροῦντι πολέμῳ τὸν τῆς ἵππου πάσης ἡγούμενον Αὐρίολον ἐν Μεδιολάνῳ τῇ πόλει τὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν πάροδον Ποστούμου τεταγμένον παραφυλάττειν εἰς τὸ νεωτερίζειν τετράφθαι κτλ. Gallienus audita rebellione ex Illyrico in Italiam profectus Aureolum apud pontem, cui ex eo nomen Aureoli est, acie vicit, victum Mediolanum coegit obseditque *Victor Caes. 33, 18, Epitome 33, 3 cf. Zosimum et Zonaram l. l. (falso ut solet auctor vit. trig. tyr. 11, 4 eam pugnam Claudio tribuit). Fabellam absurdam de commento Aureoli, quo Gallienus periret, rettulit Victor 33, 20; ad eandem allusit Epitome 33, 3.* Postquam Gallieno occiso Claudius imperator nuncupatus est, Aureolus Claudio se dedidit, sed occisus est *(a. 268) Epitome 34, 2, Zosimus 1, 41, Zonaras 12, 26 init., vit. Claudii 5.* Diversae diversorum narrationes de Aureoli nece *vit. Aureliani 16, 1–3.* — Aureolus a Gallo Antipatro rerum scriptore laudatus *vit. Claudii 5, 4. — Memoratur vit. Gallieni 5, 6; 9, 1; 21, 5, trig. tyr. 12, 2; 14, 1; 18, 1. 3; 30, 23, Claudii 4, 4, Ammian. Marcell. 21, 16, 10, Zosim. 1, 38.*

Titulus eius graecus sepulcralis qui olim sincerus creditus est CIG 6761, recte in falsos abiectus est cf. IGI 355, utpote fictus ex epigrammate trig. tyr. 11, 5. Nec minus nummi Aureoli, qui adhuc in medium prolati sunt, ad unum omnes sunt falsi cf. Cohen VI² p. 90.*

1339 Auruncuieius Cornelianus, vir nobilis a Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 2.*

1340 AVRVNCVS *memoratur in epistula synodi cuiusdam ut videtur data ad imperatorem nescio quem post Hadrianum, fortasse ad Antoninum Pium CIA III 21:* Ὡρούνκῳ τῷ ἀν[θυπάτῳ]; *proconsul Achaiae fuisse videtur.*

— C. Antistius Auspex.

— Iulius Auspex.

— TI. IVLIVS POLLIENVS AVSPEX.

— A. POLLENIVS AVSPEX.

1341 [A]uspicatus, amicus Dasumii *VI 10229 v. 18 testamentum Dasumii. — Cogitari potest de* A. Curtio Auspicato Titinniano, filio A. Curtii Crispini *III 231 eiusdem fere aetatis cf. XIV 3030.*

1342 Q. Austurnius Lappianus *memoratur in t. uxoris VIII 7978 Rusicadensi.* P. f., tribu Quirina, equo publico exornatus, ducenarius *(procurator ut videtur)* bis; aedilis, IIIvir IIII coloniarum *(Cirtensium),*

praefectus III coloniarum *(scil. earundem excepta Cirta)*; maritus Claudiae Gallittae *tit.*

1343 Autobulus, filius Plutarchi. *Plene sine dubio* Mestrius Autobulus *nominatus est, ut ex tit. Delphico patris CIG 1713 (cf. P 400) sequitur et ex tit. Chaeronensi Inscript. Graeciae Septentr. 3423* Λ(εύκιον) Μ[έσ]τριον Αὐτόβουλον φιλόσοφον Πλατωνικὸν Φλάβιος Αὐτόβουλος τὸν πρὸς μητρὸς πάππον, *qui titulus ad hunc ipsum vel ad quendam ex posteris eius referendus est.*

Nuptiae Autobuli filii memorantur *Plut. quaest. conviv. 4, 3, 1 (p. 666 d).* Ei et Plutarcho *(alteri filio)* dedicavit pater librum περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονιας *p. 1012 a.* — Autobulus persona dialogorum *quaest. conviv. 8, 2, 3 (p. 719 c); 9, 10, 3 (p. 735 b), lib. amator. init. (p. 748 f), de sollertia animal. init. (p. 959 a sqq.) num idem intellegendus sit, dubium est cf. Volkmann, Leben, Schriften und Philosophie des Plutarch I p. 30.*

1344 P. Autro[nius] ..... f. cos. .... *XIV 4192 in frustulo t. Nemorensis; num* 'cos.' *pertinuerit ad P. Autronium, plane incertum est.*

1345 AVTRONIVS IVSTVS, senator, epistula *(ficta)* eius ad Autronium Tiberianum patrem a. 275 scripta *vit. Tacit. 19.*

1346 L. AVTRONIVS PAETVS, P. f., L. n. *acta triumph. Capitolina,* Autronius Paetus *acta Barberiniana,* P. Autronius *fasti Venusini = f. min. IX C. I² p. 66 errore ut videtur,* Autronius Paetus *Appian. Illyr. 28.* — Caesar kal. Ianuariis a. 721 = 33 consulatum alterum iniit, sed eodem die magistratu abdicato Paetum sibi suffecit *Appian. l. l., fasti Ven.,* L. Volc(acio) L. Aut. cos. *in amphora Bulletin archéologique du comité des travaux historiques 1894 p. 94 n. 2.* XVII kal. Septembres *(a. 726 = 28 ut videtur)* pro consule ex Africa triumphavit *acta triumph.* — *Fortasse idem est* Autronius Paetus *in titulo servorum VI 6687.*

1347 Autronius Priscus *memoratur in t. urbano hominum tenuiorum VI 29434.*

1348 AVTRONIVS TIBERIANVS, senator a. 275 *vit. Taciti 19 cf. n. 1345.*

1349 *AVVLVIVS SATVRNINVS, Scythici limitis dux a. 258 *vit. Aureliani 13, 1 in actis fictis; nomen gentile corruptum videtur.*

1350 AVXENTIVS, vir clarissimus *VI 124 fortasse aetatis posterioris.*

— IVLIVS AVR(ELIVS) AVXON LEONIDAS.

— C. Valerius *Axer.

1350a Axidares *(sic Arrianus,* Ἐξηδάρης *Dio),* rex Armeniorum circa a. 114, qui nec Romanis nec Parthis satis placebat *Dio 68, 17, Arrian. apud Suidam fr. 16 FHG. III p. 589.*

1351 AXILIVS [H]ONORATVS, iur(idicus) reg(ionis) Transpad(anae), [c(larissimus)] v(ir), cur(ator) r(ei) p(ublicae) [C]omens(ium) et Berg(omatium), [tr]ib(unus) laticl(avius) leg(ionis) III ... ... *V 8921 t. mutilus in agro Mediolanensi repertus.*

1352 Q. Axilius Vrbicus, vir perfectissimus, magister sacrarum cognitionum, a studiis et a consiliis Augustorum; patronus Aquileiensium *V 8972 t. Aquileiensis.*

1353 AXIVS, legatus pro pr.... fetialis *III 248 t. Ancyranus mutilus; legatus Galatiae vel Galatiae et Cappadociae.*

— M. Bassaeus Axius.

1354 Axius Aelianus iunior (ὁ νεώτερος), *(filius Q. Axii Aeliani) Sarmizegetusae dedicavit t. CIG 6813; de additamento obscuro* Ἰόνιος *vide in patre.*

1355 Q. Axius Aelianus. *Tituli: ipse dedicavit III 1422 (1). 1423 (2) Sarmizegetusenses; ei positus est a colonia Sarmizegetusa III 1456 (3) Sarmizegetusensis; memoratur in t. Mauretaniae Caesariensis VIII 8812 (4) et in t. nuper in regione Sitifensi reperto Recueil de Constantine XXIX p. 691 (5).*

Q. Axius Aelianus *t. 1. 2,* Q. Axius A..... *t. 3;* Axius Aelianus *t. 4. 5.* Q. f., tribu Pal. *t. 3;* vir egregius *t. 1. 2. 4. 5,* eques Romanus *t. 3.* Curator ad populum *(cf. Hirschfeld, Untersuchungen etc. p. 112 adn. 4)* viarum Traianae et Aureliae et Aeclanensis, procurator ad alimenta per Apuliam Calabriam Lucaniam et Bruttios *t. 3;* procurator rationis privatae provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 3* sub Severo Alexandro *t. 4. 5,* item per Belgicam et duas Germanias; procurator provinciae Daciae Apulensis bis vice praesidis *t. 3,* procurator Aug[g.] *t. 1. 2; in t. 1. 2 altera* G *in* Aug[g.] *erasa est, in t. 1 traditur* Aug., *fuit ergo procurator Daciae sub Maximino et Maximo, mansit sub Gordiano.* — Laurens Lavinas; patronus Sarmizegetusae *t. 3.*

Aelia Romana uxor *t. 2,* filius Axius Aelianus iunior. — *Et in fine t. 2 patris additur* Ioni *et in fine t. filii (v. supra)* Ἰόνιος *incertae explicationis; signum esse utriusque coniecit Mommsen.*

1356 AXIVS M....., frater Arvalis a. 193 *VI 2102 acta Arvalium.*

1357 L. AXIVS NASO, proconsul Cypri mense Novembri a. 29 p. C. *memoratur in t. Cyprio graece scripto Lebas-Waddington 2773.*

— Licinia Axia.

1358 Axia Aeliana, filia Terentii Mus(a)ei et Hydriae Tertullae clarissimae feminae *XII 675 t. sepulcralis Arelatensis, cuius anaglypha parentes filiamque Christianos fuisse indicant. Ex nominibus parentela quadam cum Q. Axio Aeliano coniuncta esse videtur.*

1359 Azizus, rex Hemesenorum; Agrippa II rex Iudaeorum Drusillam sororem ei in matrimonium dedit, postquam Iudaeorum religionem professus est *Ioseph. ant. 20, 7, 1;* primo Neronis anno defunctus, cui Soaemus frater successit *ibd. 20, 8, 4.*

— Tyrius Septimius Azizus.

B

1 Baba, homo stultus eodem anno qno imperator Claudins mortuns est *(a. 54) Seneca apocolocynt. 3, epist. 15, 10.*

2 Baburiana, desiderinm eius Arrio Antonino commendat Fronto *ad amic. 2, 8 p. 199 N.*

3 Bacchius, gladiator optimus aetate Horatii *Horat. sat. 1, 7, 20 cum schol.*

4 Bacchius (*Βακχείου vel Βακχίου traditur, Εὐτυχίου coniecit Gataker*), magister Marci imperatoris *Marcus εἰς ἑαυτόν 1, 6.*

5 Badius Cominianus *memoratur in epistula Aedinii Iuliani praefecti praetorio paulo ante a. 238 ad eum data t. in loco Thorigny repert. Berichte der Sächsischen Gesellschaft, Phil.-Hist. Kl. 1852 p. 242.* [Pro]c(nrator) et vice praesidis agens (Galliae Lugdunensis) paulo ante a. 238 *tit.*

— AFINIA GEMINA BAEBIANA *vide* Afinia *in Addendis.*

6 [BAEBIVS .....], *titulus eius acephalus VI 1361, ubi honores inverso ordine recensentur, qui ad quem referendus sit docent nomina sororis, quae dedicavit.*

L. f., Xvir stlitibus iudicandis, quaestor urbanns, tribunus plebis, praetor, proconsul sortitus provinciam Baeticam .... *(plura deesse possunt).* — Frater [B]aebiae L. f. Fulviae Claudiae Paulinae Grattiae Maximillae.

7 C. Baebius Atticus. *Titulos gemellos ei Iulii Carnici posuit civitas* Saevatum et Laiancorum *V 1838 (1). 1839 (2), quorum t. 1 integer est, cum alterius frustula supersint.*

P. f., tribu Claudia; *origine videtur Iuliensis ex tribu et loco titulorum.* Primopilus legionis V Macedonicae, praefectus civitatium Moesiae et Treballiae, praefectus civitatium in Alpibus Maritumis, tribunus militum cohortis VIII praetoriae, primopilus iterum, procurator Ti. Claudi Caesaris Aug. Germanici in Norico. — IIvir iure dicundo (Iulii Carnici) *tit.*

8 L. BAEBIVS AVITVS, L. f., tribu Gal., praefectus fabrum, tribunus legionis X Geminae, procurator imperatoris Caesaris Vespasiani Augusti provinciae Lusitaniae, adlectns inter praetorios *VI 1359.*

9 L. Baebius Aurelius Inncinus, vir egregius, L. f., tribu Galeria, procurator bibliothecarum ad sestertia $\overline{LX}$, procurator ad annonam Ostis ad sestertia $\overline{LX}$, praefectus vehiculornm ad sestertia $\overline{C}$, praefectus vehiculorum ad sestertia $\overline{CC}$ *(cf. Hirschfeld, Untersuchungen p. 101 adn. 1)*, procnrator Aug. praefectus provinciae Sardiniae, procurator hereditatium; Laurentium Lavinatium *X 7580 t. Caralitanus semel non sine mendis descriptus. Ex posteris L. Baebii Iuncini n. 13 videtur.*

10 L. BAEBIVS CAECILIANVS, legatus Augustorum pr. pr. (Pannoniae inferioris) *III 3706*, anno 199 *III 3733 miliarii Pannoniae inferioris.*
11 Baebius Hispanus, ad eum scripsit Plinius *Plin. epist. 1, 24; fortasse idem est* Hispanus, ad quem Plinius scripsit *epist. 6, 25.*
12 L. BAEBIVS HONORATVS, consul (suffectus) cum [M.] Arrecino Clemente *a. incerto post a. 73 XII 3637 t. Nemausensis.*
13 L. Baebius Iuncinus, L. f., tribu Gal., praefectus fabrum, praefectus cohortis IIII Raetorum, tribunus militum legionis XXII Deiotarianae, praefectus alae Asturum, praefectus vehiculorum, iuridicus Aegypti *X 6976 t. Messanensis. Cf. n. 9. Tribunus legionis Deiotarianae, quae post aetatem Traiani non memoratur, sub ipso Traiano, praefectus vehiculorum sub Hadriano fuisse videtur cf. Hirschfeld, Untersuchungen p. 100 adn. 3.*
14 Baebius Longus, ordinis equestris, condiscipulus et amicus imperatoris M. Aurelii *vit. Marci 3, 8.*
15 BAEBIVS MACER, consul designatus *(a. 103 vel 104 ut videtur) Plin. epist. 4, 9, 16;* in senatu sententiam dixit *ibd. 4, 12, 9;* praefectus urbi a. 117 *vit. Hadriani 5, 5.* Plinius ad eum scripsit *epist. 3, 5.*
15a Baebius Macer, rerum scriptor de rebus Augusti citatur *Serv. ad ecl. 9, 47; ad Aen. 5, 556.*
16 Baebius Macer, praefectus praetorio a. 258 *vit. Aureliani 13, 1 in actis fictis.*
17 Baebius Macrianus, rhetor, magister Severi Alexandri *vit. Alexandri 3, 3.*
18 Baebius Maecianus, adfinis Clodii Albini qui imperavit *vit. Albini 6, 1.*
19 BAEBIVS MARCELLINVS, aedilis *(curulis, nam praetexta eius memoratur)* circa a. 205 propter usum artium magicarum damnatus et interfectus *Dio 76, 8. 9;* quattuor filii eius *ibd. c. 9.*
20 Baebius Massa, a. 70 procurator Africae *Tac. h. 4, 50;* delator infamis sub Domitiano *ibd., Iuvenal. sat. 1, 35, Sidon. Apollinar. epigr. 5, 7;* proconsul Baeticae ex ea provincia a Plinio Secundo et Herennio Senecione repetundarum accusatus et damnatus est *Plin. epist. 3, 4, 4. 6; 6, 29, 8; 7, 33,* anno 93 *Tac. Agr. 45. — Idem videtur* Massa nummorum fur *Martial. 12, 29, 2.*
21 Baebius Probus, natione Baeticus, propter ea quae Caecilio Classico proconsule in Baetica gesserat, a Plinio accusatus relegatus est *Plin. epist. 3, 9.*
22 CN. BAEBIVS TAMPILVS VALA NVMONIANVS, Cn. f., quaestor, praetor, pro consule, IIIvir aere argento auro flando feriundo *VI 1360; sic mirum in modum cursus honorum in lapide procedit; sed titulum male conceptum fuisse aut erratum a lapicida credere malim quam cum Henzeno statuere hominem praetorium functum esse vigintiviratu. — Parentela nescio qua coniunctus videtur cum C. Numonio Vala, vide infra sub N.*

23 BAEBIVS TVLLVS, proconsul Asiae aquam Traianam Smyrnae restituit *CIG 3747 t. Smyrnaeus. — Hunc esse Tullum consulem ordinarium a. 109 collegam A. Cornelii Palmae, cuius nomen gentile adhuc ignoratur, coniecit Borghesi opp. 1, 457 sqq. argumentis usus, quae iure refutavit Waddington, Fastes p. 200.*

24 Baebius Valerius Firmus, ὁ κράτιστος *honoratus t. Philippensi Revue archéologique 1877 p. 357.*

25 BAEBIA FVLVIA CLAVDIA PAVLINA GRATTIA MAXIMILLA, L. f., soror .. Baebii (*n. 6*) *VI 1361.*

26 Baebia Nigrina, M. f., T. Vivi *(sic)* Vari consularis *(cos. a. 134)* sororis filia *V 4324 t. Brixianus.*

27 L. BAEBIA SALLVSTIA CRESCENTILLA, clarissima femina, coniunx L. Creperei Rogati *VI 1398.*

28 Baetorix, Sugamber, pater Deudorigis, frater Melonis *Strabo 7, 1, 4 p. 292; pro* Βαιτόριγος υἱός *libri exhibent* Βαιτόριτος *vel* Βαιτόριδος.

29 Sex. Baius Pudens. *Tituli: sepulcralis eius Curibus Sabinis repertus admodum mutilus IX 4964 (1); ipse posuit in Mauretania t. Caesariensem Ephem. ep. 5, 977 (2); memoratur in t. libertorum ibidem reperto Ephem. ep. 5, 1022 (3) et in t. Rapidensi Ephem. ep. 5, 955 (alterum eiusdem t. exemplum ibd. n. 1302), qui correctus edetur in Suppl. CIL. VIII (4).*

Sex. Bai ...... *t. 1,* [Se]x. Baius Pude[ns] *t. 2,* Baius Pudens *t. 3,* B[a]ius Pudens *t. 4.* — Procurator Aug. .... item .... Norici, Raetiae Vindelic[iae], [Maur]etaniae Caesariensis *t. 1;* procurator Aug. *(scl. Mauretaniae Caes.) t. 3,* vir egregius, procurator Augustorum (= M. Aurelii et L. Veri intra a. 167/169) et praeses *t. 4.* — Septi[mia] (uxor), Baia P..... filia *t. 1.*

30 Baia P....., Sex. Baii Pudentis filia *IX 4964; fortasse* P[udentilla].

— C. Ambivius Bal ....

— Ti. Claudius Bal...

— P. Servilius Balatro.

— ATILIA BALBILLA.

— Iulia Balbilla.

— L. SEPTIMIA PATAVINIANA BALBILLA TYRIA NEPOTILLA ODAENATIANA.

31 Balbillus, astrologus Neronis *Sueton. Ner. 36 cf.* Barbillus *n. 41.*

— Ti. Claudius Balbillus.

32 BALBINVS a triumviris proscriptus, sed servatus postea consulatum adeptus est eo tempore, quo M. Aemilii Lepidi coniuratio detecta est *id est a. 724 = 30 (cf. A 247) Appian. bell. civ. 4, 50. Vnde idem videtur atque* L. Saenius *consul suffectus mense Novembri a. 724 cf. infra sub Saenio.*

33 Balbinus, 'vitia aut ipsa etiam haec delectant, veluti Balbinum polypus Hagnae' *Horat. sat. 1, 3, 40;* adulescens nobilis *Acro ad. h. l.*

— Arrius Balbinus.
— D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS.
— P. COELIVS BALBINVS VIBVLLIVS PIVS.
— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.
— L. SAENIVS [BALBINVS].
— L. VALERIVS POPLICOLA BALBINVS MAXIMVS.
— M'. VIBIVS BALBINVS.

34 Balbus, gromaticus. *In subscriptione libri coloniarum codex Arcerianus exhibet:* huic addendas mensuras limitum et terminorum ex libris Augusti et Neronis Caesarum, sed et Balbi mensoris, qui temporibus Augusti omnium provinciarum et formas civitatium et mensuras compertas in commentariis contulit et legem agrariam per diversitates provinciarum distinxit ac declaravit *Schriften der römischen Feldmesser I p. 239 (unde pendent Boethius falsus I p. 402, Cassiodor. var. 3, 52) cf.* ex libro Balbi *I p. 225. 245. 249. Librum illum, cuius excerpta hodie extant, multo posteriorem fuisse aetate Augusti probant nomina imperatorum, qui ibi inveniuntur, quorum ultimi sunt M. Aurelius et Commodus I p. 236, 9; fuisse autem partem operis, quod Balbus (n. 35) aetate Traiani confecerat, additamentis quibusdam posteriorum aucti coniecit Mommsen l. l. p. 176 sqq.*

35 Balbus *(sic codex Arcerianus cf. Lachmann, Schriften der römischen Feldmesser II p. 133, Mommsen ibd. p. 146)* Celso euidam librum dedicavit, qui inscriptus est 'expositio et ratio omnium formarum' *cuius fragmentum extat I p. 91–108.* Cum Balbus ad scribendum accessisset, 'intervenit clara sacratissimi imperatoris nostri expeditio' *(Dacica prima Traiani ut videtur) Balbus praef. p. 92;* postquam maximus imperator victoria Daciam proxime reseravit, statim ut e septentrionali plaga annua vice transire permisit, Balbus ad studia reversus librum confecit *p. 93. Vnde munere quodam militari in expeditione Dacica functus esse videtur. De libro cf. Mommsen l. l., Hultsch scriptores metrologici II p. 7 sqq. Falso Balbo tributus est libellus de asse cf. Hultsch p. 14.*

— *Antoninus Balbus *v.* Antonius Balbas.
— M. ANTONIVS BALBVS.
— C. ARRVNTANVS BALBVS.
— C. COCCEIVS BALBVS.
— *C. COELIVS BALBVS.
— Cornelius Balbus.
— C. CORNELIVS BALBVS.
— DOMITIVS BALBVS.
— Q. FABIVS BALBVS.
— Q. FL(AVIVS) BALBVS.
— IVLIVS BALBVS.

— Q. IVLIVS BALBVS.
— IVNIVS BALBVS.
— C. Iunius Balbus.
— D. LAELIVS BALBVS.
— Q. Marius Balbus.
— L. MINDIVS BALBVS.
— NONIVS BALBVS.
— M. NONIVS BALBVS.
— L. NORBANVS BALBVS (FLACCVS?).
— C. PACCIVS BALBVS.
— Q. POMPEIVS BALBVS.
— L. POPILLIVS BALBVS.
— Tullius Balbus.
— C. Valerius Flaccus Setinus Balbus.

36 Ballista, praefectns (praetorio) imperatoris Valeriani, quo capto a Persis a. 261 (M. Fulvio) Macriano auctor fnit, nt imperium cum filiis snmeret *vit. Gallieni 1, trig. tyr. 12, Zonaras 12, 24*; praefectus Macriani *trig. tyr. 12.* Dum Macrianus cum (T. Fulvio Iunio) Macriano filio maiore in Illyricum profectus a Gallieni ducibus vincitur, Ballista cum (T. Fulvio Iunio) Quieto filio Macriani minore orientem fere totum in dicionem redegit; sed clade Macrianorum nuntiata cum plurimi a Quieti partibus deficerent, Odaenathus Quietum et Ballistam in urbe Hemesa inclusit interfecitqne *Zonaras l. l. cf. Dio contin. V p. 225 ed. Dindorf.*

Eadem fere narrat Trebellius Pollio vit. Gallieni 3, nisi quod Ballistam multos Hemesenos cum Quieto interfecisse *scribit. Quo loco cum de Ballistae exitu taceat, postea trig. tyr. 14, 1 et ipse* Quietum cum Ballista ab Odaenatho interfectos esse *exponit. Sed paulo post trig. tyr. 15, 4 et 18, 3* plurimos *sive* mnltos adserere Ballistam Quieto interfecto ipsum purpnram sumpsisse *feliciter invenit. Quae merae nugae sunt auctoris nullo non usi mendacio ad numerum triginta quem sibi proposuerat tyrannorum explendum. Nummos qui ferebantur inscripti* Sorv. Anicius Ballista, *iure abiecit Eckhel VII p. 461.*

Idem videtur Callistus, dux Romanorum, qui Valeriano capto Persas vicit et reppulit *Zonaras 12, 23 p. 141. 142 ed. Dindorf, Syncellus p. 716 ex eodem auctore.*

37 Ballomarius, Marcomanornm rex sub a. 161 *Petrus Patricius fragm. 6 (e Cassio Dione) FHG. IV p. 186.*

38 P. BALSAMIVS SABINIANVS, clarissimus iuvenis(?), tribunus laticlavius, filius Aurelii Sabiniani *III 1985 corr. III S. 8571 t. Salonitanus. Traditur* C. P. *vel* VC *vel* C; C. P. *retinuit Mommsen Ephem. ep. 4, 255, id quod in tribuno laticlavio ferri non potest; praetulerim ergo* C. I.

39 Banadaspus, Iazygum rex a suis in vincula coniectus, quod ad imperatorem M. Aurelium legatos de pace miserat *Dio 71, 16.*

— SVLPICIVS LVCRETIVS BARBA.

40 Barbarus, rhetor graecus aetate Augusti *Seneca suasor. 1, 13, controv. 2, 6, 13.*

— C. ATILIVS BARBARVS.

— M. (CEIONIVS) CIVICA BARBARVS.

— Q. FABIVS BARBARVS VALERIVS MAGNVS IVLIANVS.

— Q. Gabinius Barbarus.

— L. [LIC]INIVS? B[ARBA]RVS?

— P. Rubrius Barbarus.

— T. STATILIVS BARBARVS.

— (L.? VALERIVS) MESSALLA BARBATVS.

— M. VALERIVS MESSALLA BARBATVS APPIANVS.

— GNAEA SEIA HERENNIA SALLVSTIA BARBIA ORBIANA AVGVSTA.

41 Barbillus, astrologus, in cuius gratiam Vespasianus Ephesiis certamen celebrare permisit *Dio 66, 9. In titulis Ephesinis* Βαρβίλληα *memorantur CIG 2870. 3208. 3675 sive* Βαλβίλληα *ibd. 2870 b Add., Ancient Greek inscriptions in the British Museum III n. DCXV; in t. Neapolitano* Βαλβίλλεια ἐν Ἐφέσῳ *CIG 5804 = IGI 747, in t. Atticis* Βαρβίλλεια (Βαρβύλεια *n. 127*), ἐν Ἐφέσῳ *CIA III 127. 129. — Potest idem esse* Balbillus *n. 31.*

42 [B]ARBIVS [FV]LVIVS AEMILIANVS, [pr]aetor, [aedi]lis plebis, [q(uaestor) pr. p]r. provinc...... *V 864 t. Aquileiensis mutilus.*

43 Barbius Proculus, tesserarius speculatorum anno 69 *Tac. h. 1, 25, Plutarch. Galba 24.*

44 BARBVLA Marcum quendam proscriptum a triumviris servavit et ei veniam a C. Caesare impetravit; post pugnam Actiacam, ubi Marcus Caesaris, Barbula Antonii dux fuerat, ille Barbulam captum servavit, τοῖσδε μὲν οὖν ἡ συντυχία τῶν ὁμοίων καὶ ἐς τὸ ἔπειτα παρέμεινεν· ἦρξαν γὰρ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἐν ἄστει οἱ δύο ὁμοῦ *Appian. bell. civ. 4, 49. Ambo igitur consules (suffecti) sub Augusto fuerunt. Nec tamen adhuc id consulum par aliunde innotuit.*

45 Barchochebas (Βαρχωχεβᾶς *id est filius astri Eusebius hist. eccl. 4, 6; 4, 8 = Iustin. Martyr. apol. 1, 31, Hieronym. adv. Rufin. 3, 31; vel* Χοχεβᾶς *sive* Chochebas *Eusebius chron. Armen. ad a. Abr. 2149 = Hieronym. 2149, id. vir. ill. 21, Oros. 7, 13, Syncell. p. 660, 18, apud scriptores talmudicos* Barkosiba *vel* Benkosiba), dux Iudaeorum sub Hadriano rebellantium; *idem, qui in nummis* שמעון נשיא ישראל = *Simon princeps Iudaeorum dicitur Madden, Coins of the Jews p. 239. 244, a plerisque recentiorum habitus est cf. Schürer, Geschichte des jüdischen Volkes I p. 571. 643 sqq.; prorsus aliam viam in iis nummis similibusque explicandis ingressus Hamburger (Berliner) Zeitschrift für Numismatik XVIII (1892) p. 308 sqq. demonstrare studuit intellegendum*

esse non Barchochebam, sed Simonem filium Gamalieli patrem Jehudae. Cuius argumenta examinare ut non meum neque huius loci est, ita monendum videtur perperam omnino illum p. 290 sqq. tempus seditionis Barchochebae circa a. 119–120 statuisse, quae re vera fuit c. a. 132—135; Iudaeorum enim traditio, quam ille sequitur, praeter multa alia plane futilis efficitur vel iis quae de cursu honorum Sex. Iulii Severi (cf. infra I 374) certissimis testimoniis constant.

46 BAREA SORANVS, consul designatus a. 52 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 12, 53; consul ergo suffectus a. 52.* Proconsul Asiae *anno proconsulari 61/62 ut videtur.* Anno 66 ab Ostorio Sabino accusatus; crimini dabatur amicitia Rubellii Plauti *(a. 62 in Asia interfecti Tac. a. 14, 57–59)* et ambitio conciliandae provinciae ad spes novas; vetera haec, sed recens crimen obiectum est, quod Servilia filia pecuniam magis dilargita esset; cum P. Egnatius Celer falsum testimonium in eum edixisset, damnatus est cum filia mortis arbitrio dato *Tac. a. 16, 21. 23. 30–33; h. 4, 10. 70, brevius et minus accurate Dio 62, 26;* 'Stoicus occidit Baream, delator amicum, discipulumque senex' *Iuvenal. sat. 3, 116–117 cum schol. cf. sat. 7, 91 et schol. ad sat. 1, 33; 6, 552.* — Amicus Vespasiani *Tac. h. 4, 7.*

— (C. Licinius) Barea.

— Q. MARCIVS BAREA.

— Q. MARCIVS BAREA SVRA.

47 Bargioras *Dio 66, 7* = Simon Giorae filius *v.* Simon.

48 Barrus ut homo maledicus nominatur *Horat. sat. 1, 7, 8 cum schol. Idem videtur* Baros *(sic traditur)* scurra, qui Gargonio rem venustissimam dixit *Seneca controv. 1, 7, 18. — Diversus est* Barrus *Horat. sat. 1, 6, 30 cf. adnotationem Kiesslingii ad h. l.*

49 Barsemias, Hatrenorum rex Pescennio Nigro a. 193 auxilia misit *Herodian. 3, 1, 3;* Severus a. 194 bellum adversus orientis gentes paravit πρόφασιν ποιούμενος τὴν Βαρσημίου πρὸς Νίγρον φιλίαν *id. 3, 9, 1. De expeditione Severi cf. Dio 75, 1–3.*

— T. HELVIVS BASILA.

— M. Aurelius Basileus.

50 Basilianus, praefectus Aegypti a. 218, a Macrino praefectus praetorio in locum (Vlpii) Iuliani creatus; cum post cladem Macrini ex Aegypto in Italiam profugisset, apud Brundisium deprehensus et Nicomediam missus iugulatus est *Dio 78, 35.*

51 Basilides e primoribus Aegyptiorum, quem Vespasianus a. 70 in templo Serapidis respicere sibi visus est *Tac. h. 4, 82;* Basilides libertus *Sueton. Vespasian. 7, ubi eadem res enarratur.* — Basilides *quidam* Καίσαρος ἀπελεύθερος *procurator ut videtur memoratur in decreto Cn. Vergilii Capitonis praefecti Aegypti a. 49 CIG 4956.*

52 Basilides, sacerdos Carmeli Vespasiano a. 69 imperium praedixit *Tac. h. 2, 78 cf. Sueton. Vespasian. 5.*

53 Basilides, Scytbopolitanus, philosophus, praeceptor Marci Caesaris *Eusebius armen. ad a. Abr. 2164 = Hieronymus ad a. Abr. 2165 = Syncellus p. 663, 3; Sext. Emp. adv. dogm. 2, 258.*
— Gallonius Basilius.
54 Basilus, advocatus *Iuvenal. sat. 7, 145–147; 10, 222;* advocatus illo tempore praevaricator *schol. ad 10, 222.*
55 BASSA, Q. Vitellii uxor, Q. Vitellii mater *VI 359.*
— GEMINIA BASSA.
— ROSCIA BASSA.
— RVBELLIA BASSA.
— Vmbricia Bassa.
56 M. Bassaeus Axius, M. f., tribu Pal., procurator Aug. viae Ostiensis et Campanae, tribunus militum legionis XIII Geminae, procurator regionis Calabricae *(ordo munerum confusus videtur).* Patronus coloniae *(Puteolanorum),* curator rei publicae, IIvir; omnibus honoribus Capuae functus; patronus coloniae Lupiensium; patronus municipi Hudrentinorum *X 1795 t. Neapolitanus, origine ut videtur Puteolanus.*
57 M. Bassaeus Rufus. *Tituli: urbanus ei iussu M. Aurelii Antonini et Commodi Augustorum positus VI 1599 (1); ipse posuit procurator Norici t. Noricum III 5171 (2); epistula eius et Macrinii Vindicis pr. pr. ad Saepinates IX 2438 (3).*

M. Bassaeus Rufus *t. 1,* [M. B]assaeus Rufus *t. 2,* Bassaeus Rufus *t. 3;* Bassaeus Rufus *Dio,* Bassaeus *Philostratus.* — M. f., tribu St[el.] *t. 1,* humili loco natus *Dio 71, 5.* Primus pilus bis, tribunus cohortis V vigulum, tribunus cohortis X urbanae, tribunus [cohortis] .. praetoriae, procurator Asturiae et Calleciae *t. 1;* procurator regni [Nori]ci *t. 1 cf. t. 2;* procurator Belg[icae et du]arum Germaniarum, procurator a rationibus, praefectus .... (ann. *aut* vig. *supplendum est*), praefectus Aegypti, praefectus praetorio [im]peratorum M. Aureli Antonini et [L.] Aureli Veri et L. Aureli Commodi *t. 1,* collega Macrinio Vindice *t. 3,* eminentissimus vir *t. 3;* praefectus praetorio bello Marcomanico *Dio 71, 5, Philostratus vit. sophist. 2, 1, 28. Quo anno a divis fratribus praetorianis praepositus sit, non traditur; certe usque ad a. 177 praefectum mansisse inde sequitur, quod in t. 1 Commodus dicitur Augustus.* Ob victoriam Germanicam et Sarmaticam [A]ntonini et Commodi Augustorum corona [m]urali vallari aurea bastis puris IIII [to]tidemque vexillis obsidionalibus ab [iisdem] donatus; [c]onsularibus ornamentis honoratus *t. 1.* [Huic sen]atus auctoribus imperatoribus Antonino et [Comm]odo Augustis statuam auratam in foro [divi Traia]ni et aliam civili amictu in templo [divi Pii], tertiam loricatam in tem[plo Martis Vltoris? po]nendas [censuit] *t. 1.*

Litterarum expers *Dio l. l. cf. fragmenta Vaticana V p. 206 ed. Dindorf. Cum a Dione dicatur* τὰ πρῶτά γε τοῦ βίου ἐν πενίᾳ τραφείς, *ad*

hunc alludere videtur auctor epistulae Avidii Cassii: 'andisti praefectum praetorii nostri philosophi (*= M. Aurelii*) ante triduum quam fieret mendicum et pauperem, sed subito divitem factum' *vit. Avidii 13, 8.*

— IALLIA BASSIANA.
— IVLIA SOAEMIAS BASSIANA AVGVSTA.
— AELIVS BASSIANVS.
— T. ARRIVS BASSIANVS.
— (Iulius) Bassianus.
— M. IVLIVS GESSIVS BASSIANVS.
— Q. POMPE[IVS] BASSIANVS.
— (SEPTIMIVS) BASSIANVS.
— VALERIVS BASSIANVS.
— Pomponia Bassila.

58 P. Bassilius Crescens, P. f., tribunus cohortis I Germanorum, procurator ludi matutini, procurator annonae Augusti Ostis *XIV 160 t. Ostiensis.*

— GAV[IA?] ... BASSILLA.
— [P]OBLICIA BASSILLA TORQVATA.

59 .....VS BASSIL[LVS], [loco] M. Popili Pedo[nis] salius Palatinus cooptatus *anno incerto VI 1977 in fragmento fastorum Saliorum.*

60 Bassinus, filius Terentiani grammatici, qui ei et Novato genero librum de metris dedicavit *Terentian. v. 283 sqq. Grammat. Lat. VI p. 334 (inde Priscianus ibd. II p. 305, 15).*

— Cocceia Bassula Numisia Procula.
— M. Pomponius Bassulus.
— M. Pomp(onius) Bassulus Longinianus.

61 BASSVS. Severus a. 193 Roma in orientem profectus Domitium Dextrum in locum Bassi praefectum urbi reliquit *vit. Severi 8, 7. Potest idem esse atque n. 70.*

62 BASSVS, consul a. 259 cum Aemiliano *fasti.*

63 BASSVS ....., [praef. aerari] milita[ris] .... [pro]cos. Lyci[ae] .....teriorem .... inat. qu[aestor] .... [pro]cos. Po[nti?] ... *t. urbanus mutilus Bullettino comunale 1884 p. 10 n. 713. Cogitari potest de C. Pomponio Basso Terentiano proconsule Lyciae cf. P 531.*

64 Bassus, amicus quidam Horatii et Pomponii Numidae *Horat. carm. 1, 36, 14.*

65 Bassus, poeta et amicus Ovidii, clarus iambis *Ovid. trist. 4, 10, 47; idem fortasse* Bassus *poeta, ad quem scripsit Propertius 1, 4. — Num idem sit Iulius Bassus rhetor, plane incertum est.*

66 Bassus, minister quidam Avillii Flacci in Aegypto *Philo adversus Flaccum II ed. Mangey p. 530.*

67 Bassus, centurio, qui iussu imperatoris C. Caesaris Avillium Flaccum Alexandriae comprehendit *Philo adversus Flaccum II ed. Mangey p. 530. 533–534.*

68 Bassus, amicus Martialis, ad quem scripsit *epigr. 3, 58;* in Vrbicum *(filium vel potius delicias eius)* amissum *7, 96,* de suburbano Bassi *3, 47.*

69 Bassus, sophista Luciani ut videtur aequalis *Lucian. adversus indoctos 23.*

70 Bassus, Septimii Severi amicus, ab eo ditatus *(Vict.) Epitome 20, 1. Cf. n. 61.*

71 Bassus *in t. Epidaurico CIG 1167 versibus concepto dicitur* θεῶν βουλαῖος ἀνάκτων; *consiliarius quidam Augustorum significari videtur.*

— D. ABVRIVS BASSVS.

— AELIVS BASSVS.

— L. ANNIVS BASSVS.

— ASINIVS BASSVS.

— AVDIVS BASSVS.

— Aufidius Bassus.

— Aurelius Bassus.

— BETILIENVS BASSVS.

— P. BETILIENVS BASSVS.

— Caecilius Bassus.

— Caesellius Bassus.

— Caesius Bassus.

— L. CAESONIVS QVINTVS RVFINVS MANLIVS BASSVS.

— Calpurnius Bassus.

— Cessonius Bassus.

— [CLA]VDIVS BASSVS [CAPI]TOLINVS.

— L. DIGITIVS BASSVS.

— T. FLAVIVS BASSVS.

— L. FLAVIVS SILVA NONIVS BASSVS.

— Gavius Bassus.

— Gellius Bassus.

— M. IALLIVS BASSVS FABIVS VALERIANVS.

— IVL(IVS) BASSVS.

— Iulius Bassus.

— C. IVLIVS BASSVS.

— C. Iulius Bassus.

— L. Iul(ius) Brocchus Valer(ius) Bassus.

— Iunius Bassus.

— C. LAECANIVS BASSVS.

— C. LAECANIVS BASSVS CAECINA FLACCVS.

— C. L[a]ecanius Bassus Paccius Paelignus.

— Laelius Bassus.

— Lollius Bassus.

— Sex. Lucilius Bassus.

— P. MANILIVS VOPISCVS VICINILLIANVS L. ELVFRIVS SEVERVS IVL[IVS] QVADRATVS BASSVS.

— Cn. Munatius Aurelius Bassus.
— [NO]NIVS BASSVS.
— POMPONIVS BASSVS.
— Pomponius Bassus.
— L. [PO]MPONIVS BASSVS.
— T. POMPONIVS BASSVS.
— C. POMPONIVS BASSVS TERENTIANVS.
— L. PONTIVS BASSVS.
— Saleius Bassus.
— C. SALVIVS LIBERALIS NONIVS BASSVS.
— Sepullius Bassus.
— M. Sulpicius Bassus.
— Q. Vettidius Bassus.

72 Bathyllus, pantomimus celeberrimus aetate Augusti, libertus *(schol. Persii)* et deliciae Maecenatis *Tac. a. 1, 54, Dio 54, 17, Seneca controv. 3 praef. 16*; *10 praef. 8, Phaedrus 5, 7, 5, Persius 5, 123 cum schol.*; compositus cum Pylade *Seneca controv. 3 praef. 10, Zosimus 1, 6, Plutarch. quaest. conviv. 7, 8 c. 3, 3, Athenaeus 1 p. 20.* 'Quanta cura laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercidat: stat per successores Pyladis et Bathylli domus' *Seneca quaest. natur. 7, 32, 3, cf. Friedländer, Darstellungen II*[6] *p. 622 sqq.*

73 Bathyllus, pantomimus aetate Iuvenalis *Iuvenal. 6, 63 cum schol.*

74 Bato, e gente Daesitiatium, dux Dalmatarum a. 6 p. C. contra Romanos rebellantium *Dio 55, 29*; in bello Pannonico maxima Batoni ac Pineti ducibus auctoritas erat *Velleius 2, 110, 4*; res ab eo contra Romanos gestae *Dio 55, 29. 30. 32. 34; 56, 12*; a. 9 a Tiberio obsessus se dedidit *Dio 56, 13, Velleius 2, 114*; in triumpho ductus veniam vitamque impetravit *Ovid. ex Ponto 2, 1, 45 sqq.* Tiberius eum ingentibus donatum praemiis Ravennam transtulit *Sueton. Tiber. 20.* — [Bellum] Batonianum *memoratur in titulo Veronensi V 3346*; Bato Pannoniorum rex *falso Rufius Festus 7, qui error fortasse inde ortus est, quod et Suetonius l. l. hunc* Batonem Pannonium ducem *dixit.*

75 Bato, Breucus, dux Pannoniorum a. 6 p. C. contra Romanos rebellantium *Dio 55, 29*; cum Batone duce Dalmatarum societatem belli iniit, res ab iis contra Romanos gestae *id. 55, 30. 32*; cum Romanis Pinnetem tradidisset, a Batone altero a. 8 p. C. captus et interfectus est *id. 55, 34.*

76 Bato, gladiator aetate Caracalli *Dio 77, 6.*

77 Battarius, puer barbarus ad Marcum imperatorem bello Marcomanico legatus missus *Dio 71, 11.*

78 Battus, sannio apud Caesarem *nescio quem Plutarch. quaest. conviv. 8, 6, 1, 3.*

79 Belchionius medicamentum Aelii Galli ab Augusto accepit *Galen. XIV p. 170 K.*

80 C. Bellicius Calpurnius Apolaustus, *in fistula plumbea aquaria in agro Romano reperta* C. Bellici Calpurni Apolausti *Lanciani, sylloge aquaria n. 333.*

81 C. BELLICVS CALPVRNIVS [T]ORQVATVS, consul, civis et patronus Viennensium *XII 1853 t. Viennensis. Potest esse consul a. 143 (n. 86) vel a. 148 (n. 87).*

82 C.(?) Bellicus Marcellinus. *In lapide municipali, qui Romam translatus postea ad alios usus adhibitus est, ex titulo primario (semel accurate a Smetio descripto, interpolato a Ligorio) supersunt:* .... pr. k. Ian. ..... Q. Sossio [Falcone] C. Erucio Cl[aro cos.] *(a. 193)* isdem IIII .... C.(?) Bellico Marcelli[no] cura agente Turellio Felicissimo ob dedicationem eius ded(it) *etc. VI 1173 c. Quae Mommsen l. l. ad hoc exemplum supplevit:* [dedicavit] pr. kal. Ian., isdem (*= idem).* IIII [id. Ian.] C. Bellico Marcelli[no] [cos.], cura *etc. At res incerta est; nam Smetius exhibet* ISDEM ET ... *et mirum esset in t. municipali sub finem saeculi II annum significatum esse per consules suffectos, magis mirum per unum.*

83 C. BELLICVS NATALIS, consul suffectus mense Octobri usque ad finem anni 68 cum P. Cornelio Scipione Asiatico. *In consulatu:* C. Bellicus Natalis idib. Octobr. *VI 471,* a. d. XI kal. Ian. *dipl. mil. III S. VI = X 7891;* C. Bellicus Natalis *VI 8680.* — C. Bellici Natalis servi *VI 9450. 13590 ad hunc pertinere possunt vel ad consulem a. 87.*

84 C. BELLICVS NATALIS TEBANIANVS, consul (suff.) mense Maio a. 87 cum C. Ducenio Proculo *VI 2065 acta Arvalium.* — G. Bellicus Natalis Tebanianus, consul, XV vir, Flavialium *(collegii sodalis) XI 1430 t. Pisanus sarcophagi. Filius videtur C. Bellici Natalis consulis a. 68.*

85 L. BELLICIVS SOLLERS = [Ti.] [Claudius] Alpinus. *Tituli Veronenses: ipsi positus ante adoptionem ab uxore V 3356 (1), memoratur post adoptionem in t. patris naturalis V 3337 (2), uxoris 3338 (3). Ad eundem cum Hirschfeldio mihi referendus videtur t. Dalmaticus III S. 13250 (4), ubi memoratur terminatio facta* per Augustianum Bellicum proc. Aug. *Nam quod von Domaszewski l. l. statuit ibi Claudium Augustanum (V 3337) patrem Sollertis nostri intellegendum esse et Sollertem non filium naturalem, sed adoptivum Augustani fuisse, sententia eius minus probabilis videtur, eo quod nostro eo tempore, quo consul erat vel fuerat, nomen gentilicium* Bellici *fuisse ex t. 3 apparet. Accedit quod in duobus aliis hominibus (quorum nomina infra posita sunt) eodem modo coniuncta inveniuntur nomina* Augustanus Alpinus Bellicius Sollers. *Itaque et nostro plena nomina*

post adoptionem fuisse L. Bellicium Sollertem Augustanum (*sive* Augustianum) Alpinum *coniciam.*

[Ti. Claudius] Alpinus *t. 1,* Bellicius Sollers *t. 2. 3,* Augustianus Bellicus *t. 4,* Sollers *Plinius.* — Ti. f., tribu Quir. *t. 1;* filius (naturalis) [Ti]b. Claudii Augustani *t. 2;* praefectus alae Gallicae, tribunus legionis II Augustae, praefectus cohortis II praetoriae *(auxiliaris quaedam significari videtur, cum praetorianis imperatorum praeessent tribuni),* donis donato bello Germanico *(Domitiani ut videtur) t. 1. Postea adoptatus a Bellicio Sollerte nescio quo* procurator Augusti (Dalmatiae) *t. 4, deinde in ordinem amplissimum adlectus est.* Vir praetorius; a senatu petiit, ut sibi instituere nundinas in agris suis *(in regione Transpadana sitis)* permitteretur; contra dixerunt legati Vicetinorum *Plin. epist. 5, 4 cf. 5, 13 (script. anno fere 105).* Consul *t. 3, suffectus anno incerto sub Traiano.* — Claudia Ti. f. Marcellina uxor *t. 1. 2. 3.*

Ad hunc referri possunt tegulae urbanae XV 887 inscriptae ex f. L. Bellici Sollertis *vel* L. Vellici Sollertis *vel* L. Vellici Soll., *cf. 888* de praedis L. B. S. *annorum 123. 125. 126.*

— ..... CIVS DEXTER AVGVS[TANVS ALPIN]VS BELLICIVS SOLLERS METILIVS ..... VS RVTILIANVS.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.

86 C. BELLICIVS TORQVATVS, consul a. 143 cum Ti. Claudio Attico Herode. *In consulatu:* C. Bellicius Torquatus *VI 20217. 24162. 29335, XIV 3692; ceterum* Torquatus *fasti.*

87 C. BELLICIVS TORQVATVS, consul a. 148 cum P. Salvio Iuliano. *In consulatu:* C. Bellicius Torquatus *VI 375, XI 3778, ceterum* Torquatus *fasti.*

88 C. BELLICIVS (*sive* BELLICVS) TORQVATVS TEBANIANVS, consul a. 124 primum cum M'. Acilio Glabrione, dein cum Ti. Claudio Attico. *In consulatu:* C. Bellicius Torquatus *VI 10048. XIV 3692;* C. Bellicus Torquatus *XIV 51;* Γαίῳ .... [Τηβ]ανιανῷ Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς *1875 t. I p. 91 n. 75;* Tebanianus *Annali del' Instituto XLII p. 183 n. 181,* Teb. *ibd. p. 190 n. 257. Ceterum* Torquatus *fasti.* — *Incertum est num ad hunc pertineat t. Bulgaricus Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XVIII (1895) p. 111 n. 16* Βελλικίῳ Τορκ[ουάτῳ Τηβα]νιανῷ τὸ β' κ[αὶ] ......, *ita ut iterationis nota falso addita sit. Id quod veri simile videri potest, cum omnino Bellicium neminem qui altero consulatu functus sit usque adhuc cognitum habeamus.*

88a *Bellicia Modesta. *In imagine aenea capitis virginis, quam post alios edidit Lanciani Notizie degli Scavi 1883 tab. XVIII cf. p. 460, adscriptum est* Belliciae Modeste v(irginis) v(estalis); *quae num vere antiqua sit, dubitatur.*

— Bellicus *v.* Bellicius.

— Augustianus Bellicus *v. B 85.*

— Avianus Bellicus.

89 Benedicte, meretrix ut videtur *Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 17.*

— LVCILIA BENIGNA.

— C. LVCILIVS BENIGNVS NINNIANVS.

— ORFIDIVS BENIGNVS.

90 M. Bennius Rufus. *Titulum ei posuerunt Neapoli* Oe(e)nses ex provincia Africa *X 1684 (1), memoratur in fistula plumbea Cumana X 3713 (2).*

Plena nomina exhibet t. 2, . . Bennius Ru . . . *t. 1.* M. f., procurator imp. Caesaris Augusti *t. 1.*

— (Iulia) Berenice.

— C. AEMILIVS BERE[NI]CIANVS MAXIM[VS].

— C. IVLIVS ALEXANDER BERENICIANVS.

— A. IVLIVS POMPILIVS PISO T. VIBIVS [VARVS] LAEVILLVS BERENICIANVS.

91 Bericus, exul Britannus aetate Claudii *Dio 60, 19.*

92 P. Besius Betuinianus C. Marius Memmius Sabinus, P. f., tribu Quir., praefectus cohortis I Raetorum, tribunus legionis X geminae piae fidelis, praefectus alae Dardanorum, procurator imp. Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici Dacici monetae, procurator provinciae Baeticae, procurator XX hereditatium, procurator pro legato provinciae Mauretaniae Tingitanae, donis donatus ab imperatore Traiano Augusto bello Dacico corona murali vallari hastis puris vexillo argenteo exacti exercitus *VIII 9990 t. Tingitanus.*

93 Besia Sabina, C. f. annorum XV decessit *VI 1489 in titulo, ubi praecedunt* L. Pinarius Ruscus, Pinaria L. f. Metili; *hanc filiam, Besiam uxorem Rusci putaverim, certe Besia parentela quadam cum illis coniuncta fuit.*

94 Bestius *memoratur Horat. epist. 1, 15, 37 (inde Persius sat. 6, 37);* 'nomen parcissimi cuiusdam' *Acro. Personam a Lucilio fictam opinatur Kiessling ad l. l.*

95 BETILIENVS BASSVS. C. Caesar Betilienum Bassum quaestorem suum procuratoris sui filium aliosque — — uno die flagellis occidit, torsit, non quaestionis, sed animi causa *Seneca de ira 3, 18. Ad eundem spectat Dio 59, 25* Βετελλῖνον δὲ Κάσσιον ἀποσφαγῆναι κελεύσας καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ αὐτῷ κατηνάγκασε . . . *ubi vulgata lectio nominis sine dubio corrupta est, alii codices exhibent* Βετιλῖνον δὲ Κάσσον; *scribendum est* Βάσσον.

96 P. BETILIENVS BASSVS, IIIvir aere argento auro flando feriundo sub Augusto *in nummis Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 257.*
97 (Betilienus) Capito, pater Betilieni Bassi, procurator C. Caesaris *cf. n. 95;* cum a Gaio supplicio filii adesse coactus interrogasset num sibi conivere liceret, et ipse occisus est *Dio 59, 25.*
98 C. Betitius Pietas, C. fil., tribu Cor., praefectus cohortis primae Flaviae Commagenorum; quaestor, IIIIvir iure dicundo, IIIIvir quinquennalis Aeclani *IX 1132 t. Aeclanensis.* — Neratia Procilla uxor, Betitius Pius filius *ibd.*
99 C. BETITIVS PIVS, vir clarissimus, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum.*
100 C. Betitius Pius, C. Betitii Pii et Fuscinille *IX 6083, 28 in signaculo.*
101 Betitia Pia *memoratur in signaculo servi IX 6083, 141.*
102 BETITIA PLOTINA, clarissima femina *IX 1570 t. Beneventanus.*
— P. Besius Betuinianus C. Marius Memmius Sabinus.
— L. IVLIVS POMPILIVS BETVLENVS APRONIANVS.
103 Betutia Sertoriana, Vitrasi Aequi (uxor) *Ephem. ep. 8, 532 t. Calenus, quem posuerunt* Thabraceni.
104 Betuus Chilo (Cilo *scribendum videtur*), ab imperatore Galba a. 68 in Gallia occisus *Tac. h. 1, 37. Ex contextu verborum Taciti Betuum hominem nobilem fuisse, probabiliter qui magistratu vel munere publico fungeretur, apparet.* — C. Betuus C. f. Tro. Cilo Minucianus Valens Antonius Celer P. Ligurius Rufinus Ligurianus *in titulo Perusino XI 1941 potest parentela cum nostro coniunctus fuisse.*
105 Bibula, uxor Sertorii *Iuvenal. 6, 142 (nomina non ficta videntur).*
— (CALPVRNIVS) BIBVLVS.
— C. (CALPVRNIVS) BIBVLVS.
— M. CA[LPVRNIVS] BIBVLV[S].
106 Bicilis, Dacus, familiaris Decebali *Dio 68, 14.*
107 C. Bienus Longus *memoratur in titulo prope Aperlas in Lycia reperto Lebas-Waddington 1292 = CIG 4300 Add. p. 1134, corr. Reisen im südwestlichen Kleinasien II p. 49 not. 6, ubi editur ex lapide* ἐπὶ Γαίου Βιην[ί]ου (Μην[ί]ου *priores); scribendum potius videtur* Βιήνου. — Procurator Lyciae anno 80 *tit.*
— M. MARCIVS BIETIS GLAVCVS.
108 Birrius, latro aetate Horatii *Horat. sat. 1, 4, 69.*
109 Q. Birrius, auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 19 aliunde non notus.*
— Petillius Birro.
110 Bithus, gladiator optimus aetate Horatii *Horat. sat. 1, 7, 20 cum schol.*
— TI. CLAVDIVS BITHYNICVS.
— M. I[N]STEIVS BITHYNICVS.
— Volusius Bithynicus.
— Q. FVLVIVS GILLO BITTIVS PROCVLVS.

111 Bl[a]esius Taurinus, miles cohortis VI praetoriae sub Antonino Pio *Scriptores Gromatici I p. 251.*

112 Blaesus, *iure consultus aetatis Augusti*, 'Blaesus ait Trebatium *(Testam)* respondisse' *Labeo Digest. 33, 2, 31.*

113 Blaesus, amicus Atedii Melioris *Statius silv. 2, 1, 191 sqq.; 2, 3, 77;* in honorem mortui Melior 'ad natalicium diem colendum scribarum memori piaeque turbae' caput Blaesianum donaverat, cuius usuris scribae quotannis fruerentur *Martial. 8, 38. — De Velleio Blaeso cogitavit Friedländer ad l. l. Martialis.*

— IVNIVS BLAESVS.

— Q. IVNIVS BLAESVS.

— C. Passennus Paullus Propertius Blaesus.

— PEDIVS BLAESVS.

— P. SALLVSTIVS BLAESVS.

— VELLEIVS BLAESVS.

— Maevius Blandus.

— RVBELLIVS BLANDVS.

— (Rubellius) Blandus.

— C. RVBELLIVS BLANDVS.

114 P. Blessius *(sic libri duo optimi,* Blessus *alii)* seu Sarmentus *Quintilian. institution. 6, 3, 58, ubi scriptura tradita num sana sit, iure dubitatur; ceterum vide infra sub Sarmento.*

114a Blitius Catulinus, occasione coniurationis Pisonianae detectae in exilium pulsus a. 65 *Tac. a. 15, 71.*

115 BO........, unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministraverunt anno 241 *acta Arval. VI 2114.*

— Cornelius Bocchus.

— L. Cornelius Bocchus.

— FLAVIVS BOETHVS.

— M. VLPIVS BOETHVS.

116 Boiocalus, dux Ampsivariorum; vinctus rebellione Cherusca iussu Arminii, mox Tiberio, Germanico ducibus stipendia meruit et quinquaginta annorum obsequio id quoque adiunxit, ut gentem suam dicioni romanae subiceret; cum a. 58 cum gente sedibus pulsa agros, qui fuerant Tubantum et Vsiporum, occupasset a Duvio Avito repulsus est *Tac. a. 13, 55–56.*

— T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS AVG. PIVS.

117 BOIONIA PROCILLA (Boiunia *traditur*), uxor Arrii Antonini, mater Arriae Fadillae, avia materna imperatoris Antonini Pii *vit. Pii 1;* dispensator Boioniae Procillae et Aurelii Fulvi (generi) *memoratur VI 9355.*

— Fulvius Boius.

— *L. MINDIVS BOLANVS.

— M. VETTIVS BOLANVS.

118 Bonitus, stipator Gallieni *vit. trig. tyr. 10, 11 in epistula.*

119 Bononius Maximus, cui divi Severus et Antoninus generaliter rescripserunt de pecunia relicta ad alimenta puerorum *Marcianus Digest. 35, 2, 89. Fortasse praeses aliquis provinciae vel magistratus.*

120 Bonosus apud Coloniam Agrippinam contra Probum imperatorem rebellavit et ab eo oppressus est *vit. Probi 18. 24, Eutrop. 9, 17 (inde Orosius 7, 24), Victor Caes. 37, Epitome 37.* — Domo Hispaniensi, origine Britannus, Galla tamen matre, rhetoris vel paedagogi litterarii filius; militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites, duxit ordines, tribunatus egit, dux limitis Raetici fuit; cum quodam tempore in Rheno romanas lusorias Germani incendissent, timore ne poenas daret, sumpsit imperium; uxor Hunila gentis Goticae ei ab Aureliano data, cui Probus aeque ac filiis duobus, quos reliquit, pepercit *vit. Bonosi 14–15. Quae omnia mixta praeterea meris nugis, quas praeterii, plus quam suspecta sunt.*

— RVPILIVS BONVS.

121 Boter, libertus, ex quo Plautiam Vrgulanillam uxorem Claudiam filiam concepisse Claudius (qui postea imperavit) sibi persuasit *Sueton. Claud. 27.*

122 Boudicca *(sic recte codex Mediceus Tac. a. 14, 37,* Boodicia *ibd. 14, 31;* Booducca *14, 35;* Voadicca *vel* Voaduca *libri Vaticani Agricol. 16;* Βουνδουίκα *traditur apud Xiphilinum),* uxor Prasutagi regis Icenorum *Tac. a. 14, 31;* post mortem mariti a Romanis graviter afflicta a. 61 Britannos ad rebellionem contra Romanos filias violatas curru prae se vehens accendit *ibd. 14, 34, Agricol. 16;* Britannis victis vitam veneno finivit *ibd. 14, 37. Eadem fere pluribus verbis minus accurate Dio (Xiphil.) 62, 2–7;* morbo extincta *dicitur ibd. 62, 12, falso ut videtur.*

123 L. Bovius Celer, L. f. L. n., tribu Fal., praefectus fabrum, tribunus militum legionis III Cyrenaicae, procurator ludi familiae gladiatoriae Caesaris Alexandreae ad Aegyptum, adlectus inter selectos *(iudices)* ab imp. Caes. Augusto; II vir, quaestor, augur (Puteolis) *X 1685 t. Puteolanus.* Sextia Nerula uxor *ibd.*

124 BRADVA MAVRICVS, proconsul Africae, rescriptum Severi et Antonini ad eum *Macer Digest. 1, 21, 4; Vlpianus 26, 10, 1, 4. Videtur idem esse atque M. Valerius Bradua Mauricus cos. a. 191.*

— APPIVS ANNIVS ATILIVS BRADVA.

— M. APPIVS (ATILIVS?) BRADVA.

— Aquilius Bradua.

— M. ATILIVS BRADVA.

— M. ATILIVS METILIVS BRADVA.

— M. VALERIVS BRADVA MAVRICVS.

— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.

125 BRASIDAS, Lacedaemonius, vir praetorius, aetate divi Marci *Vlpianus Digest. 36, 1, 23 (22).*

— Iulius Briganticus.

126 Brinno, claritate natalium insignis, dux Canninefatium a. 69 *Tac. h. 4, 15. 16.*

— TI. CLAVDIVS CAESAR BRITANNICVS.

127 Broccus quidam non malus rhetor *Seneca controv. 2, 1, 23.*

— ARMENIVS BROCCHVS.

— L. Iul(ius) Brocchus Valer(ius) Bassus.

— T. IVLIVS MAXIMVS MA.... BROCCHVS SERVILIANVS A. QVADRON[IVS] L. SERVILIVS VATIA CASSIVS CAM....

— Iunius Brocchus.

— Milo Brocchus.

— CN. SERTORIVS BROCCHVS AQVILIVS AGRICOLA PEDANIVS SALINATOR IVLIVS SERVIANVS.

— Maecius Brundisinus.

128 Brutianus, poeta aetate Martialis, epigrammata graeca scripsit *Martial. 4, 23.*

129 Bruttedius Brutus, rhetor aetate Augusti *Seneca controv. 7, 5, 9; 9, 1, 11.*

130 BRVTTEDIVS NIGER (Bruttedius *libri Senecae et Taciti*, Bruttidius *Iuvenalis cf. de formis diversis, quarum illa antiquior, haec recentior est Büchler Rheinisches Museum XI (1857) p. 296, Friedländer ad Iuvenal. sat. 5, 118*), discipulus Apollodori Pergameni rhetoris *Seneca controv. 2, 1, 36;* anno 22 aedilis cum Mamerco Scauro et Iunio Othone C. Silanum accusavit *Tac. a. 3, 66;* Bruttedium artibus honestis copiosum et, si rectum iter pergeret, ad clarissima quaeque iturum festinatio extimulabat, dum aequales, dein superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat, quod multos etiam bonos pessum dedit *ibd. Pessumdatus scilicet amicitia et interitu Seiani cf. Iuvenal. sat. 10, 81:* 'perituros audio multos': nil dubium, magna est fornacula 'pallidulus mi Bruttidius meus ad Martis fuit obvius arma', *ubi poeta statum rerum publicarum post necem Seiani describit.*

Specimen eloquentiae scholasticae eius *Seneca controv. 2, 1, 35. 36. Seneca ubi* 'a declamatoribus ad historicos transiens' *(§ 16) horum enarrationes mortis Ciceronis affert, et Nigri verba laudat suasor. 6, 20. 21. Vnde eum opus aliquod historicum composuisse apparet.*

— LVSTRICIVS BRVTTIANVS.

131 Bruttius, rerum scriptor citatur de persecutione Christianorum a Domitiano instituta *ab Eusebio armen. p. 160 extr. ed. Schöne (ubi* Brettius), *inde pendent Hieronymus chron. ad a. Abr. 2112* (Bruttius), *Syncellus p. 650, 16* (Βρέττιος), *Malalas p. 260, 21* (Βώττιος *editur*),

Chronicon Paschale p. 468, 7 (Βρούττιος); *cum alienum fuisse a fide Christiana apparet ex Euseb. hist. eccles. 3, 18, ubi nomine omisso intellegendus est.* — *Idem videtur* Βρούττιος ὁ ἱστορικὸς καὶ χρονογράφος qui de Danae et Iove citatur *Chron. Pasch. p. 69, 14* = *Malalas p. 34, 22* (Βούττιος), *et* Βόττιος qui de imperio Alexandri Magni *Malal. p. 193, 17.*

132 C. BRVTTIVS CRISPINVS, vir clarissimus, patronus coloniae Canusii *IX 338 album Canusinum a. 223.*

133 L. BRVTTIVS CRISPINVS, consul a. 224 cum Appio Claudio Iuliano II. *In consulatu:* L. Bruttius Crispinus *XI 2702,* Bruttius Crispinus *XIV 125, IGI 2090* = *CIG 6707,* (Bruttio Crispi *sic*) *VI 3070; ceterum* Crispinus *fasti.*

134 L. BRVTTIVS CRISPINVS, vir clarissimus *in t. servi X 238 t. Grumentinus lectionis dubiae.*

135 BRVTTIVS *LATERANVS, *in t. Amorgino edito Bulletin de correspondance Hellénique 1891 p. 573 scriptum est* πρὸ δεκαδύο καλανδῶν Δεκεμβρίων [Βρ]ουττίῳ Λ[α]τερανῷ καὶ Ἰουνίῳ Ῥουφείνῳ ὑπάτοις. *Recte adnotavit Homolle p. 575 l. l. significari videri consules a. 153, qui fuerunt C. Bruttius Praesens et A. Iunius Rufinus, et errore Bruttio cognomen consulis ordinarii a. 154, T. Sextii Laterani, inditum esse.* — P. AELIVS BRVTT[IVS] LVCIANVS.

136 BRVTTIVS PRAESENS *nescio quis memoratur in titulis Venusinis ab eodem servo pro salute eius dedicatis IGI 688* = *CIG 5875 a 2 Addit. p. 1261* (Βρυ[ττ]ίου Πραίσεντος) *et CIL IX 425* (Praesentis).

137 C. BRVTTIVS PRAESENS, *consul I suffectus a. incerto,* consul II a. 140 cum imperatore Caes. T. Aelio Antonino Pio II. *In consulatu:* C. Bruttius Praesens *CIG 3175* = *III 401, VI 401* (Brittius), *VI 833, IX 2828 et nominibus abbreviatis compluriens in tegulis;* Bruttius Crispinus *III tabula cerata 6, Censorinus de die nat. 6; ceterum plerumque* Praesens *fasti.*

138 C. BRVTTIVS PRAESENS, consul *(suffectus anno incerto saeculi II exeuntis vel III ineuntis),* C. Brutti Praesentis II cos. *(a. 180) t. posuit iussu matris (cuius nomen periit) heres in agro Amiternino IX 4512. Fortasse eiusdem* C. Brut[ti] [Prae]sentis *memoria extat in fragmento t. Amiternini IX 4232.*

139 C. BRVTTIVS PRAESENS, consul a 217 cum T. Messio Extricato II. *In consulatu:* C. Bruttius Praesens *VI 1989, ceterum* Praesens *fasti. Idem videtur* [C. Bruttius Pr]aesens salius Palatinus factus a. 199 *VI 1982. 1983.*

140 C. BRVTTIVS PRAESENS, consul a. 246 cum C. Al..... Albino *dipl. mil. III S. LXXXIX, ceterum* Praesens *fasti.*

141 C. BRVTTIVS PRAESENS, proconsul (Africae) [Val]eriae Mar[ciae] Hostiliae Crispinae Moeciae Corneliae maritus *VIII 110 t. Capsensis. Fortasse parentes Bruttiae Crispinae.*

142 C. BRVTTIVS PRAESENS *nescio quis in fistulis plumbeis IX 4906 cf. Additam. p. 686 et in tegulis IX p. 686, XV 331 repertis in agro Trebulae Mutuescae. Vel ad eundem vel ad hominem cognominem eiusdem stirpis pertinere videntur t. Trebulani servorum libertorumve* Brutti Praesentis *IX 4920,* C. Bru... *4915,* [Br]utti .... *4943.*

143 L. BRVTTIVS PRAESENS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii *IX 338 album Canusinum a. 223.*

144 L. BRVTTIVS QVINTIVS CRISPINVS, consul a. 187 cum L. Roscio Aeliano. *Memoratur in titulo liberti patris VI 7582, ubi plena nomina extant. In consulatu:* L. Bruttius Crispinus *X 1784, ceterum* Crispinus *fasti, nisi quod fortasse ad hunc spectat tegula inscripta* ex. fig. Cuspi Rufini Brittio cos. *XIV 4091, 35. — Filius C. Bruttii Praesentis consulis II a. 180 cf. infra F 355.*

— L. FVLVIVS .... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN... VALERIVS MAXIMVS POMPEIVS L..... VALENS CORNELIVS PROCVLVS ..... AQVILIVS VEIENTO.

145 (BRVTTIA) CRISPINA = CRISPINA AVGVSTA. Filia C. Bruttii Praesentis cos. II a. 180 *vit. Marci 27, 8 cf. tit. patris X 408 et supra n. 141.* Cum bellum Marcomanicum denuo exarsisset, Marcus profecturus eam Commodo filio celerius quam voluerat in matrimonium collocavit *Dio 71, 33, vit. Marci l. l. anno igitur 178, non 177 ut voluit Eckhel VII p. 107; neque illi anno adversantur nummi Crispinae et Commodi Cohen III² p. 388 sq., ubi Commodus dicitur* Imp. Commodus Aug. Germ. Sarm., *et adstipulantur nummi Alexandrini Crispinae (v. infra) qui incipiunt ab a. nono decimo Marci id est a. 178/179. Inde* Crispina Augusta *VIII 2366, VIII S. 16530, passim in nummis Cohen p. 382 sqq.* Adulterii insimulata in Capreas insulam relegata, deinde interfecta est *Dio 72, 4. — Memoratur Herodian. 1, 8, 4.*

Relegatam esse eam eodem fere tempore, quo coniuratio Lucillae et Vmmidii Quadrati patefacta est, ex Dione apparet. Accuratius nummi Alexandrini Crispinae tempus definiunt annos inscriptos habentes Marci nonum decimum usque ad vicesimum secundum (= 181/182); nam quod de hoc ultimo dubitaverat von Sallet, Daten der Alexandrinischen Kaisermünzen p. 42, certum exemplum ex musco Britannico innotuit, Catalog. Alexandria p. 180 n. 1417. Itaque Crispina a. 182 aula expulsa est.

146 Brutus, amicus Ovidii, ad quem scripsit *ex Ponto 1, 1; 3, 9; 4, 6; Brutum in causis agendis versatum esse apparet ex 4, 6. 29 sqq. — Absurde quidam hunc Brutum eundem esse statuerunt atque M. Iunium Silanum cos. a. 15 p. C.; cogitari potest de Bruttedio Bruto.*

— Bruttedius Brutus.

147 Bryonianus Lollianus *publice honoratus t. Sidae in Pamphylia reperto Lanckoroński, Städte Pamphyliens und Pisidiens I p. 185 n. 107 (1), ubi traditur* Βρυωνιανὸν Λολλιανὸν τ[ὸν κράτιστον] δουκηνάριον πρειμι-

πειλά[ριον] ΕΠΙΤΡΟΠΩΝ *(sic)* συγγενῆ ὕπατι .... κτίστην καὶ φιλόπατριν; *memoratur in titulo uxoris Sidae reperto CIG 4346 cf. Add. p. 1163 = Lebas-Waddington 1385* Κυρεινίαν Πάτραν τὴν κρατίστην γυναῖκα Βρυωνιανοῦ Λολλιανοῦ τοῦ κρατ(ίστου) δουκηναρίου ἀπὸ ἐπιτρόπων πριμιπιλαρίου κτίστου καὶ φιλοπάτριδος — —.

Bryonianus Lollianus *t. 2,* Brionianus Lollianus *t. 1, illud praeferendum videtur.* — Origine Sidensis, propinquus consularium, primipilaris, ducenarius (procurator) *t. 1. 2;* Quirinia Patra uxor *t. 2.*

Qui t. 1 edidit, legit ἐπιτρόπων συγγενῆ, ὑπατι[κόν]. *At primipilaris ducenarius consularis nullo modo ferri potest; immo aut* ΕΠΙΤΡΟΠΩΝ *in lapide errore lapicidae positum est pro* ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ *aut supplendum est* πρειμιπειλά[ρ. ἀπὸ] ἐπιτρόπων, συγγενῆ ὑπατι[κῶν] κτλ.

148 Bulla cognomento Felix, latro celeberrimus imperante Septimio Severo *Dio 76, 10 (Zonaras 12, 10).*

149 C. BVLTIVS GEMINIVS MARCELLVS, clarissimus iuvenis, (C. Bultii) Gemini Titiani filius, patronus (Lilybitanorum) *X 7206 t. Mazaritanus.*

150 C. BVLTIVS GEMINIVS TITIANVS, origine Lilybitanus, clarissimus vir, proconsul provinciae Siciliae, consul *(suffectus anno incerto);* patronus (Lilybitanorum) *X 7233 t. Lilybitanus.* Geminius Titianus *in titulo filii cf. n. 149.*

151 L. BVRBVLEIVS OPTATVS LIGARIANVS. *Titulus eius Minturnensis X 6006 honores ordine inverso exhibet, de quo egit Borghesi oper. IV p. 103–178.*

L. f., tribu Quir., IIIvir kapitalis, tribunus laticlavius legionis IX Hispanae, quaestor Ponti et Bithyniae, aedilis plebis, praetor, curator viarum Clodiae Cassiae Ciminiae, curator rei publicae Narbonensium item Anconitanorum item Tarricinorum, legatus legionis XVI Flaviae Firmae, logistes Syriae, proconsul Siciliae, praefectus aerarii Saturni, consul *(suffectus anno incerto sub Hadriano),* curator operum locorumque publicorum, legatus imperatoris Antonini Aug. Pii et divi Hadriani pro pr. provinciae Cappadociae *(a. 138 et seqq.),* legatus imperatoris Antonini Aug. Pii pro pr. provinciae Syriae, in quo honore decessit. — Sodalis Augustalis. — Patronus coloniae Minturnensium *titulus.*

Quae de Burbulei quaesturae tempore statuerat Borghesi, monumenta, quae postea innotuerunt, a vero abesse docuerunt; sub finem fere imperii Traiani vel paulo posterius Burbuleius quaestura functus esse videtur. Legationem Cappadociae anno 137 exeunte vel 138 ineunte iniit, quoniam Flavium Arrianum ei provinciae etiam a. 137 praefuisse ex titulo Sebastopolitano (cf. F 124) compertum habemus.

152 Burburus, de numero vexillariorum, notissimus potator temporibus Aureliani *vit. Firmi 4, 5.*

— Iulius Burdo.

153 Burrus, παιδαγωγὸς τοῦ Νέρωνος τάξιν τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν πεπιστευμένος = ab epistulis graecis Neronis *Ioseph. ant. 20, 8, 9. Aut erravit Iosephus in munere, cum de Afranio Burro praefecto praetorio cogitaret, aut propter munus, quo tunc temporis liberti fungebantur, hic ab Afranio Burro diversus fuit.*

154 Burrus, filius quinquennis Parthenii Domitiani cubicularii, in cuius diem natalem Martialis scripsit *epigramma 4, 45, 4; memoratur ibd. 5, 6, 6.*

— Sex. Afranius Burrus.

— L. ANTISTIVS BVRRVS.

— L. ANTISTIVS BVRRVS ADVENTVS.

— L. ANTISTIVS MVNDICIVS BVRRVS.

— ACILIVS BVTA.

155 Buteo, rhetor, aequalis Porcii Latronis *Seneca controv. 1, 1, 20; 2, 5, 15,* Passieni *ibd. 2, 5, 17,* Asinii Pollionis *ibd. 7, 4, 3.* Sententiae, divisiones, colores eius *passim apud Senecam rhetorem.*

156 Butra ut amicus Manli Torquati nominatur *Horat. epist. 1, 5, 26.*

157 Bythus Durrachenus *Plin. nat. hist. ind. l. 28* (Bithus Durrachenus *ibd. 28, 82*) auctor Plinii de medicinis ex animalibus. *Quamquam a Plinio inter auctores romanos recensetur, cum in indice eiusdem libri praecedat* 'Sextius Niger, qui graece scripsit', *fortasse idem est* Βούτας αἰτίας μυθώδεις ἐν ἐλεγείοις περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναγράφων, *cuius epigramma graecum Plutarchus affert in vita Romuli 30, qui* Butas in causalibus *citatur Arnob. 5, 18.*

C

1 T. C...., procurator Augusti a. 133 *memoratur in t. mutilis Dacicis III S. 12601 a (1). b (2). Qui primus t. vidit edidítque, legisse sibi visus est in t. 1* T. CL / OS / VICE PROC. AVG, *sed haec von Domaszewski in lapide non agnovit.*

2 IMP. C(AESAR) P. C.... REGALIANVS AVGVSTVS. *Nummi: Eckhel VII p. 462, Cohen VI² p. 10. In nummis musei Vindobonensis quos Eckhel descripsit, item in nummis Cohen n. 2. 3 invenitur* Imp. C. P. C. Regalianus, *in nummo n. 4 Cohen Eckhelium auctorem laudans male edidit* Imp. C. C. P. Regalianus. *In altera* C. *littera nomen gentilicium latere videtur. Apud Trebellium Pollionem traditur* Regilianus *uno loco excepto vit. trig. tyr. 10, 5* 'rex regis regi Regaliano' (*sic* B P); *sed auctor propter iocum* Regilianus *vel* Regiliano *scripsisse videtur;* Regalianus *codex Bodleianus Vict. Caes. 33, 2, Polemius Silvius p. 521 (chronica*

minora I ed. Mommsen), Regillianus *Epitome 32, 3;* Trebellianus *Eutrop. 9, 8.*

Gentis Daciae *trig. tyr. 10, 8.* In Illyrico ducatum gerens imperator est factus auctoribus imperii Moesis, qui cum Ingenuo fuerant ante superati — — hic multa fortiter contra Sarmatas gessit, sed auctoribus Roxolanis consentientibusque militibus et timore provincialium, ne iterum Gallienus graviora faceret, interemptus est *ibd. 10, 1–2;* Gallienus in Illyricum properans Ingenuum devicit, moxque Regalianum, qui receptis militibus, quos Mursina labes reliquos fecerat, bellum duplicaverat *Vict. Caes. 33, 1–2;* in Moesia imperator effectus *Epitome 32, 3;* Sirmii tyrannus extitit *Polemius Silv. l. l.;* Gallienus in Illyrico Ingenuum apud Mursam occidit et Trebellianum *Eutrop. 9, 8. Trebellius Pollio igitur proprio Marte res mutavit, ut Gallieni gloriam, quantum posset, minueret. — Memoratur vit. Gallieni 9, 1, Claudii 7, 4.*

Vxorem eius esse Sulpiciam Dryantillam, quae non nisi ex nummis cognita est, probabiliter statuit Eckhel VII p. 463.

3 C. C . . SECVNDVS, praetorius aetate Antonini Pii, patronus coloniae Falerionis, maritus Antoniae Picentinae *IX 5428 t. Faleriensis; in lapide puto fuisse* C. C[L.], *cum duae aut summum tres litterae possint periisse.*

— AVRELIVS C . . . .

— [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C . . . CIVS.

4 M. CA . . . . . , legatus pro[cos.] (Asiae) *memoratur in t. Ephesio III 6079 corr. III S. 7128.*

— *Cadicianus *v.* Caedicianus.

5 C. CADIVS RVFVS. *Nummi Nicaeae Bithyniae: a) in adversa cum capite et inscriptione nominis* Claudii, *in aversa*, Γ. Κάδιος Ῥοῦφος ἀνθύπατος Νεικαιέων *Catalogue of the Greek coins of Pontus etc. p. 153 n. 13, Mionnet II p. 450 n. 212, Leake, Numismata Hellenica Suppl. p. 73, museum Berolinense; b) Messalinae, in aversa 1) eadem atque in a) vel 2)* ἐπὶ Γ. Καδίου Ῥούφου ἀνθυπάτου πάτρωνος *Catalogue p. 154 n. 14, Mionnet II p. 450 n. 213, Suppl. V p. 81 n. 412, p. 82 n. 413; c) Britannici, eadem aversa atque in b 2 Imhoof-Blumer, Monnaies grecques p. 240. Male lecti sunt nummi eiusdem Mionnet Suppl. V p. 81 n. 411, p. 172 n. 999, Leake, Numismata p. 89. — Nomina plena exhibent nummi,* Cadius Rufus *apud Tacitum.*

Proconsul Bithyniae intra a. 43, *ubi filius Claudii dici coeptus est Britannicus*, et a. 48, *quo Messalina damnata est, nummi.* Anno 49 ex proconsulatu lege repetundarum accusantibus Bithynis damnatus *Tac. a. 12, 22;* anno 69 ab imperatore Othone senatorius locus ei redditus est *Tac. h. 1, 77.*

Ad hunc referri potest fragmentum t. urbani bilinguis VI 1508 = CIG 5894 = IGI 1077, quem dedicarunt civitates quaedam Ponti et Bithyniae . . . . o L. f. Rufo pro[cos.] . . . . patrono.

6 Cadmus *memoratur Horat. sat. 1, 6, 39,* 'carnifex illo tempore fuisse dicitur' *Porphyrio p. 221 ed. Meyer.*

7 CAE....., consul (suffectus) nonis Maiis *a. incerto XIV 4276.*

8 CAECIDIANVS (*? scribendum videtur* Caedicianus *vel* Caecilianus), praetor, de quo Pomponius memoraverat *Vlpianus Digest. 4, 3, 7, 10.*

— PVBLILIA CAECILIANA.

9 CAECILIANVS, senator, accusator (Aurelii) Cottae Messalini a. 32 damnatus *Tac. a. 6, 7.*

10 Caecilianus, cui Galenus libellum dedicavit, qui inscriptus est τῷ ἐπιλήπτῳ παιδὶ ὑποθήκη *Galenus XI p. 357 K.*

— Aurelius Ca[e]cilianus.

— L. BAEBIVS CAECILIANVS.

— Sex. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus.

— Domitius Caecilianus.

— LABIENVS PVDENS CAECILIANVS.

— MAGIVS CAECILIANVS.

— M. Marius Festus Caecilianns.

— C. MEMMIVS CAECILIANVS PLACIDVS.

— C. SABVCIVS MAIOR CAECILIANVS.

— SEX. SENTIVS CAECILIANVS.

11 Caecilius, Calactinus *Athenaeus 6 p. 272 f, 11 p. 466 a (apud Suidam s. v.* Κεκίλιος *corrupte* Καλαντιανός); ῥήτωρ σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, καὶ ἀπὸ δούλων, ὥς τινες ἱστορήκασι, καὶ πρότερον μὲν καλούμενος Ἀρχάγαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος *Suidas.* Amicus Dionysii Halicarnissensis *Dionys. epist. ad Cn. Pompeium 3.* Edidit librum περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων *(scil. de bellis servilibus in Sicilia gestis) Athenaeus 6 p. 272 f,* scripsit et rhetorica multa, *quae recensuit Suidas l. l. Laudatur saepius a Quintiliano, in libello [Plutarchi]* περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων *et [Longini]* περὶ ὕψους. *Fragmenta rhetorica collegerunt Müller FHG. III p. 331, Burckhardt, Caecili rhetoris fragmenta p. 26 sqq.*

12 Caecilius, medicus, auctor inter romanos a Plinio recensitus *Plin. n. h. ind. l. 29,* commentarii eius citantur *ibd. 29, 85; ceterum ignotus.*

13 Caecilius, senex spado *memoratur in epistula ficta Faustinae ad Marcum vit. Avidii Cassii 10, 9.*

14 CAECILIVS AEMILIANVS, qui proconsul Baeticae fuerat, postea ab Antonino Severi filio occisus est, quod oraculum Herculis Gaditani consuluisset *Dio 77, 20.*

15 Sex. Caecilins Africanus. *Nomina plena posuit Vlpianus Digest. 25, 3, 3, 4,* Sex. Caecilius *Gellius,* Sex. Caecilius *sive* Caecilius *sive* Africanus *passim in Digestis.* — In disciplina inris atque in legibus populi romani noscendis interpretandisque scientia nsus auctoritateque inlustris fuit *Gellius 20, 1, 1,* disputatio eius cum Favorino philo-

sopho *ibd.; fuit ergo aetate Pii, paulo posterior Iuliano iuris consulto cf. Digest. 19, 1, 45 pr.; 25, 3, 3, 4.* Scripsit Quaestionum libros novem *index Florentinus Digest.;* liber vicesimus epistularum citatur *Digest. 30, 39 pr., praeterea laudatur passim in Digestis. Reliquias collegit Lenel, Palingenesia I p. 1 sqq., cf. Karlowa, Römische Rechtsgeschichte I p. 711 sqq.*

16 Caecilius Agricola, nequitia et libidine nulli secundus, assentator (Fulvii) Plautiani, post necem eius damnatus venas exsolvit *Dio 76, 5.*

17 P. CAECILIVS ALLENIVS FAVSTVS MAXIMVS SEVERIANVS, clarissimus vir, consul *VI 1362 (suffectus a. incerto).*

18 CAECILIVS ARISTO. Caecilius Aris[to], clarissimus vir, curator operum publicorum et maximorum a. 214 *in t. urbano Bullettino communale 1884 p. 8 n. 709;* praeses Bithyniae a. 218 *Dio 78, 39. Vix idem, fortasse pater est* Caecilius Aristo, *qui memoratur in actis saecularibus a. 204 Ephem. ep. 8 p. 300.*

19 Caecilius Bassus, procurator *V 2182 t. Altinas.*

20 Caecilius Capella, praeses *(provinciae nescio cuius),* qui Christianos vexaverat, 'in illo exitu Byzantino' periit *Tertullianus ad Scapulam 3; scilicet Pescennii Nigri partes secutus Byzantio oppido expugnato a victoribus occisus.*

21 Caecilius Capito *memoratur in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria n. 146.*

22 Caecilius Celer post Domitiani mortem a M. Aquillio Regulo rogatus, ut Plinium Regulo reconciliaret *Plin. epist. 1, 5, 8. Certe homo nobilis.*

23 L. CAECILIVS CELER RECTVS, L. f., quaestor provinciae Baeticae, tribunus plebis, praetor *II 190 t. Olisiponensis publice positus.*

24 L. Caecilius Cilo, L. f., IIIIvir a(edilicia) p(otestate) (Comis); *pater ut videtur* L. Caecilii Valentis et P. Caecilii Secundi *V 5279 t. Comensis. Cf. n. 61.*

25 Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus, procurator Augustorum et pro legato provinciai Raitiai et Vindelic(iai) et vallis Poenin(ai); augur, flamen divi Augusti et Romae (Veronae) *V 3936 t. in pago Arusnatium repertus. Praesidem fuisse sub Marco et Vero imperatoribus coniecit Hirschfeld Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1889 p. 430.*

26 CAECILIVS CLASSICVS, ex Africa oriundus, homo foedus et aperte malus, proconsulatum in Baetica non minus violenter quam sordide gesserat eodem anno, quo in Africa Marius Priscus; accusationem vel fortuita vel voluntaria morte praevertit; cum Baetica etiam in defuncti accusatione perstaret, Plinio et Lucceio Albino accusatoribus a senatu post mortem damnatus est *(a. fere 101) Plin. epist. 3, 9;*

3, 4, 2. 7; 6, 29, 8. — Casta uxor *ibd. 3, 9, 29,* Cluvius Fuscus gener *ibd. § 18.*

27 M. CAECILIVS CORNVTVS *memoratur in cippis terminalibus VI 1267 a. b (1) et Bullettino comunale 1886 p. 277 n. 1273 (2), qui termini ad annos priores imperii Tiberii referendi esse videntur cf. Henzen ad t. 1. — Praenomen exhibent tit.*, Caecilius Cornutus *Tac. a. 4, 28.*

Praetorius a. 24 *Tac. l. l. Sub initium imperii Tiberii ut videtur* fuit inter quinque curatores locorum publicorum iudicandorum, qui ex senatus consulto privata in publicum restituerunt *t. 1 (ubi tertio loco nominatur), 2 (ubi secundo). Qua cura quaestorius an praetorius functus sit, incertum est.* A. 24 a Vibio Sereno iuniore insimulatus in Tiberium coniurasse, quia periculum pro exitio habebat, mortem in se festinavit *Tac. l. l. — Nominatur Tac. a. 4, 30. — Cf. n. 28.*

28 M. CAECILIVS CORNVTVS, frater Arvalis *memoratur in actis fratrum Arvalium Ephem. ep. 8 p. 316 (1), quae propter litterarum formam a. fere 733/734 = 21/20 a. C. tribuit Hülsen, in actis a. 14 VI 2023 a (2), a. 20 Ephem. ep. 8 p. 318 (3), a. 21 VI 2023 b (4). — Tria nomina exhibet t. 3,* M. Cornutus *t. 2,* .... Cornutus *t. 4,* ... ornutus *t. 1.*

Vt recte Hülsen de aetate t. 1 indicaverit, M. Cornutus, qui ibi memoratur, certe diversus fuit a. M. Cornuto praetorio n. 27, probabiliter pater huius. Sed pater an filius intellegendus sit in actis a. 14. 20. 21, nulla ratione potest definiri.

29 Sex. Caecilius Crescens Volusianus, Q. f., tribu Quir., praefectus fabrum, advocatus fisci Romae, procurator XX hereditatium, ab epistulis divi Antonini, ab epistulis Augustorum (a. 161/169); sacerdos curio sacris faciendis, patronus municipii (Thuburbonis minoris) *VIII 1174 t. Thuburbitanus publice positus.*

30 Caecilius Dextrianus, procurator (Augg.) a. 161 *in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria n. 108.*

31 Q. Caecilius Epirota, grammaticus, Tusculi natus, libertus (T. Pomponii) Attici, cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus ad Cornelium Gallum se contulit vixitque una familiarissime; post cuius mortem Romae scholam aperuit primusque dicitur latine ex tempore disputasse primusque Vergilium et alios poetas novos praelegere coepisse *Sueton. grammat. 16.*

32 A. CAECILIVS FAVSTINVS *memoratur in diplomatibus mil. a. 99 III S. XXX (1), a. 105 III dipl. 22 (2); ipse posuit Traiano a. 116 t. Mactaritanum VIII S. 11798 (3).*

Tria nomina exhibent t. 1. 2; de t. 3, ubi Caecilius Faustinus *certe legitur, adnotavit Schmidt praenominis vestigia a se excepta, licet magis viderentur convenire cum* TI. *quam cum* A., *tamen etiam ad hoc pertinere posse.*

Consul (suffectus) a. 99 a. d. XIX kal. Septembres cum Q. Fabio Barbaro *t. 1;* (legatus Aug. pr. pr.) Moesiae inferioris a. 105 *t. 2;* proconsul Africae a. 116 *t. 3.*

33 Q. Caecilius Fronto, L. f., tribu Gal., procurator Augusti; quaestor, IIvir (Tarraconis) *II 4139 t. Tarraconensis.*

34 M. CAECILIVS FVSCIANVS CREP[E]REIANVS F[L]OR[I]ANVS, legatus Augusti pro pr. (Arabiae) *III 93 t. Bostranus;* M. Caecilius Rufinus filius *ibd.*

35 Caecil(ius) Hermianus *honoratus t. Ancyrano Bulletin de correspondance Hellénique VII (1883) p. 16 n. 3:* τὸν κράτιστον προστάτην τῆς μ[η]τροπόλεως β′ νεωκόρ[ου] Ἀνκύρας, πατέρα καὶ πάππον συνκ[λητ]ι[κῶν], δουκηνά[ριο]ν ἐπὶ συμβουλίου τοῦ Σεβ[αστοῦ]. Fuit ergo consiliarius Augusti ducenarius.

36 C. Caecilius Isidorus, C. l(ibertus) [CL. *traditur*], homo ditissimus a. 746 = 8 a. C. mortuus *Plin. n. h. 33, 135.*

37 [C]aecilius [Iu]ventianus, procurator Augusti (Norici) *III 5182 t. Noricus. Potest idem esse* Caecilius Iuventianus, cui *(cum provinciae alicui, fortasse Norico praeesset)* divus Pius rescripsit de minore quattuordecim annis quaestionem non esse habendam *Arcadius Charisius Digest. 48, 18, 10 pr.*

38 Q. CAECILIVS LAETVS. *Tituli: ipse posuit in legatione III 1011 (1), 1012 (2), 1013 (3) t. Apulenses; ei positus est VIII 8207 (4) t. Milevitanus mutilus, ubi honores, qui inverso ordine recensentur, ante praeturam perierunt.*

C. f., tribu Quir. *t. 4,* clarissimus vir *t. 4,* prae[tor] *t. 4,* legatus legionis XIII Geminae *t. 1. 2. 3. 4,* proconsul provinciae Baeticae *t. 4;* curator coloniae Pisaurensium, coloniae Formianorum, sodalis Augustalis *t. 4.*

— L. TETTIVS NONIVS CAECILIVS LYSIAS.

39 Caecilius Macrinus, amicus Plinii, ad quem scripsit *epist. 3, 4 (ubi nomen gentilicium in cod. Asburnhamensi ind. l. III servatum est). Diversus est Minicius Macrinus ibd. 1, 14, 5, incertum ad quem pertineant epist. 2, 7; 7, 6; 7, 10; 8, 17; 9, 4 inscriptae* Macrino.

40 Q. CAECILIVS MARCELLVS, Q. f., tribu Arn., quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis, praetor in utroque honore candidatus divi Traiani Augusti, legatus pro pr. provinciae Narbonensis et provinciae Baeticae, proconsul provinciae Siciliae *XIV 2498 t. in agro Tusculano repertus.*

41 Q. CAECILIVS MARCELLVS DENTILIANVS. *Tituli: publice ei posuerunt Thibiucenses VIII S. 14291 (1) t. Thibiuc., memoratur in dipl. mil. a. 167 III dipl. 46 (2). — Plena nomina exhibet t. 1,* Q. Caecilius Dentilianus *t. 2.* — Q. f., tribu Arn. *t. 1; filius videtur Q. Caecilii Marcelli, qui praecedit.*

Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis XI Claudiae piae fidelis, [quaestor] provinciae Africae, aedilis curulis candidatus divi Hadriani, praetor candidatus eiusdem, legatus provinciae Hispaniae, proconsul provinciae Cretae Cyrenarum, legatus legionis XII Fulminatae, legatus Augusti pro pr. provinciae Galliae Aquitanicae, consul *t. 1*, (suffectus) a. 167 a. d. III non. Maias cum M. Antonio Pallante *t. 2*. — Patronus coloniae Thibiucensium *t. 1*.

42 CAEC(ILIVS) MATERNVS *memoratur in titulo Thracico Bulletin de correspondance Hellénique VI (1882) p. 181 n. 3.*

Nummi: I) Philippopolis in adversa cum capite Commodi et inscriptione nominis, in aversa inscripti Ἡγε(μονεύοντος) Και(κιλίου) Ματέρνου Φιλιπποπολειτῶν *Postalaka*, Κατάλογος τῶν ἀρχαίων νομισμάτων κτλ. τοῦ Ἀθήνησιν ἐθνικοῦ νομισματικοῦ μουσείου *p. 147 n. 1020. 1021. II) Pautaliae cum eadem adversa, in aversa* Ἡγε(μονεύοντος) Και(κιλίου) Ματέρνου Οὐλπίας Παυταλίας *Mionnet I p. 398 n. 237, similes male servati vel descripti Mionnet Suppl. II p. 373 n. 1010. 1011, p. 374 n. 1012.*

Legatus Augusti pro praetore provinciae Thraciae sub Commodo *tit., nummi*; anno 187 *tit.*

43 Caecilius Maximus, cui divus Pius rescripsit *Callistratus Digest. 49, 14, 2, 5. Ex contextu veri simile est eum magistratu aliquo functum esse.*

44 L. CAECILIVS MAXIMVS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum.*

44a Q. CAE[CILIVS] MAXIMVS, c(larissimus) p(uer) *in sarcophago reperto in crypta Lucinae quae dicitur de Rossi, Roma sotterranea I p. 311, qui t. ad saec. III rettulit.*

45 [Q.] [C]AECILIVS M[ETELLVS CRETICVS], M. f., praetor urbanus, pro[consul] (Sardiniae *ante a. 6 p. C. cf. Dio 55, 28*) *X 7581 t. Caralitanus. — Omnino diversus a Cretico Silano cos. a. 7 p. C., fortasse pater adoptivus eius.*

46 [Q. CAECILIVS METELLVS CR]ETICVS IVNIVS SILA[NVS]. *Traditur in farragine antiquissima inscriptionum in cod. Barbariniano et Marciano* ECTICVS IVNIVS SILLA *VI 3833; non sine probabilitate coniecit Henzen fragmentum spectare ad quendam ex posteris Q. Caecilii Metelli Cretici Silani cos. a. 7 p. C.*

47 Q. CAECILIVS METELLVS CRETICVS SILANVS, consul a. 7 p. C. cum A. Licinio Nerva Siliano. *Memoratur in titulo (sepulcrali) Iuniae filiae VI 914.*

Nummi extant complures Syriaci I) Antiochiae II) Gabalae III) Seleuciae IIII) Beryti a) sub Augusto cusi b) sub Tiberio; nummis graecis I et III plerumque anni aerae Actiacae adscripti, praeterea nummis Tiberii anni imperii eius additi sunt: I a) in adversa cum capite Iovis ℞ Ἀντιοχέων ἐπὶ Σιλανοῦ (ἔτους) BM *Mionnet V p. 156 n. 79,* ΓΜ *et* ΔΜ *Mionnet ibd. p. 157 n. 80. 81, museum Bero-*

linense, Leake, Hellenica Numismata p. 15; b) in adversa cum capite Tiberii et inscriptione Καῖσαρ Σεβαστὸς Σεβαστοῦ ℞ *1)* (ἔτους) Α ἐπὶ Σιλανοῦ Ἀντιοχέων ΕΜ *Mionnet V p. 158 n. 99, museum Berolinense, Leake p. 15,* ℞ *2) sine anni primi indicatione ceterum eadem aversa Mionnet l. l. n. 98. 100 (male descripti sunt nummi ex Morellio sumpti ibd. n. 96. 97). II)* Γαβαλέων ℞ ἐπ(ὶ) Σιλανοῦ *Mionnet V p. 233 n. 625 (ex Sestinio). III a) cum capite Iovis* ℞ Σελευκέων ἐπὶ Σιλανοῦ *sine anno Mionnet V p. 275 n. 877 (ex Sestinio) sub Augusto cusus ut videtur; b) eadem adversa atque in nummis Ib* ℞ ἐπὶ Σιλανοῦ Σελευκέων ΖΜ *supra* (ἔτους) Γ *Mionnet V p. 276 n. 886, museum Berolinense. IIII) Beryti a) in adversa cum capite Augusti,* ℞ Permissu Silani *Eckhel III p. 357, museum Berolinense; b) cum capite Tiberii et inscriptione* Ti. Caes. August. F. Imper., *eadem aversa atque in IIII a Mionnet V p. 338 n. 26 cf. Cohen I² p. 207 n. 201.*

In tanta nummorum Silani copia Sanclementius unus unum nummum Antiochenum (ceterum plane similem nummis I a) inscriptum ΑΜ *vidisse sibi visus est, quem ex rivulis suis in museum Vaticanum transiisse scripsit De vulgaris aerae emendatione p. 348. Quem nummum in libro postea (a. 1809) edito De notis chronologicis numismatum imperialium suo loco p. 73, ubi de Silani nummis Antiochenis egit, silentio praeteriit. Facillime autem litterae* ΔΜ, *dummodo paululum detritae essent, accipi potuerunt pro* ΑΜ. *Itaque de hoc nummo mihi dubitandum esse videtur, dum testis magis idoneus talem re vera extare affirmaverit.*

In consulatu: Q. Caecilius Q. f. M. n. Metellus Creticus Silanus *fasti Capitolini,* Q. Caecilius M[etellus] *fasti Praenestini I² p. 72 = XIV 2963,* Q. Caecilius Creticus ME.... *editur in fastis augurum I² p. 60 = VI 1976 et adnotatur 'superest post* M *hasta, quae ex* E *et* F *remansisse potest'; A. (sic)* Καικίλιος Μέτελλος Κρητικός *Dio ind. l. 55,* Καικίλιος Μέτελλος *Dio 55, 30, ceterum plerumque* Creticus *fasti.* — Silanus *in nummis tituloque.* — Creticus Silanus *apud Tacitum,* Silanus *apud Iosephum.*

Q. f. M. n. *fasti Capitolini; propter Silani nomen filius naturalis Iunii Silani alicuius videtur, qui adoptione in Caeciliorum Metellorum familiam transiit; pater adoptivus potest esse* Q. Caecilius Metellus Creticus *supra n. 45.* — Consul a. 7 p. C. *fasti.* — Legatus Syriae *Tac. a. 2, 4; 2, 43, Ioseph. ant. 18, 2, 4, nummi; nummi, qui quidem certe descripti sunt, annos indicant tricesimum alterum usque ad tricesimum septimum scilicet aerae Actiacae (cf. Eckhel III p. 270) partim coniunctos cum annis imperii Tiberii usque ad tertium. Vnde sequitur Silanum a. 32 aerae Actiacae = intra mensem Septembrem a. 764/765 = a. 11/12 legationem inisse et a. 37 = Sept. a. 769/70 = a. 16/17 provincia decessisse.* Anno 17 Tiberius, cum Germanicum in orientem mitteret, eum Syria demovit per adfinitatem conexum Germanico, quia Silani filia Neroni, vetustissimo liberorum eius,

pacta erat *Tac. a. 2, 43;* Iunia Silani f(ilia) [spon]sa Neronis Caes[aris] *tit., unde sponsam ante nuptias mortuam esse apparet.*

48 Caecilius Natalis (Natalis *Minucius Felix Octav. 16, 1. 2 ceterum ibi* Caecilius), interlocutor dialogi Octavii *1. 2. 4. 5. 14. 15. 16. 17. 40. Origine Cirtensis videtur cf.* 'Cirtensis nostri oratio' *ibd. 9, 6* = tuus Fronto *31, 2. — Cf. n. 49.*

49 M. Caecilius Natalis. *Tituli Cirtenses: a. 210 posuit* ob honorem IIIviratus *imperatoribus Septimio Severo et filiis VIII 6996 (1), sub Antonino (Severi filio)* arcum triumphalem extruxit, *ad quem pertinent t. VIII 7095–7098 (2) plane iisdem verbis concepti, item VIII 7094 (3), qui eadem atque t. 2 in brevius contracta exhibet.*

Tria nomina exhibent vel exhibuerunt tituli omnes. — Q. f., tribu Quirina, aedilis, IIIvir, quaestor, quinquennalis *(scilicet quattuor coloniarum Cirtae Rusicadis Milev Chullu)*, praefectus coloniarum Millevitanae et Rusicadensis et Chullitanae *(cf. VIII p. 619) tit.*

Eundem esse Natalem Octavii n. 48 statuit Dessau Hermes XV p. 471 sqq., at cf. Teuffel-Schwabe, Römische Literaturgeschichte § 368[5] *adn. 1.*

50 M. CAECILIVS NOVATILLIANVS. *Tituli publice ei positi: Beneventani IX 1571 (1). 1572 (2) a Beneventanis, Tarraconensis II 4113 (3) a Tarraconensibus.*

M. Caecilius Novatillianus, clarissimus vir *t. 1. 2. 3. —* Quaestor provinciae Africae *t. 1. 2,* tribunus plebis, praetor *t. 2,* legatus *(addit t. 3)* iuridicus Hispaniae citerioris *t. 2. 3,* iuridicus Apuliae et Calabriae *t. 2* (praefectus iuris d. Hispaniae cit. et Calabriae *t. 1*), allectus inter consulares, praeses provinciae Moesiae *t. 1. 2,* superioris *t. 2.*

Patronus Beneventanorum, qui privatim et publice patrocinio eius saepe defensi sunt *t. 1. 2,* patronus Tarraconensium *t. 3. —* Poeta et orator inlustris *t. 1. 2.*

Litteras t. 2 'aevi labentis' *esse adnotavit Mommsen; praeterea hominem tertii saeculi et adlectio inter consulares et* 'praeses Moesiae' *satis indicant.*

51 Q. CAEC(ILIVS) PVDENS, legatus Augustorum pro pr. (Germaniae superioris) *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1608 t. in loco Jagsthausen repertus. Nomina Augustorum erasa sunt, supersunt* IMP CAES . . . . . . INVICT. AVG . . . . *Titulus certe post Caracallum positus est.*

52 Q. Caecilius Redditus, procurator Augusti (Norici) *memoratur in t. Norico beneficiarii III 5163.*

53 CAECILIVS RVFINVS a Domitiano senatu motus, quod saltabat *Dio 67, 13.*

54 M. CAECILIVS RVFINVS, M. Caecilii Fusciani Crepereiani Floriani filius *III 93 t. Bostranus.*

55 Q. CAECILIVS RVFINVS, proconsul Cretae et Cyrenarum *CIG 2588 t. Creticus. Quod Böckh ibi statuit eundem memorari in t. Tarraconensi II 4201 posito* Q. Caecilio Rufino Saguntino ob legationem, qua gratuita apud Hadrianum Aug. functus est, *probari non potest.*

56 Q. CAECILIVS RVFINVS CREPEREIANVS, consul *(suffectus anno incerto)*, legatus Augustorum pr. pr. (Pannoniae inferioris) posuit *t. Aquincenses III S. 10407. 10415.*

57 M. CAECILIVS RVFINVS MARIANVS. *Tituli: ipse posuit Aquinci III 3463 (1) et Apuli III 1142 (2) correct. Additamenta p. 1015.*

Nomina pariter exhibent t. 1. 2, nisi quod in exemplis antiquis t. 2 nomen gentile corruptum est in ALCINVS *vel* ALCINVS. — Tribunus laticlavius legionis IV Fl(aviae) (*in lapide pro* FL. *extat* E.) *t. 1*, legatus legionis XIII Geminae *t. 2.*

58 C. Caecilius Salvianus, ὁ κράτιστος δικαιοδότης διαδεχόμενος καὶ τὰ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν *memoratur in papyro Aegyptische Urkunden aus dem königlichen Museum zu Berlin I n. 327 scripta* ἔτους ις *scilicet imperatoris Marci = a. 166, ut recte explicuit Krebs l. l.; nam* C. Longinus Castor veteranus *qui in hac papyro memoratur, testamentum fecit in altera n. 326 anno 189.*

59 Caecilius Saturninus. ʻIn mappa Albensium invenitur: Haec depalatio et determinatio facta ante d. VI id. Octobres per Caecilium Saturninum centurionem cohortis VII praet(oriae) (VII et XX *traditur*) mensoribus intervenientibus Scipione Orfito et Q. Nonio Prisco consulibus' (= a. 149) *liber I coloniarum Schriften der Römischen Feldmesser I p. 244, eadem depravata repetuntur lib. II p. 253, cuius auctor nomina in* Cilicium Saturninum *corrupit.*

Mommsen Feldmesser II p. 171, CIL IX p. 371 coniecit, vera nomina huic fuisse L. Marculeium Saturninum, *qui in t. Albensi IX 3923 dicitur* veteranus Augusti cohortis VII praetoriae, IIIIvir iure dicundo, quaestor rei publicae (Albae Fucentis). *Res satis incerta.*

60 Caecilius Secundus, amicus Martialis, cui ad Danuvium militanti misit epigrammaton librum septimum *(a. 92) Martialis 7, 84. Fortasse idem est* Secundus, *qui memoratur a Martiale 5, 80.*

61 L. C[aeciliu]s Secundus, C. f., tribu Ouf., praefectus [fabrum] a consule, IIIIvir iure dicundo, pontifex (Comis) *memoratur in titulo Comensi Pais, Additamenta ad CIL V n. 745, quem posuit* [Caeci]lius Secundus filius. *Vbi Mommsen adnotavit praefectum illum intellegi posse patrem naturalem Plinii minoris, sed eodem iure defendi posse coniecturam, quam antea post alios proposuerat, patrem huius esse* L. Caecilium Cilonem *t. Comensis V 5279. Vtraque igitur coniectura aequabiliter incerta est.*

— C. PLINIVS CAECILIVS SECVNDVS.

62 CAECI(LIVS) SERVILIANVS. *Nummi: Thracici in adversa caput Commodi exhibentes et inscriptionem* Αὐ(τοκράτωρ) Καῖ(σαρ) Μ. Αὐρ(ήλιος)

Κόμοδος, *in aversa inscripti* Ἡγεμο(νεύοντος) Καικι(λίου) Σερβειλιαν(οῦ) *in nummis Nicopolis ad Istrum (Wiener) Numismatische Zeitschrift 1892 p. 51. 52 vel plerumque* Ἡγε. Και. Σερουειλιανοῦ *in nummis Pautaliae Catalog. Berolinensis I p. 199 n. 8, Philippopolis p. 224 n. 22, collectio Imhoof. Multi praeterea minus accurate vel male descripti sunt veluti Catalogue of the Greek coins in the British Museum, Thracia p. 163 n. 18, Mionnet I p. 417 n. 347, Suppl. II p. 118 n. 359 — p. 119 n. 362, p. 456 n. 1495. 1496. 1497 etc.*

Legatus (Aug. pr. pr.) Thraciae intra a. 182—190 *nummi.*

63 C. Caecilius Silvanus, pater Caecilii Virgiliani *II 1177.*

64 CN. CAECILIVS SIMPLEX *(praenomen exhibet solus Dio)*, vir clarissimus, proconsul Sardiniae a. 67/68 *memoratur in decreto M. Helvii Agrippae successoris X 7852;* consul a Vitellio suffectus kal. Nov. a. 69 cum C. Quinctio Attico *Dio 65, 17, Tac. h. 2, 60;* consul mense Decembri *Tac. h. 3, 68.*

— TI. IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX.

— L. IVLIVS MARINVS CAECILIVS SIMPLEX.

65 C. CAECILIVS STRABO, consul designatus a. 103 vel 104, contra quem Plinius causam Corelliae Hispullae suscepit *Plin. epist. 4, 17, 1–3;* loco consulis designati in senatu sententiam dixit *ibd. 4, 12, 4.* Frater Arvalis a. 101. 105 *VI 2074. 2075,* in locum mortui (a. 117) ex litteris Traiani alius cooptatus a. 118 *VI 2078 acta Arvalium.*

66 Caecilius Virgilianus, C. Caecili [S]ilvani filius vir [p](erfectissimus), procurator Augusti ripae provinciae Baeticae ..... *II 1177 t. mutilus Hispalensis semel et male descriptus, ubi procurationes* ad ripam Baetis *(II 1180) et* provinciae Baeticae *confusae esse videntur.*

— Furia Caecilia.

— IVLIA FLAVIA HERENNIA CAECILIA HONORATIANA OPTATA.

67 CAECILIA MATERNA, clarissima femina *in titulo actoris X 1909 t. Puteolanus.*

68 CAECILIA PAVLINA. Divae Caeciliae Paulinae Piae Augustae *X 5054 t. Atinas; eiusdem extant nummi Eckhel VII p. 293, Cohen IV² p. 523 in adversa inscripti* diva Paulina *cum capite velato eius, in aversa* consecratio, *quos nummos ad uxorem C. Iulii Maximini nummorum periti referre consuerunt, 'etsi certam, ut ait Eckhel, eius iudicii rationem non teneant'. Apud scriptores nomen non invenitur.* Vxorem Maximini truculenti illius imperatoris lenitate feminea animum mitigasse in Gordianorum actibus memoraverat *Ammianus Marcellinus 14, 1, 8.* A Maximino occisa *Zonaras 12, 16 p. 124 ed. Dindorf, Syncellus p. 680 ed. Bonnensis.*

— Aelia Caecilia Philippa.

69 CAECILIA VERISSIMA, clarissimae memoriae femina *VI 1363 t. urbanus, quem posuerunt* Atilia Rufina clarissima femina et Caesonia Victorina amicae.

70 SEX. CAECINA, (praetor) per(egrinus) a. 11 p. C. *fasti Arvalium* I^2 *p. 70.*

— A. Claudius Caecina.

— P. LICINIVS CAECINA.

71 A. CAECINA ALIENVS. A. Caecina *Sueton. Tit. 6,* Alienus Caecina *Tac. h. 1, 52,* Caecina Alienus *Ioseph. bell. 4, 11, 2,* Alienus *semper apud Dionem, ceterum ubique* Caecina.

Natus Vicetiae *Tac. h. 3, 8.* Hunc Galba in Baetica impigre in partes suas transgressum (a. 68) legioni praeposuit, mox compertum publicam pecuniam avertisse ut peculatorem flagitari iussit *ibd. 1, 53.* Anno 69 ineunte legatus legionis in Germania superiore ab imperatore Galba in Vitellium descivit; decorus iuventa, corpore ingens, animi immodicus, scito sermone, erecto incessu studia militum inlexerat *ibd. 1, 52. 53.* Legatus Vitellii exercitum Germaniae superioris trans Alpes in Italiam duxit; res ab eo contra Othonianos gestae *Tac. h. 1, 61. 67–70; 2, 20–26. 30. 31. 55. 56. 59. 67. 70. 92. 95, Plutarch. Otho 6. 7. 10. 11. 12. 13, Ioseph. bell. 4, 9, 9.*

Vitellius victor urbem ingressus ut (Fabio) Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret, aliorum consulatus coartavit *Tac. h. 2, 71; consul suffectus certe mense Octobri a. 69, ceterum cf. fastos;* consularis *Sueton. Tit. 6, (Vict.) Epitome 10.* Dux Vitellii contra Flavianos missus proditionem molitus ad Vespasiani partes transiit *Tac. h. 2, 99–101; 3, 9. 13–14, Dio 65, 10. 11. 14, Ioseph. bell. 4, 11, 2.* Pridie kalendas Novembris consulatus, cuius unus dies supererat, ei abrogatus est *Tac. h. 3, 37.* A Flavianis victoribus ad Vespasianum missus benigne ab eo exceptus est *Ioseph. bell. 4, 11, 3.* Sub Vespasiano cum Marcello coniurationem iniit, qua patefacta Titus Caecinam vocatum ad caenam ac vixdum triclinio egressum confodi iussit urgente discrimine, cum etiam chirographum eius praeparatae apud milites concionis deprehendisset *Sueton. Tit. 6, Dio 66, 16,* ob suspicionem stupratae Berenices uxoris *(sic) Epitome 10.* — Vxor Salonina *Tac. h. 2, 20.*

Memoratur Tac. h. 1, 89; 2, 11. 17. 18. 19. 27. 51. 77; 3, 15. 36. 40; 4, 31, Plutarch. Otho 5. 18, Dio 66, 15.

72 Ti. Caecina Alienus *memoratur in fistula plumbea urbana Bullettino comunale 1886 p. 103:* Ti. Alieni Caecina(e). *Cum Caecinam nomen gentilicium originis Etruscae fuisse constet, in hoc titulo ordo nominum plane eodem modo mutatus est atque in titulo Largi Caecinae n. 74. — Certe parentela coniunctus cum A. Caecina Alieno.*

— C. LAECANIVS BASSVS CAECINA FLACCVS.

73 [Cae]cina Largus, praef. a ..... *(annonae?)* a. 250 *tit. urbanus Bullettino comunale 1886 p. 370.*

74 Caecina Largus *nescio quis memoratur in t.* Maximo Largi Caecinae *(servo) posito VI 22331.*

75 C. CAECINA LARGVS, consul a. 42 cum Claudio Augusto II. *In consulatu:* [C.] Caecina Largus *X 6638 fasti Antiat.*, C. Caecina *I 772*, C. Largus *Dio 60, 10*, C[aecin]a Largus *VI 2015*, *ceterum plerumque* Largus *fasti*. — C. Caecina Largus *acta Arvalium*, Caecina Largus *sive* Largus Caecina *apud scriptores*.

Consul *Asconius in Scaurian. p. 23 ed. Kiessling-Schöll*, per annum *Dio 60, 10, fasti*. A. 48 cum L. Vitellio Claudium imperatorem comitatus est, cum Ostia Romam rediret poenas de Messalina sumpturus *Tac. a. 11, 33. 34*. — Possidebat domum magnificam, quae aliquando fuerat Crassi oratoris, deinde M. Aemilii Scauri *Asconius l. l., Plin. n. h. 17, 5*, ubi Plinio iuveni crebro arbores quasdam insignes ostentabat *Plin. l. l.* — Frater Arvalis adfuit in collegio a. 38. 39. 40 et a. incertis Claudii *VI 2028. 2029. 2030. 2032. 2035, Ephem. ep. 8 p. 322. 324 acta Arvalium*.

76 C. CAECINA LARGVS *memoratur in titulo Thracico III S. 7418 corr. 12337. Nummi a) Pautaliae, b) Serdicae, qui in parte adversa exhibent caput 1) Septimii Severi cum inscriptione nominis 2) Antonini, in aversa* Ἡγε(μονεύοντος) Καικίνα Λάργου: *a 1) Catalogus Berolinensis I p. 200 n. 13, Catalogue of the Greek coins in the British museum, Thracia p. 143 n. 16; a 2) ibd. p. 144 n. 25; b 1) collectio Imhoof. Alii partim male descripti Mionnet Suppl. II p. 376 n. 1029. 1030, p. 383 n. 1075. 1077, p. 485 n. 1663, p. 486 n. 1664, p. 488 n. 1678, p. 511 n. 1807.*

Plena nomina exhibet tit., Caecina Largus *nummi*. — Legatus Augustorum pro pr. Thraciae *tit. nummi*, a. 199 *tit.*

— C. SILIVS A. CAECINA LARGVS.

77 CAECINA PAETVS, vir consularis *Plin. epist. 3, 16, 8, (consul suffectus anno incerto)*. Cum Camillus Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moveret, Paetus partes illius secutus et occiso Scriboniano Romam tractus ac damnatus Arria uxore praeeunte mortem sibi conscivit a. 42 *Plin. l. l. § 7 sqq., Dio 60, 16 (Zonaras 11, 9), Martial. 1, 13*. Filius eximia pulchritudine pari verecundia parentibus superstitibus decessit *Plin. l. l. § 3*; filia Arria *cf. A 917*.

78 C. CAECINA PAETVS, consul (suffectus) XV kal. Dec. a. 70 cum L. Annio Basso *VI 200*. Caecina Paetus curator riparum et alvei Tiberis a. 74 terminavit *Ephem. ep. 4 n. 807 cippus urbanus*.

79 C. CAECINA PAETVS *nescio quis* patronus *liberto cuidam t. posuit X 5375 prope Interamnam repertum*.

80 A. CAECINA SEVERVS. A. Caecina *Tac. a. 1, 31. 72, Velleius 2, 112, 4;* Caecina Severus *Tac. a. 3, 18. 33, Dio 55, 29, Tertullian. de pallio 4; ceterum Severus.*

Consularis a. 6 p. C. *Velleius l. l., consul suffectus anno incerto.* Legatus Moesiae eodem anno auxilia contra Pannonios rebellantes adduxit et cum Batonibus pugnavit *Velleius l. l., Dio 55, 29. 30.*

Anno 14 legatus exercitus Germaniae inferioris *Tac. a. 1, 31;* legiones primam (Germanicam) et vicesimam rebellantes in civitatem Vbiorum reduxit et seditionem oppressit *ibd. 1, 37. 48.* Res ab eo contra Germanos gestae anno 14 *ibd. 1, 50,* anno 15 *ibd. 56. 60. 61. 63–67;* a. 15 insignia triumphalia ei decreta sunt ob res cum Germanico gestas *ibd. 1, 72;* a. 16 fabricandae classi a Germanico praepositus *ibd. 2, 6.* Anno 15 quadragesimum stipendium habuit *ibd. 1, 64 (unde postea sub a. 21 Tacitus a. 3, 33 minus accurate, cum Caecina certe etiam a. 16 militiae operam dedisset, eum dicentem facit* plures per provincias quadraginta stipendia explevisse). In senatu a. 20 sententiam dixit *ibd. 3, 18,* a. 21 censuit, ne quem magistratum, cui provincia obvenisset, uxor comitaretur *ibd. 3, 33. 34.* — Vxor sex partus enixa memoratur *ibd. 3, 33.*

Ad hunc pertinere videntur, quae Tertullianus de pallio 4 scripsit: 'habes spectare, quod Caecina Severus graviter senatui impressit, matronas sine stola in publico'. *Quamquam autem Caecina apud Tac. a. 3, 33 in uxores praesidum graviter invehitur, nihil tale in oratione illius invenitur. Ad alium igitur scriptorem Tertullianus respexisse videtur.*

81 A. CAECINA TACITVS (*traditur* AVLO CAECINAE IACFIO), [praetor] candidatus, praeses provinciae Baeticae, consul *(suffectus a. incerto),* VIIvir epulonum *VIII 10988 t. Salanus.*

82 Caecina Tuscus, filius nutricis Neronis *Sueton. Nero 35.* Fabius Rusticus auctor est scriptos esse a Nerone a. 55 ad Caecinam Tuscum codicillos mandata ei praetoriarum cohortium cura, sed ope Senecae dignationem Burri retentam *Tac. a. 13, 20.* Praefectus Aegypti a. 67 a Nerone relegatus est, quod balneis in adventum Neronis extructis lavisset *Sueton. Nero 35, Dio 63, 18.* A. 69 Romae fuit *Tac. h. 3, 38.*

83 [C]AECINIA LARGA, A. f., [A. Larci Lepidi] uxor *t. posuit Antiatinum X 6659* cum L[a]rcia Priscilla filia *marito, cuius nomen periit.*

84 Caedicianus (Καδικιανός *traditur et vulgo legitur,* Καιδικιανός *scribendum est*) in longaevis memoratur *a Marco εἰς ἑαυτόν 4, 50.*

— Q. ABVRNIVS CAEDICIANVS.

85 Caedicius, 'poena ... saevior illis, quas et Caedicius gravis invenit et Rhadamanthus' *Iuvenal. sat. 13, 196 sqq.;* aulicum Neronis crudelissimum fuisse vult intelligi, satellitem Neronis *schol. perperam, cum nomen gravissimi iudicis intellegendum esse videatur. Dubium est, num idem intellegendus sit* 'Caedicius facundus' (causidicus) *ibd. 16, 46.*

86 L. Caedicius (*apud Frontinum traditur* Caedius), primipilaris, praefectus castrorum eorumquo, qui post cladem Varianam una circumdati Alisone immensis Germanorum copiis obsidebantur, dolo ac virtute sibi ad suos peperit reditum *Velleius 2, 120, 4, Frontinus strat. 4, 7, 8.*

87 C. CAEDICIVS AGRIPPA, curator riparum et alvei Tiberis *aetate Tiberii ut videtur t. urban. Röm. Mitth. 1889 p. 284.*

88 CAEDICIA (*traditur* Cadicia), Flavii Scaevini uxor ex Italia relegata a. 65 ream fuisse se (coniurationis Pisonianae) tantum poena experta *Tac. a. 15, 71.*

89 Caedicia Luc...., L. f., *memoratur in fragmento t. Salonitani III 1988 positi* Respe[cto] [cla]rissimo iuveni, *quocum necessitudine nescio qua coniuncta fuisse videtur.*

90 Caelestinus, ut rerum scriptor de Valeriano iuniore citatur *vit. Valeriani 8, 1.*

— PVLLAIENA CAELIANA.

91 Caelianus, Afer quondam rhetor, magister (M. Opellii) Diadume(nia)ni *vit. Diadumen. 8, 9.*

— M. Calpurnius Caelianus.

— TI. CLAVDIVS SAETHIDA CAELIANVS.

— L. IVNIVS VICTORINVS [F]L(AVIVS) CAELIANVS.

— Sempronius Caelianus.

92 Caelius, latro famosus aetate Horatii *Horat. sat. 1, 4, 69 cum schol.*

93 L. CAELI[VS], *in versu ultimo t. Cyprii mutili III 6051* ... ino et L. Caeli.... *nominari videntur consules anni incerti.*

94 Apicius *Caelius. *Sub his nominibus fertur libellus, qui praecepta coquinaria continet. Num ad eundem verba corrupta vit. Aelii Caesaris 5, 9 (ubi traditur* idem Ovidii ab aliis relata idem Apicii libros amorum BP, Apicii Caelii relata *scripsit Peter) pertineant, plane incertum est. Titulus libelli non sanus videtur, fuit fortasse* Caelii Apicius *cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 283, 2*[5].

95 CAELIVS ... ILLIANVS MAXIMVS, [curator] aedium sacrarum [et operum] publicorum anno 159 *VI 857 c.*

96 CAELIVS ATTIANVS, Caelius Attianus *vit. Hadrian. 1, 4* (Caelium Tatianum *cod. Palat.*, Celium Tacianum *Bamberg.*), *ceterum* Attianus (*corrupte traditur vit. Hadrian. 8, 7* Atutinum, *Zonar. 11, 23* Τατιανός).

Eques Romanus *vit. Hadrian. 1, 4; 4, 2,* municeps P. Aelii Hadriani *Dio 69, 1 id est oriundus ex urbe Italica.* Tutor et amicus Hadriani *vit. Hadrian., Dio l. l.* Traiano mortuo cum Plotina dicitur Hadrianum ad imperium promovisse *Dio l. l. (Zonar. 11, 23) cf. vit. Hadrian. 9, 6.* Sub primis imperii diebus Hadrianum monuit, ut adversarios e medio tolleret *vit. Hadrian. 5, 5.* Reliquias Traiani una cum Plotina et Matidia ex Asia Romam detulit *ibd. 5, 9.* Praefectus praetorio Hadriani *(sine dubio iam sub Traiano praetorianis praefuit)*; cum Hadrianus potentiam eius ferre non posset, nisus est eum obtruncare, sed revocatus est, quia iam quattuor consularium occisorum *(cf. vit. Hadrian. 7, 2)*, quorum quidem necem in Attiani consilia refundebat, premebatur invidia; cui cum successorem dare non posset, quia non petebat, id egit, ut peteret, atque eum prae-

fectura summovit *vit. Hadrian. 9, 3–5.* Attianum ex praefecto praetorii Hadrianus ornamentis consularibus praeditum fecit senatorem *ibd. 8, 7,* postea hostium loco habuit *ibd. 15, 12.*

97 Caelius Caldus *Velleius 2, 120, 6 vide* Coelius Caldus.

98 CAELIVS CALVINVS, legatus Augusti pro pr. anno 185 *III 6052; ex titulo reperto in Armenia maiore quem posuerunt* vexill(arii) legionis XV Apollinaris, *non satis apparet, utrum Calvinus fuerit legatus legionis eius an provinciae Cappadociae, cuius praesidi eo tempore ea legio parebat.*

99 D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS = IMPERATOR CAESAR D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS AVGVSTVS. *Plena nomina tituli nummique imperatoris indicant. Tituli: una cum M. Clodio Pupienio Maximo Augusto et M. Antonio Gordiano Caesare nominatur in miliariis Mauretaniae VIII 10342 (1). 10343 (2). 10365 (3), Ephem. ep. 7, 660 (4). 675 (5); nomina plena extabant in his omnibus, hodie Balbini extant et certe descripta sunt in t. 3. 4. Plane eodem modo nomina trium posita erant in miliariis Cappadociae III S. 6913. 6934. 6936. 6953 male scriptis, in quibus (certe in n. 6953) nomina Balbini et Pupieni postea erasa sunt errore provincialium cf. Mommsen III S. p. 1252. Praeterea nomina plena exhibet item coniuncta cum Pupieno et Gordiano papyrus graece scripta Mittheilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer II. III p. 23. — Privatus memoratur in fastis Saliorum VI 1981 (6)* D. Caelius Ba[lbinus] *et in consulatu altero a. 213:* D. Caelius Balbinus *VI 269. 1957. 2001, X 6422. 7225, XI 2633, ceterum plerumque* Balbinus *fasti.*

Nummi: in nummis commatis Romani semper dicitur D. Cael(ius) Balbinus *Eckhel VII p. 305, Cohen V² p. 8 sqq.* Δεκμ. Καιλ. Καλ. Βαλβινος *in nummo Amisi Berolinensi cf. von Sallet, Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 59 adn. In nummis Alexandrinis* Δεκ. Καλ. Βαλβινος *Catalogue of the Greek coins in the British Museum, Alexandria p. 239 n. 1841. 1843,* Δεκ. Καιλ. Βαλβινος *ibd. 1840. 1842. 1844–1846. Singularis plane est nummus Alexandrinus musei Vindobonensis Eckhel VII p. 307 inscriptus* A. K. Δεκ. K. Αν. Βαλβινος Σεβ., *sed in hoc quin vitium monetarii subsit, postquam plena nomina ex titulis papyroque certe cognita habemus, nihil dubium mihi videtur.*

Apud scriptores dicitur Caecilius *(sic et in codice Oxoniensi)* Balbinus *Vict. Caes. 26,* Clodius Balbinus *vit. Gordian. 10, 1; 22, 1 (dubium num et vit. Maximini 20, 1), ceterum semper* Balbinus.

Εὐπατρίδης *Herodian. 7, 10, 4;* familiae vetustissimae, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cn. Pompeium civitatem meruerat, cum esset suae patriae nobilissimus idemque historiae scriptor *vit. Maximi et Balbini 7, 3 (ubi conflantur Theophanes et filius adoptivus eius Cornelius Balbus). Consul I suffectus anno incerto saeculi II exeuntis vel III ineuntis;* consul II

a. 213 cum imperatore Antonino IIII *fasti;* ἐς δευτέραν ὑπατείαν ἐληλακώς *Herodian. l. l.,* consularis *vit. Max. et Balb. 1, 2, Gordian. 22, 1.* Ἐθνῶν ἡγησάμενος ἀμέμπτως *Herodian. l. l., quas provincias rexerit nescimus.* Salius Palatinus cooptatus *(anno incerto post a. 189) t. 6.*

Anno 238, postquam senatus comperit Gordianos in Africa contra Maximinum imperium sumpsisse, viginti viros ex senatus consulto rei publicae curandae *(cf. CIL XIV 2902)* creavit, inter quos fuerunt Balbinus et Maximus *Zosimus 1, 15, vit. Gordian. 10, 1; 22, 1 cf. infra adnot.* Post mortem duorum Gordianorum senatus Maximum et Balbinum imperatores creavit *Herodian. 7, 10, vit. Gordian. 22, 1, vit. Max. et Balb. 1–3.* Inde Imperator Caesar D. Caelius Calvinus Balbinus Augustus *in titulis nummisque v. supra; in papyro titulisque 1–5 ubi duo Augusti nominantur, primo loco semper Pupienus positus est.* Aestate fere a. 238 uterque Augustus simul a militibus occisus est *Herodian. 8, 10, vit. Max. Balb. 13–14, vit. Gordian. 22. De tempore mortis et de spatio imperii cf. quae supra adnotavi ad A 664.*

Zosimus 1, 14 postquam rettulit senatum populumque romanum Gordianos agnovisse et contra Maximinum arma cepisse, pergit ἐπεὶ δὲ πᾶσι ταῦτα ἐδόκει, προχειρίζονται τῆς βουλῆς ἄνδρας εἴκοσι στρατηγίας ἐμπείρους· ἐκ τούτων αὐτοκράτορας ἑλόμενοι δύο Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον, προκαταλαβόντες τὰς ἐπὶ τὴν Ῥώμης φερούσας ὁδοὺς κτλ. *id est viginti illis viris, qui pro Gordianis contra Maximinum rem publicam defenderent, Balbinum et Maximum praefecerunt cum summa potestate. (Minime enim apud Zosimum* αὐτοκράτωρ *idem valet atque Augustus sive imperator, id quod illi nusquam non exprimitur per vocem* βασιλεύς.*) Quocum prorsus consentit biographus in vita Gordianorum 10, 1; 22, 1 cf. 14, 4. Certissimum autem est in hac vita non pauca ac potissimum quidem in ea parte quae ad Gordianum III spectat (inde a cap. 22) sumpta esse ex eodem auctore primario, a quo pendet Zosimus, quamquam perperam id negarit Mendelssohn. Atque probabiliter is auctor a plerisque putatur fuisse Dexippus. Itaque si biographus, quem sibi ipsum saepissime repugnare notum est, uno loco vit. Maximini 32, 3 scripsit* 'addidit Dexippus tantnm odium fuisse Maximini, ut interfectis Gordianis viginti viros senatus creaverit, quos opponeret Maximino' *minus accurate hic quam alibi Dexippi sententiam repetiisse videtur, ita ut standum sit in iis de quibus Zosimus et biographus consentiunt.*

100 Caelius Cursor, eques Romanus, ob falsa maiestatis crimina in Magium Caecilianum praetorem auctore principe et decreto senatus punitus a. 21 *Tac. a. 3, 37.*

101 Caelius Felicissimus, vir egregius, maritus Luriae Ianuariae clarissimae feminae *tit. qui extat in coemeterio quodam christianorum suburbano, editus ab Armellinio Cronichetta 1879 p. 76. Videtur christianus fuisse.*

102 CAELIVS FELIX, consul *(suffectus anno incerto)* a Commodo occisus (post a. 189) *vit. Commodi 7, 6. Cum auctor vitae scribat* 'interemit — — sex simul ex consulibus', *in quibus Caelium Felicem affert, ea verba secundum dicendi usum biographorum mihi ita interpretanda esse videntur, ut Commodum sex consulares interfecisse significent.*

103 Q. CAELIVS FLAVIANVS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum.*

104 M. CAELIVS FLAVVS PROCVLVS, Xvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius legionis XX Valeriae victricis, VIvir turmae equitum Romanorum, quaestor, tribunus plebis candidatus, praetor candidatus, curator rei publicae Aquinatium *XI 3883 t. Capenas.*

105 Caelius Florus, procurator Aug. Lyciae sub Hadriano *memoratur in titulis graecis mausolei Rhodiopolitani Lyciae Reisen im südwestlichen Kleinasien II p. 83 col. IIIa, IIIb, IVa.*

106 CAELIVS IVLIANVS, clarissimus vir *in tegula urbana XV 475.*

107 M. CAELIVS IVLIANVS, tribunus laticlavius (legionis XIII Geminae) *III 995 t. Apulensis.*

108 P. CAELIVS OPTATVS, legatus Aug. pro pr. (Numidiae) a. 166 *VIII S. 17958. 18067 t. Numidici. Idem videtur* Caelius Optatus, ad quem Fronto scripsit *ad amic. 1, 9.*

109 CAELIVS ONERATVS. *Nummi Thracici: a) Philippopolis in adversa caput Septimii Severi cum inscriptione nominis exhibent, in aversa* Ἡγ(εμονεύοντος) Και(λιου) Ὀνερ(άτου) Φιλιπποπολιτῶν *Catalogue of the Greek coins in the Britsih Museum, Thracia p. 237 n. 27a; b) Pautaliae eadem adversa in aversa* Ἡγε. Τ. Αἰλίου Ὀνεράτου Οὐλπίας Παυταλίας *Sestini, Museum Hedev. I p. 62 n. 19 (inde Mionnet S. II p. 376 n. 1028),* Ἡγε. Τ. Αἰλίου Νερατι. Παυτα. *Wiczey, Museum Hedev. I 2388 (inde Mionnet n. 1025); collato nummo Londinensi iam mihi dubium non videtur, quin in nummis Pautaliae male lectis restituendum sit* Καιλίου Ὀνεράτου. *(Falsis descriptionibus deceptus supra A 162 nummos dubitanter rettuli ad T. Aelium Oneratum).* — Καίλιος Ὀνερᾶτος *quidam* Κηφ(ισιεύς) *invenitur in catalogo epheborum CIA III 1101 col. I 40.*

Legatus pro praetore Thraciae sub Septimio Severo *nummi.*

110 L. CAELIVS PLAVTIVS CATVLLINVS, clarissimus vir, tribunicius, curator rei publicae (Sufetulae) *VIII S. 11332 t. Sufetulanus publice positus.*

111 Caelius Pollio *(sic Tacitus,* Pollio *Dio),* praefectus castrorum a. 51 castello Gorneis praefuit *Tac. a. 12, 45. 46, Dio 61, 6.*

112 C. CAELIVS RVFVS, consul a. 17 cum L. Pomponio Flacco. *In consulatu:* [C. Caeli]us Rufus *fasti Arvalium I² p. 70,* C. Caelius *fasti Antiates X 6639 = I² p. 72,* C. Caecilius *(sic) fasti Lunenses XI 1356 = I² p. 73,* Γ. Καικίλιος *(sic)* Νέπως ἢ Ῥοῦφος *Dio ind. l. 57,* Γάιος Καικίλιος *Dio 57, 17,* C. Caelius *Tac. a. 2, 41, VI 10051,* C. Caecilius *(sic) Cassiodor., ceterum* Rufus *fasti. — Nomina plena ei fuisse C. Caelium Rufum Caecilium Metellum Nepotem coniecit Nipperdey ad Tac. l. l. At eiusmodi cumulatio nominum vix convenit huius aetati et magis crediderim cognomen Nepotis obvium in Caeciliis Metellis, postquam Caelius in Caecilium corruptus est, falsa coniectura additum esse.*

C. f. *Dio ind. l. 57. Idem videtur* ... lius Rufus pr(aetor) (aerarii) a. 13 *VI 1496 = I² p. 74.* Consul a. 17 *fasti.*

— CN. ARVLENVS CAELIVS SABINVS.

113 CAELIA MAXIMA, clarissima femina *memoratur in t. servi Milevitano VIII 8209 cf. VIII S. 19328.*

114 Caelobothras, regulus Indicus Muziri regnabat aetate Plinii *Plin. n. h. 6, 104.*

115 Antonia Caenis. *Titulus eius sepulcralis urbanus VI 12037, ubi plena nomina extant;* Caenis *apud scriptores.* Antoniae Drusi liberta et a manu, quam Vespasianus post mortem uxoris, quam privatus amisit, dilectam quondam sibi revocavit in contubernium habuitque etiam imperator paene iustae uxoris loco *Sueton. Vespasian. 3, Dio 66, 14;* Aug(ustae) liberta *tit.* Defuncta est imperante Vespasiano *Sueton. Vespasian. 21, Dio l. l.* Grandes pecunias conquisivit venditans officia publica et honores auctore et conscio ut vulgo putabatur Vespasiano ipso *Dio l. l. Memoratur Sueton. Domitian. 12.*

116 Caepia Procula, Caepiae Proculae M. Regul(i) (uxoris) *in fistula plumbea urbana Bullettino comunale 1891 p. 294. Femina nobilis videtur, uxor fortasse M. Aquilii Reguli.*

117 Caepio, Tiberi Caesaris principatu *Plin. n. h. 21, 18,* citatur *ibd.,* auctor Plinii de herbis *n. h. ind. l. 21. 22.*

— FANNIVS CAEPIO.

— RVSTIVS CAEPIO.

— T. RVSTIVS CAEPI(O).

118 CAEPIO CRISPINVS Granium Marcellum proconsulem Bithyniae quaestor ipsius a. 15 maiestatis postulavit *Tac. a. 1, 74. Idem statuitur* Crispinus Caepio *VI 9341 in titulo servi sine idonea causa.*

119 A. CAEPIO CRISPINVS, consul (suffectus) cum Q. Asinio Marcello *in titulo mutilo in agro suburbano reperto Römische Mittheilungen 1886 p. 128, ubi praecedunt consules ordinarii a. 96. Cf. A 1021. — Nescio an ad eundem pertineat t. urbanus Bullettino comunale 1880 p. 138 n. 391* ossa A. Crispini Caepionis.

— M. EPPVLEIVS PROCVLVS TI. CAEPIO HISPO.

— A. Crispinus Caepionianus.

120 [CAERELLIVS], [legatus Augusti pro pr.] Thraciae, Moesiae superioris, Raetiae, Germaniae superioris et Brittaniae, et Modestiana (uxor) eius et Caerellii Marcianus et Germanilla filii *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1003 t. Mogontiacensis.*

121 Q. CAERELLIVS, M. f., tribu Quirina, tribunus militum, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus M. Antoni *(scilicet eius qui fuerat triumvir rei publicae constituendae),* proconsul, pater Q. Caerellii *n. 122 VI 1364 b.*

122 Q. CAERELLIVS Q. f., *(cf. n. 121),* tribu Quirina, IIIvir capitalis, quaestor pro praetore, tribunus plebis, legatus pro praetore ter,

praefectus frumenti ex senatus consulto, legatus Ti. Caesaris Aug., proconsul *VI 1364 a, titulum posuit patri 1364 b. — In lapide extat* EX S. C. S. *errore quadratarii ut videtur. De legatione iure praetorio repetita cf. Mommsen, Res gestae d. Aug. p. 181*².

123 Q. Caerellius, cui Censorinus librum de die natali dedicavit *Censorin. 1*, anno 238 *id. 18, 12; 21, 6;* dicit eum officiis municipalibus functum, honore sacerdotii in principibus suae civitatis conspicuum, ordinis etiam equestris dignitate gradum provincialium supergressum *id. 15.* Laudes eloquentiae eius *ibd.* Annum quadragesimum nonum transierat *ibd.*

124 C. CAERELLIVS FVFIDIVS ANNIVS RAVVS POLLITTIANVS, clarissimus vir, C. fil. (C. Caerelli Sabini et Fufidiae Pollittae *ut videtur*), tribu Oufentina, IIIvir monetalis aere argento auro flando feriundo, tribunus laticlavius legionis III Cyrenaicae, VIvir equitum Romanorum turmae primae, quaestor candidatus imperatoris Caesaris M. Aurelii Antonini Pii Felicis Aug. *(inter a. 212/217)*, tribunus plebis candidatus, praetor hastarius; sodalis Marcianus Aurelianus Commodianus Helvianus Severianus *VI 1365. Cf. n. 126.*

125 CAERELLIVS MARCIANVS, [Caerellii] et Modestianae filius *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1003. Cf. n. 120.*

126 C. CAERELLIVS POLLITTIANVS *agnomine* HELVINVS. *Tituli plane similes ei positi sunt VI 1366 (1). 1367 (2). Agnomen praescriptum est in t. 2.* — Clarissimus vir, proconsul Macedoniae *t. 1. 2.*

Eundem esse C. Caerellium Fufidium Annium Ravum aetatis Caracallae valde dubito nam recte statuerit Henzen. Nam ex agnomine praescripto, quod omnino in titulis saeculi tertii perraro invenitur, titulum haud ita multo ante Diocletianum positum esse crediderim. Cui aetati etiam nomina Boncii Agentii, *qui fuit in iis qui dedicarunt t. 2, aptius conveniunt.*

127 CAERELLIVS PRISCVS. 'Ex epistulis divorum Hadriani et Antonini et fratrum ad Caerellium Priscum praetorem tutelarem' *Paulus Fragmenta Vaticana 244. Praetor sub divis fratribus fuisse videtur.*

128 C. CAERELLIVS SABINVS. *Tituli Apulenses: ipse posuit in legatione III 1074. 1075. 1076. 1111 (1–4), memoratur in t. III 1092 (5).*

C. Caerellius Sabinus, legatus Augusti pro pr. legionis XIII Geminae *t. 1–5*, a. 183/185 *t. 5. Aetatem t. 5 determinavit Borghesi ex nominibus Commodi adsumpto Pii (inde ab a. 183 Eckhel VII p. 111), deficiente Felicis (ut dici coeptus est a. 185 Eckhel p. 136).*

Fufidia Pollitta uxor eius *t. 1–3. Filius eorum videtur* C. Caerellius Fufidius Annius Ravus Pollittianus.

129 Caerellia 'mater' naufragio prope Baias periit, in quam Martialis scripsit *epigr. 4, 63.*

130 CAERELLIA GERMANILLA, [Caerellii] et Modestianae filia *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1003. Cf. n. 120.*

— PICA CAERIANVS.
— AGRIPPA IVLIVS CAESAR.
— C. IVLIVS CAESAR.
— DRVSVS IVLIVS CAESAR.
— GERMANICVS IVLIVS CAESAR.
— L. IVLIVS CAESAR.
— NERO IVLIVS CAESAR.
— TI. IVLIVS CAESAR.
— Ptolemaeus Caesario.

131 Caesellius Bassus, origine Poenus, thesauros Didonis reginae sibi somnio monstratos ratus esse in Africa vastissimis specubus abditos ac posse erui Neroni indicat; vana re patefacta ipse se interfecit a. 65 *Tac. a. 16, 1–3, eadem nominibus omissis* ('indicio equitis Romani') *Sueton. Nero 31.*

132 Caesellius Vindex, grammaticus. *Cassiodorius de orthographia Grammatici Lat. VII p. 147 in recensu scriptorum, unde excerpta collegit, memorat:* 'X. Ex Caesellio orthographo collecta sunt *(cf. p. 202, 16)*, XI. Ex Lucio Caecilio Vindice deflorata sunt' *(cf. p. 206, 16). Quamquam certum est (cf. quae exposuit Keil ibd. p. 139) duo genera excerptorum ad Caesellium Vindicem referenda et ex errore Cassiodorii quod posteriori Caecilii, non Caesellii nomen praescriptum est, repetendum esse, qui nomen grammatici in codice quo utebatur corruptum invenerat, praenomini Lucii, quod unus Cassiodorus posuit, utpote sumpto ex inscriptione corrupta fides neganda mihi videtur.* Caesellius Vindex *vel* Caesellius *vel* Vindex *alibi.*

Terentius Scaurus divi Hadriani temporibus grammaticus de Caesellii erroribus scripsit *Gellius 11, 15, 3, unde Vindicem vel eodem tempore vel non multo ante floruisse probabiliter colligitur; cui aetati genus studiorum eius optime convenit, nam in antiquissimorum scriptorum sermone indagando versatus est.* Scripsit commentarios lectionum antiquarum qui citantur *a Gellio 2, 16, 5; 3, 16, 11; 6, 2, 1; 11, 15, 2; 20, 2, 2 (iidem libri intellegendi esse videntur ibd. 9, 14, 6; 18, 11, 1).* Libri Caesellii Vindicis litterarum ordine dispositi citantur *a Charisio Grammatici Latini I p. 117, 13* (A litterae libro I), *239, 21* (libro B litterae), *p. 195, 26* (libro L litterae); Caesellius Vindex in stromateo citatur *a Prisciano II p. 210, 7, p. 230, 11 (sine titulo operis ibd. p. 229, 10:* ut Caesellio Vindici placet). *Propter similitudinem rerum quae a Gellio et a grammaticis afferuntur, probabilis est coniectura, quamquam non certa, unum atque idem opus significari, unde etiam orthographica excerpta sunt, quibus Cassiodorius usus est. — Memoratur praeterea inter grammaticos notos apud Arnobium I p. 41, 20 ed. Reifferscheid et Rufinum Gramm. Lat. VI p. 565, 3.*

133 Caesennius, qui κηπουρικά scripsit auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 19, aliunde non notus.*

134 A. CAESENNIVS GALLVS. *Tituli: memoratur in miliariis Galatiae III 312 (1). 318 (2), III S. 12218 (3), in t. liberti XIV 730 (4).*

Nummi: I) Caesareae Cappadociae, qui in adversa exhibent caput Titi et inscriptionem nominis, in aversa Ἐπὶ Γάλλου ἔτ(ους) γ' *Mionnet Suppl. VII p. 663 n. 25. 26. II) Ad eundem referri possunt nummi originis incertae, qui in adversa exhibent caput Domitiani et inscriptionem* Αὐτ. Δομετιανὸς Καῖσ(αρ) Σεβ., *in aversa* Ἐπὶ Καισεννίου Γάλλου *Mionnet Suppl. IV p. 348 n. 325. 326 = Suppl. VI p. 687 n. 502. 503, Suppl. V p. 173 n. 1010.*

Praenomen exhibent tituli, ceterum Caesennius Gallus *sive* Gallus. — Consul *t. 3 suffectus anno incerto sub Vespasiano ut videtur.* Legatus Aug. pr. pr. vias provinciarum Galatiae Cappadociae Ponti Pisidiae Paphlagoniae Lycaoniae Armeniae minoris stravit *t. 1. 2. 3;* anno 80 *t. 2. 3,* 82 *t. 1.* Legatus Galatiae et Cappadociae a. 80—82 *t. 1. 2. 3, nummi.* — XVvir sacris faciundis *t. 3.*

135 CAESENNIVS ISAVRICVS, salius Palatinus collegio exiit anno 178 *VI 1979.*

— CAESENNIVS MAXIMVS *v.* CAESONIVS MAXIMVS.

136 CAESENNIVS PAETVS *nominatur in t.* Flaviae Sabinae (uxoris) *XIV 2830. Potest fuisse consul a. 61 vel proconsul Asiae n. 138.*

137 L. CAESENNIVS PAETVS, consul a. 61 cum P. Petronio Turpiliano. *In consulatu:* Caesennius (Caesenio *cod. Mediceus*) Paetus *Tac. a. 14, 29,* Καισεννίου Παίτου *Phleg. Mir. 20.* — L. Caesennius Paetus *Dio 62, 20* (Σένιον *traditur*), Caesennius Paetus *Tac. a. 15, 6, Ioseph. bell. 7, 3, 4; 7, 7, 1, ceterum* Paetus.

Consul a. 61 *fasti.* Eodem anno legatus Cappadociae ad bellum Parthicum missus hieme a. 61/62 in Armenia rem pessime gessit indeque Romam revocatus est *Tac. a. 15, 6. 7. 8. 10–17. 24. 25. 28, Dio 62, 20. 21. 22.* Cum in Armenia bellum gereret, uxorem *(fortasse Flaviam Sabinam cf. n. 136)* et filium (parvolum) secum habuit et castello, cui Arsamosata nomen est, abdidit *Tac. a. 15, 10.* Alter filius a. 63 tribunus militum sub Corbulone militabat *ibd. 15, 28.*

Sub finem a. 70 Caesennius Paetus a Vespasiano in Syriam legatus missus est *Ioseph. bell. 7, 3, 4 (ubi tempus iis definitur, quae ibd. enarrantur 7, 3, 1; 7, 4, 1);* quarto anno Vespasiani (a. 72/73) in eadem legatione Antiochum Commagenes regem expulit regno *ibd. 7, 7, 1–3. Hunc legatum eundem esse atque consulem a. 61 inde sequitur, quod ne maior quidem filius a. 70 aetatem consularem attigerat. Si uxor fuerit Flavia Sabina, quam e gente Vespasiani oriundam fuisse docent nomina, Paetus fortasse adfinitatis gratia ad legationem promotus est.*

138 L. IVNIVS CAESENNIVS PAETVS, consul (suffectus) mense Martio cum P. Calvisio Rusone *a. incerto sub Vespasiano. In consulatu: plena nomina exhibet triptychon Pompeianum Hermes XXIII (1888)*

p. 159, Atti dell' Accademia Napolitana di archeologia XIV (1890) p. 17; L. Caesennius Paetus *VI 597. Tempus consulatus eo definitur, quod triptychon Pompeiis repertum est et P. Calvisius Ruso proconsul Asiae sub Domitiano fuit.*

Vnde idem statuendus est Caesennius Paetus proconsul Asiae *qui memoratur in t. Mylaseno Lebas-Waddington 358 et in nummis Ephesinis: I) in adversa cum capite Domitiani et inscriptione* Δομιτιανὸς Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός, *in aversa* Ἐπὶ ἀνθυ(πάτου) Καισεννίου Παίτου. Ὁμόνοια Ἐφε(σίων) Ζμυρ(ναίων) *Waddington, Fastes n. 107, museum Berolinense, Leake, Numismata Hellenica p. 56, Mionnet III p. 94 n. 259, p. 226, 1263, Suppl. VI p. 133 n. 361–365; II) in adversa cum capite Domitiae et inscriptione* Δομιτία Σεβαστή, *eadem aversa atque in I nisi quod* ἐπί *omissum est Waddington l. l., museum Berolinense, Mionnet III p. 95 n. 264, p. 227 n. 1267. 1268, Suppl. VI p. 135 n. 373. — Nummus Mionnet III p. 100 n. 297 (ex Sestinio) male lectus vel falsus est.*

Cum Domitiano Germanici nomen inditum esset a. 83 exeunte vel incipiente a. 84 (cf. Eckhel VI p. 397), annus proconsularis Paeti non potuit incipere nisi post a. 83.

Filius videtur L. Caesennii Paeti cos. a. 61; de maiore natu, qui a. 62 tribunus militum fuit cf. n. 137, et propter temporum rationem et propter praenomen patris apte cogitari possit.

139 Caesennius Silvanus, propinquus Suetonii Tranquilli, qui ei a Plinio tribunatum militum impetravit *Plin. epist. 3, 8.*

— A. IVNIVS PASTOR L. CAESENNIVS SOSPES.

— Arria Caesennia Paulina.

140 Caesernius, gener (Mestrii) Flori, amici Plutarchi *Plutarch. quaestiones convivales 7, 4, 2; 7, 6, 2.*

141 T. Caesernius Concessus Severus *memoratur in t. Thagastino VIII S. 17217* Lartidiae Praenestinae uxoris. *Fortasse homo nobilis.*

142 T. Caesernius Macedo *posuit ut* heres *t. Sirmianum III S. 10224 (1), memoratur in dipl. mil. III S. XXXVI (2).*

Plena nomina exhibet t. uterque. Procurator Aug. *t. 1,* procurator Mauretaniae Caesariensis a. 107 *t. 2. Potest pater esse Caeserniorum n. 144 et 145.*

143 Caesernius Statianus, ὁ κράτιστος, curator (λογιστεύων) Nicomediae Bithynicae *memoratur in t. Nicomediensi CIG 3771 sub Severo post a. 197 posito.*

143a CAESERNIVS STATIVS ..... *memoratur in t. Cyprio graece scripto mutilo dedicato imperatori cuidam, cuius nomina perierunt, The Journal of Hellenic studies IX (1888) p. 252 n. 111; fortasse proconsul Cypri fuit.*

144 T. CAESERNIVS STATIVS QVINCTIVS MACEDO QVINCTIANVS. *Tituli: ei positus est V 865 (2) (cf. Additamenta p. 1025) Aquileiensis mutilus, qui cursum honorum ordine inverso exhibet, ipse posuit V 866 (2) Aqui-*

leiensem et XIV 2253 (3) in agro Albano repertum, memoratur in t. liberti Aquileiensi V 482 (4).

Plena nomina exhibet integra t. 3; .. Caesc ...... Quincti ..... Quinctian .. *t. 1,* T. Caesernius Macedo Quinctianus *t. 2,* (T. Caesernius) Macedo *t. 4.*

T[riumvir au]ro argen[to aere flando feriundo], t[ribunus militum l]egionis tr[icesimae Vlpiae Vi]ctricis, [quaestor] candidatus, [censitor? *cf. Mommsen, Staatsrecht II*³ *p. 1092* per] Africam Maur[etaniam], [tribunus] plebis candida[tus], [praetor candidatus] inter cives et p[eregrinos], co[mes imp.] per orientem, legatus legio[nis] ... piae fidelis, p[raefectus alimentorum], [curator] viae Appiae *t. 1,* consul *(suffectus anno incerto saeculi II) t. 1. 2. 3;* sodalis Aug[ustalis] *t. 1.* — *Certe arta necessitudine coniunctus cum T. Caesernio n. 145, fortasse frater huius et filius T. Caesernii Macedonis n. 142.*

145 T. CAESERNIVS STATIVS QVINTIVS STATIANVS MEMMIVS MACRINVS. *Tituli: ei positus est VIII 7036 (1) Cirtensis, ipse posuit in legatione Numidiae a. 141 VIII S. 17849 (2). 17850 (3) Thamugadenses mutilos, memoratur in t. prope Divionem reperto XIII 2 n. 5609 (4).*

Plena nomina exhibet t. 1, ... us St[atius] .... *t. 2,* T. Caesern[ius] ..... *t. 3,* Caesernius Statianus *t. 4.* — *Patris nomen periit in t. 1, potest fuisse T. Caesernius Macedo n. 142;* tribu Palatina.

XVvir *(sic)* stlitibus iudicandis, quaestor divi Hadriani, comes eiusdem in oriente, tribunus plebis, *(praetura omissa est in t. 1 errore quadratarii ut videtur),* missus in dilectum iuniorum a divo Hadriano in regionem Transpadanam, legatus legionis XIIII Geminae Martiae Victricis *t. 1,* legatus pr. pr. provinciae Africae *t. 1.* [*2*], co[nsul designatus] a. 141 *t. 2,* consul *(suffectus) t. 1 a. 141 vel 142,* (legatus) co(n)s(ularis) (Germaniae superioris) a. 150 *t. 4.* — Pat[ronus IIII c]oloniarum (Cirtensium) *t. 1,* Thamugadensium *t. 2.* [*3*].

— L. APRONIVS CAESIANVS.

— M. IVVENTIVS CAESIANVS.

— (P.? NONIVS) ASPRENAS CAESIANVS.

— P. NVMICIVS PICA CAESIANVS.

— PLAVTIVS CAESIANVS.

— Plautius Caesianus.

146 [C]AESIDIVS, *cui positus erat t. Carthaginiensis VIII S. 12539 mutilus:* ... [C]aesidio ... cos. ..... [tr]ib. leg. ..... [quaestor *vel simile quid*] .... [Vesp]asiani .....

— Q. FABIVS CAESILIVS TITIANVS.

147 L. CAESIVS ......, praefect[us] [aerari] [milit]aris (a. 21/39) *V 8845 t. Veronensis.*

148 C. CAESIVS APER. *Tituli: ei publice positus est XI 6009 (1) Sestinas, memoratur in dipl. mil. III 2 (2).* — *Plena nomina exhibet t. uterque.*

C. f., tribu Claudia *t. 1,* praefectus cohortis secundae *(addit t. 2)* Hispanorum equitatae *t. 1. 2,* anno 60 *t. 2,* tribunus militum, *(postea in ordinem amplissimum adlectus probabiliter a Vespasiano),* quaestor pro pr. Ponti et Bithyniae, aedilis plebis Cerialis, praetor, legatus pro pr. provinciae Sardiniae. — *Diversus est* C. Caesius Aper mag. vic. *XI 6013, item alius* C. Caesius Aper Mestriae Saturnin(a)e sive Marci(a)e *t. posuit XI 6021. Qui tituli cum et ipsi Sestini reperti sint, ibi Caesiorum Aprorum familiam floruisse docent.*

149 Caesius Bassus, amicus Persii *vita Persii Sueton. rel. ed. Reifferscheid p. 73,* qui ad eum scripsit saturam sextam; post mortem Persii Annaeus Cornutus librum satirarum Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edendum *ibd. p. 74.* Fama est eum in praediis suis positum ardente monte Vesuvio et late ignibus abundante cum villa sua ustum *schol. ad Pers. sat. 6, 1. (Vnde quidam nomen eius latere loco corrupto Plin. epist. 6, 16, 8 suspicati sunt coniectura incerta cf. quae adnotavit Keil.)* — *Potest idem esse* C. Caesius Bassus qui agrum quendam in finibus Tiburtinorum vendiderat *XIV 3471.*

Poeta *vit. Persii p. 73;* 'iamne lyra et tetrico vivunt tibi pectine chordae, mire opifex numeris veterum primordia vocum atque marem strepitum fidis intendisse latinae, mox iuvenes agitare iocos et pollice honesto egregius lusisse senex' *Persius sat. 6, 2–6.* Si quis adicere velis *(scil. Horatio),* is erit Caesius Bassus, quem nuper vidimus, sed eum longe praecedunt ingenia viventium *Quintilian. 10, 1, 96.* Bassus in II lyricorum citatur *Priscian. Gramm. Lat. II p. 527, 16.*

Idem sine dubio est Caesius Bassus in libro de metris *Victorin. Gramm. Lat. VI p. 209, 10 (= Aud. Excerpt. VII p. 337, 2);* Bassus ad Neronem de iambis *Rufinus VI p. 209, 10;* citatur praeterea scriptor rei metricae *a Diomede I p. 513, 16, Terentiano VI p. 395, 2358, Rufino VI p. 565, 3. Tribuitur ei a recentioribus liber de metris qui extat Gramm. Lat. VI p. 255 sqq. cf. Keil ibd. p. 252.*

150 CAESIVS CORDVS, proconsul Cretae repetundarum addito maiestatis crimine a. 21 ab Anchario Prisco postulatus, a. 22 repetundarum damnatus est *Tac. a. 3, 38. 70.*

— TI. CATIVS CAESIVS FRONTO.

151 A. CAESIVS GALLVS, aedilis plebis Cerialis, praetor, flamen Augustalis, patronus coloniae *(incertum cuius) XIV 3590 titulus, cui origo Tiburtina falso adscripta esse videtur cf. quae adnotavit Dessau l. l.*

— C. Octavius Pudens Caesius Honoratus.

152 Caesius Longus, maritus Liciniae *VI 1442 t. mutilus, ubi dubium est an fuerit in lapide* LONGI[NI].

153 Q. Caesius Macrinus fana ab C. Vibio Varo patre inchoata perfecit et dedicavit *Rovigni V 308. 309.*

154 L. CAESIVS MARTIALIS, consul (suffectus secundo semestri) a. 57 cum Nerone II. *Consulatus memoratur in tabulis ceratis Pompeianis*

29. 31–34, II 2958, VI 268. Plena nomina extant VI 268, tab. 34, ceterum L. Caesius *sive* Caesius Martialis *fasti.*

155 CAESIVS NASICA, legatus legionis in Britannia a. 50 *Tac. a. 12, 40.*

156 C. Caesius Niger, Q. f., tribu Ter., ex prima admissione *(scil. amicorum Augusti vel Tiberii)*, ex quattuor decuris *(ante imperatorem Gaium)*, curio minor *VI 2169 t. sepulcralis.*

157 P. Caesius Phosphorus, libertus, cui Plinius ius Quiritium a Traiano petiit *Plin. ad Traian. 11, 2.*

158 Sex. Caesius Propertianus, Sex. f., flamen Cerialis Romae, procurator imperatoris a patrimonio et hereditatibus et a libellis, tribunus militum legionis IIII Macedonicae, praefectus cohortis tertiae Hispanorum, hasta pura et corona aurea donatus; quattuorvir iure dicundo, quattuorvir quinquennalis, pontifex (Mevaniae), patronus municipii (Mevaniae) *XI 5028 t. Mevanianensis publice positus. — Procurationes illum accepisse ab imperatore Vitellio Bormann probabiliter inde statuit, quod Vitellius primus* 'ministeria principatus a libertis agi solita' *in equites Romanos transtulit (cf. Tac. h. 1, 58) et legio IIII Macedonica, cuius tribunus Propertianus fuerat, fuit in legionibus Germanicis, quae cum Vitellio in Italiam profectae sunt, neque memoratur unquam post annum 69, exauctorata scilicet a Vespasiano.*

— Q. PETILLIVS CERIALIS CAESIVS RVFVS.

159 C. Caesius Sabinus *dedicavit dis deabusque Sassinae titulos editos a Bormanno Festschrift des Gymnasiums zum grauen Kloster 1874 p. 361 n. 1–4 (1–4), memoratur in mutilis ibidem repertis 5 (5) et 10 (6), qui ad Traianum pertinet.*

Nomina plena exhibent tituli, sed in t. 1–4 scripta C. C. Sabinus; *apud Martialem* Caesius Sabinus *vel* Sabinus. — Ex Sassina oriundus *Martial. 9, 58, 1–4 cf. 7, 97, 1* 'Caesium montanae decus Vmbriae Sabinum'. Amicus Martialis, qui scripsit ad eum *epigr. 7, 97; 9, 58; 9, 60; 11, 8. 17.* — Ex posteris eius videtur Sex. Tettius Montanus Caesius Sabinus equo publico *in t. Sassinate l. l. n. 16.*

— Cornelia Caesia.

— Suillius Caesoninus.

160 L. CAESONIVS LVCILLVS MACER RVFINIANVS. *Tituli: ei positus est XIV 3902 (1) t. in agro Tiburtino repertus, posuit parentibus ibd. XIV 3900 (2). 3901 (3) t. sepulcrales, memoratur in actis Arvalium VI 2086. 2104 (4. 5).*

Plena nomina exhibet t. 1, L. Caesonius Lucillus *t. 4. 5,* Caesonius Lucillus *t. 2. 3.* C. filius *t. 1 scilicet* filius C. Caesonii C. f. Macri Rufiniani et Maniliae Lucillae *t. 2. 3;* tribu Quirina *t. 1.* Vir clarissimus *t. 3,* electus in familiam patriciam *t. 1.*

Xvir stlitibus iudicandis, quaestor kandidatus, praetor kandidatus, curator rei publicae Puteolanorum, item Suessanorum, legatus pro

vinciae Africae eodem tempore vice proconsulis, consul (consularis *t. 2) (suffectus anno incerto saeculi III ineuntis ante a. 238)*, curator albei Tyberis et cloacarum urbis, curator aquarum et Miniciae, XXviros (*sic a plerisque traditur, in lapide fuisse videtur* viro *errore positum pro* vir) ex senatus consulto rei publicae curandae *(a. 238)*, proconsul provinciae Africae, praefectus urbi, electus ad cognoscendas vice Caesaris (= *Gordiani III*) cognitiones *(cf. Mommsen, Staatsrecht II*[3] *p. 985 not. 2)*. — Frater Arvalis a. 213. 218 *t. 4. 5.*

161 C. CAESONIVS MACER RVFINIANVS. *Titulus sepulcralis eius a filio positus XIV 3900 in agro Tiburtino repertus.* — C. f., tribu Quirina. IIIvir capitalis, tribunus legionis I Adiutricis donatus donis militaribus a divo Marco, quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis, legatus provinciae Baeticae, praetor, legatus provinciae Asiae, curator rei publicae Asculanorum, legatus legionis VII Claudiae, proconsul provinciae Achaiae, curator rei publicae Tarricinensium, legatus Augusti pro praetore provinciae Lusitaniae, curator rei publicae Teanensium, consularis *(consul suffectus a. incerto saeculi II exeuntis vel III ineuntis)*, curator alvei Tiberis, legatus Augusti pro praetore Germaniae superioris, curator aquarum et Miniciae, proconsul provinciae Africae, curator rei publicae Lanivinorum II, comes imperatoris Severi Alexandri Augusti; sodalis Augustalis *tit.*

Manilia Lucilla (uxor) *XIV 3901*, L. Caesonius Lucillus Macer Rufinianus filius.

162 CAESONIVS MAXIMVS *(sic Martialis 7, 44, 1*, Caesennius Maximus *Tac. a. 15, 71; utra forma recta sit, certe diiudicari nequit;* Maximus *apud Senecam)*, consul *(suffectus anno incerto ante a. 65) Martial. 7, 44, 5;* post coniurationem Pisonianam detectam a. 65 Maximus a Nerone Italia prohibitus est reum fuisse se tantum poena expertus *Tac. l. l.*, in Siciliam relegatus, quo eum Ovidius amicus comitatus est *Martial. 7, 44; 7, 45.* Amicus Senecae philosophi *Martial. ibd., Seneca epist. 87, 2.*

163 T. Caesonius Priscus, eques Romanus, officio a voluptatibus ab imperatore Tiberio praepositus *Sueton. Tiberius 42.*

164 L. CAESONIVS QVINTVS RVFINVS MANLIVS BASSVS, L. f., tribu Quirina, clarissimus vir; quaestor, praetor, salius Palatinus, pontifex maior *(non ante Aurelianum ut videtur) X 1687 t. inter Neapolitanos servatus. Filius videtur L. Caesonii Lucilli Macri Rufiniani.*

165 Caesonius Vectilianus *memoratur in epistula ficta imperatoris Marci vit. Avidii Cassii 5, 5.*

166 Caesonia, uxor Rufi *(incertum cuius)*, nata die natali Domitiani = d. 24 mensis Octobris, in cuius natalem anno 93 Martialis scripsit *epigr. 9, 39 cf. quae adnotavit Friedländer.*

— MILONIA CAESONIA.

167 Caesonia Victorina Caeciliae Verissimae, clarissimae memoriae feminae, amicae cum Atilia Rufina clarissima femina t. dedicavit *VI 1363.*

— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.

168 C. CAETRONIVS, legatus legionis primae (Germanicae) a. 14 *Tac. a. 1, 44.*

169 C. CAETRONIVS, ... c. v. ... leg. Augg. .. leg. leg..... procos... *II 2423 t. Bracarensis mutilus saeculo XVII imperite restitutus, ubi omnia fere prorsus incerta sunt.*

170 Caetronius Cus[p]ianus p(rimi)p(ilaris), procurator Aug. *(Alpium Graiarum et Poeninarum ut videtur)*; Aegnatia Priscilla uxor *XII 112 t. Aximensis.*

171 Caetronius Pisanus, praefectus castrorum legionis III Augustae a. 70 a Valerio Festo legato proprias ob simultates vinctus *Tac. h. 4, 50.*

— Q. POSTVMIVS CAI......

— Caicilianus, Caicilius *v.* Caecilianus, Caecilius.

172 CAL. VET(VS?), consul (suffectus) die 27 mens. Septembr. a. 51 cum Ti. Cla(udio) V *in tessera gladiatoria Bullettino dell' Instituto 1871 p. 151. Quod nomen fuerit, incertum est; potest fuisse* Cal(avius), Cal(estrius), Cal(idius), *sed haud scio an* Cal. *minus accurate breviatum sit ex* Cal(purnio), Cal(visio) *etc.*

173 CALAVIVS SABINVS, legatus legionis XII (Fulminatae) a. 62 *Tac. a. 15, 7.*

— VOLVMNIA CALEDA.

174 Calenus, maritus Sulpiciae poetriae, in quorum coniugium scripsit Martialis *epigr. 10, 38; memoratur ab eodem 10, 35, 21, in versu Sulpiciae allato ab scholiasta Vallae ad Iuvenal. sat. 6, 537, in carmine Sulpiciae quod fertur v. 62, a Sidonio Apollin. carm. 9, 263.*

175 Calenus (Callenus *libri*), ordinis equestris, condiscipulus et amicus M. Aurelii qui imperavit *vit. Marci 3, 9.*

— Iulius Calenus.

176 CALESTRIVS TIRO (*sic in inscriptione Plin. epist. 1, 22 et ibd. 7, 16, 1, ceterum* Tiro), amicus et aequalis Plinii iunioris, qui ad eum scripsit *epist. 1, 12; 6, 1; 6, 22; 9, 5.* Eodem tempore atque Plinius tribunus militum et quaestor Caesaris *(circa a. 89/90)* fuit, in tribunatu *(circa a. 91)* liberorum iure Plinium praecessit, praetor eodem anno atque Plinius *(a. fere 93) ibd. 7, 16, 2;* proconsul Baeticae *(circa a. 106/107) ibd. 7, 16, 3; 6, 22, 7; 9, 5.*

— *MARIVS CALESTRIVS MAXIMVS.

177 Calgacus, dux Britannorum, qui ad Graupium montem contra Agricolam pugnaverunt *Tac. Agricola 29. 30–32.*

178 Callicrates, Tyrius, 'Graecorum longe doctissimus scriptor' de originibus Aureliani qui imperavit, citatur *vit. Aureliani 4, 2. 7; 5, 1.*
179 Callidromus, servus aliquando Laberii Maximi a Dacis captus et a Decebalo Pacoro Parthorum regi muneri missus pluribus annis in ministerio eius fuit, deinde fugit et Nicomediam pervenit, unde a Plinio legato Romam missus est *Plin. ad Traian. 74.*
— TI. CLAVDIVS CALLIPPIANVS ITALICVS.
— M. VLPIVS CALLIPPIANVS.
— AEMILIA CALLISTA.
— AFINIA CALLISTE.
180 CALLISTO, filia Attali, noptis (Antonii) Polomonis sophistae, uxor Rusiniani (?'Ρουσινιανός *traditur, vulgo editur* 'Ρουφινιανός) viri consularis, mater Hermocratis sophistae filio superstes *Philostratus vit. sophist. 2, 25.*
181 Callistratus, iure consultus, scripsit de cognitionibus libros sex, edicti monitorii l. sex, de iure fisci (et populi *Digest. 48, 20, 1*) l. quattuor, institutionum l. tres, quaestionum l. duos *Index Florentinus Digest.* Sub Severo et Antonino Augustis libros de cognitionibus perfecit *cf. Digest. 1, 19, 3, 2; 50, 2, 11; in excerptis librorum de quaestionibus cf. Digest. 1, 3, 38* ('imperator noster Severus rescripsit') *et de iure fisci cf. ibd. 49, 14, 2, 6* ('imperator noster Severus Augustus constituit') *Severus solus nominatur, unde Callistratus hos libros ante a. 198 scripsisse putatur; sed eam sententiam non esse certam et per se patet, cum Callistratus aliter omnino dicere nequiret, si de constitutione Severi ante a. 198 data ageret, et eo probatur, quod* ex libro primo de cognitionibus *Digest. 50, 4, 14, 4 verba afferuntur* 'imperator noster Severus Augustus rescripsit'. *Citatur passim in Digestis, fragmenta collegit Lenel, Palingenesia I p. 81 sqq.*
— Q. Veturius Callistratus.
182 Callistus, dux Romanorum in Asia a militibus, qui Valeriani cladem effugerant, electus Persas per Ciliciam et Lycaoniam dispersos aggressus fudit *Syncellus p. 716 et eodem fonte usus Zonaras 12, 23 p. 142 ed. Dindorf. Idem videtur atque Ballista B 36.*
— L. ACONIVS CALLISTVS.
— L. Aconius Callistus.
— C. Iulius Callistus.
— G. C(ORNELIVS?) CALP. RVFINVS.
183 Calpetanus, medicus celeberrimus apud principes *Plin. n. h. 29, 7.*
184 C. CALPETANVS RANTIVS QVIRINALIS VALERIVS FESTVS. *Tituli: ei positus est V 531 (1) Tergestinus, qui cursum honorum exhibet, ipse posuit cippum terminalem VI 1238 (2), memoratur in t. in Calaecia reperto II 2477 (3) et in miliariis provinciae Tarraconensis II 4799 (4). 4802 (5). 4803 (6). 4838 (7). 4847 (8). 4854 (9), in tribus exemplis eiusdem tituli castrorum Carnunti III S. 11194. 11195. 11196 (10).*

Plena nomina exhibent t. 2. 3. 5. 6. 7, exhibebant t. 1. 4. 8. 9. 10 plus minus mutili vel corrupti. — In consulatu: C. Valerius Festus *VI 2016 = XIV 2242*, [Γαίου] Οὐαληρίου Φήστου *CIG 5838 = IGI 760*. — Valerius Festus *apud scriptores.*

C. f., tribu Pomp. *t. 1.* — IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis VI Victricis, quaestor, sevir equitum Romanorum, tribunus plebis, praetor *t. 1;* legatus pro praetore exercitus Africani *t. 1*, a. 69 studia provincialium in Vitellium cum fide primo iuvit, mox nutavit *Tac. h. 2, 98*, a. 70 L. Calpurnium Pisonem proconsulem Africae interfecit *ibd. 4, 49–50, Plin. epist. 3, 7, 12;* consul *t. 1* suffectus menso Maio a. 71 cum Domitiano Caesare *fasti;* donatus ab imperatore hastis puris IIII vexillis IIII coronis IIII vallari murali classica aurea *t. 1 (propter res ut videtur in Africa contra Garamantes gestas cf. Tac. h. 4, 50 extr.);* curator alvei Tiberis et riparum *t. 1. 2*, anno 73 *t. 2;* legatus Aug. pro praetore provinciae Pannoniae *t. 1. 10*, anno 73 *t. 10;* legatus Aug. pro praetore provinciae Hispaniae *t. 1, 3–9*, anno 79 *t. 3*, anno 80 *t. 6. 7. 9.* — Sodalis Augustalis (post praeturam), pontifex (post curationem riparum) *t. 1.* — Adfinis imperatoris Vitellii *Tac. h. 4, 49.* — Patronus Tergestinorum *t. 1.*

185 C. CALPETANVS RANTIVS SEDATVS METRONIVS primo loco inter tres curatores tabulariorum publicorum anno 46 *VI 916 t. quem solus servavit anonymus Einsiedlensis; falso Mommseno auctore Henzen scripsit solvitque* tabular(um) public(arum); *id quod ille postea ipse reiecit cf. Staatsrecht II³ p. 558 not. 3. — Cum in t. post* (per — —) Metronium *scriptum sit* M. Petronium Lurconem, *dittographiam fortasse latere opinatus est Mommsen.*

186 C. CALPETANVS STATIVS RVFVS *memoratur in cippis terminalibus VI 1237 (1). 1266 (2).* — C. f. *t. 1.*

Inter quinque curatores locorum publicorum iudicandorum, qui ex senatus consulto causa cognita ex privato in publicum restituerunt *t. 2 (secundo loco);* inter quinque curatores riparum et alvei Tiberis qui ex senatus consulto terminaverunt *(sub Tiberio ut videtur) t. 1 (tertio loco). — Patronus fortasse* C. Calpetani C. l. Cryphi *VI 1815 aetatis Tiberianae.*

187 .... CALPVRNIANVS, unus ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministraverunt a. 145 *Ephem. ep. 8 p. 332 acta Arvalium.*

188 Calpurnianus, ὁ κράτιστος δικαιοδότης = iuridicus *in papyro graece scripta saeculi II vel III Aegyptische Urkunden aus den königlichen Museen zu Berlin II n. 378.*

189 Calpurnianus, ad eum Apuleius epistolium de dentifricio misit *Apuleius apolog. 6;* inimicus Apulei *ibd. 60.*

— M. ANTIVS CRESCENS CALPVRNIANVS.

— T. Aurelius Calpurnianus Apollonides.

— Crepereius Calpurnianus.

— Decrius Calpurnianus.
— A. PLATORIVS NEPOS CALPVRNIANVS.
190 Calpurnius 'noster' *dicitur ab imperatore Vero Front. ad Ver. 1, 2 p. 115 ed. Naber; familiaris quidam Veri videtur.*
191 Calpurnius *quidam memoratur in epistula ficta imperatoris Marci ad Faustinam vit. Avidii Cass. 10, 9.*
192 C. CALPVRNIVS, aedilis curulis, deinde a. 731 = 23 a. C. aedilis plebis suffectus *Dio 53, 33.*
193 T. Calpurnius, poeta. *In libro Th. Vgoleti qui olim continebat eclogas Calpurnii et Nemesiani, scriptum erat:* Titi Calphurnii Siculi bucolicum carmen — — *(sed* Siculi *omisit apographum Angelii).* Siculi *vocabulum utrum bucolico poetae pro libidine tributum, an re vera ad originem Calpurnii referendum sit, ut in eiusdem codicis subscriptionibus Nemesianus dicitur Carthaginiensis, in medio relinquendum est. De carminibus Calpurnii cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 306⁵.*
— Iulius Calpurnius.
194 C. CALPV[RNIVS] ....., consul (suffectus) a. 87 XI kal. Februarias, kal. Februariis cum L. Volusio Saturnino *VI 2065 acta Arvalium.*
195 M. CALPVRNIVS ...CVS, consul (suffectus) VI id. Oct. cum Ti. Catio Frontone a. 96 *III dipl. mil. 18 cf. III S. dipl. XXVI p. 1967, ubi adnotatur in* M. CALPVRNIO ......CO *ante* CO *quae praecedit littera, eam aut* I *aut* T *fuisse, vix* R *neque omnino posse restitui, id quod antea restituebatur,* [FLAC]CO.
196 SEX. CALPVRNIVS AGRICOLA *memoratur in t. Britannicis VII 225 (1). 758 (2). 773 (3) (fortasse etiam in frustulis t. 774), in t. Troesmensi veterani cuiusdam III S. 7505 (4).*

Plena nomina extant in consulatus indicatione III dipl. mil. 44, Sex. ....rn....... *t. 1,* Calpurnius Agricola *t. 2, vit. Marci 8, 8,* [Calpurni]us Agricola *t. 3,* [Cal]pur. Agricola *t. 4.* — Clarissimus vir *t. 4.*

Consul (suffectus) a. d. V kal. Octobres cum Ti. Claudio Iuliano intra a. 145/161 *dipl. mil.* A Marco et Vero sub initium imperii in Britanniam missus est *vit. Marci 8, 8, quibus positus est t. 1;* legatus Aug(ustorum?) pr. pr. (Britanniae) *t. [1.] 2,* co(n)s(ularis) *t. 3. Cum in t. 4 veteranus quidam anno 170 missus honesta missione dicatur* 'functus expeditione Germanica sub [Cal]pur. Agricola, Cl(audio) Fronto[n]e c. v.', *apparet Agricolam ante a. 170 inter duces belli Marcomanici fuisse.*
— C. Bellicius Calpurnius Apolaustus.
197 CALPVRNIVS ASPRENAS, qui a Galba Galatiae ac Pamphyliae provinciis praepositus erat, anno 69 hominem, qui se Neronem esse fingebat, in Cythno insula cepit et interfecit *Tac. h. 2, 9, Zonaras 11, 15 p. 45 ed. Dindorf. Certe ex Noniorum gente oriundus cf. N 98.*

198 P. CALPVRNIVS ATILIANVS ATTICVS (?), consul a. 135 cum L. Tutilio Luperco Pontiano. *In consulatu:* P. Calpurnius Atilianus *Ephem. ep. 4, 774,* ..... rnius Atilianus *XIV 4235,* Atticus *per unum Chronographum traditur, ceterum* Atilianus *fasti.*

199 C. CALPVRNIVS AVIOLA. *Nummi Smyrnaei: I) in adversa inscripti* Γάιον Καίσαρα Γερμανικὸν ἐπὶ Ἀουιόλλα, *in aversa* Γερμανικόν, Ἀγριππεῖναν. Ζμυρναίων Μηνοφάνης *Waddington, Fastes n. 79, museum Berolinense, collectio Imhoof, Leake, Supplement to numismata Hellenica p. 92, Mionnet III p. 220 n. 1228. 1229; II) eadem adversa, in aversa cum imagine Drusillae Cereris habitu repraesentatae et inscriptione* Δρουσίλλαν Ζμυρναίων Μηνοφάνης *Waddington l. l., museum Berolinense, collectio Imhoof, Mionnet III p. 221 n. 1232; III) in adversa* Γάιον Καίσαρα ἐπὶ Ἀουιόλλα, *in aversa cum imagine Victoriae* Ζμυρναίων Μηνοφάνης *eaedem collectiones, Leake l. l., Mionnet III p. 221 n. 1231. — Male descripti sunt n. Mionnet Suppl. V p. 430 n. 943, VI p. 331 n. 1641; falsus n. Mionnet II p. 596 n. 550.*

C. Calpurni(us) Aviol[a], consul suffectus a. 24 p. C. *fasti Arvalium CIL I² p. 71;* Aviola proconsul Asiae *nummi. Borghesi opp. II p. 141, quem Waddington secutus est, nummum II secundo demum semestri a. 38 post mortem Drusillae cusum esse statuit; at vivae ille nummus magis convenit quam mortuae, cum in decreto Cyziceno in honorem Antoniae Tryphaenae facto (vide supra A 718) vel viva dicatur* θεὰ νέα Ἀφροδίτη Δρουσίλλα. *Itaque statuendum est Aviolam Asiam rexisse anno proconsulari a. 37/38.*

200 Calpurnius Bassus, auctor Plinii *ind. l. n. h. 16–19. 21. 22, ceterum ignotus.*

201 (CALPVRNIVS) BIBVLVS. Domitia Bibuli (uxor) *memoratur VI 5876 (= VI 5 n. *898) in t. libertae, de cuius sinceritate non constat, et VI 9523; liberta* Domitiae Calvinae Bibuli f(iliae) *VI 16988, sed incertum est num* filiae *vocabulum recto loco positum sit, cum omnino ordo tituli turbatus sit. Sine idonea causa viri docti hunc esse Bibulum ab Antonio Syriae praefectum (Appian. bell. civ. 4, 28) statuerunt, quem ultimum Bibulorum fuisse falso (cf. n. 202) sibi persuaserant.* — Bibulus *nescio quis memoratur et VI 4257.*

202 C. (CALPVRNIVS) BIBVLVS, aedilis anno 22 p. C. *Tac. a. 3, 52.*

203 M. Ca[lpurnius] Bibulu[s] ..... faciun[dum curavit] .... *t. mutilus Carthagine Nova qui olim extitit II 3422, de cuius aetate nihil certi statuere licet, cf. quae de Bibulis adnotavi ad n. 201.*

204 M. Calpurnius Caelianus *memoratur in miliariis Sardiniae X 8011 (1). 8012 (2). 8033 (3) cf. Auctar. Additam. p. 1020, Ephem. epigr. 8, 751 (4). 774 (5). 782 (6); item memorari videtur in miliario X 8000 haud certae lectionis.*

Plena nomina extant in t. 1, extabant in t. 2. 3. 5, 6 plus minus hodie mutila; Caelianus *t. 4.* — Vir egregius *t. 4. 6.* — Procurator

et praeses provinciae (Sardiniae) *t. 1–6,* sub M. Aemilio Aemiliano *t. 1. 6,* sub Valeriano et Gallieno *t. 3. 4. 5.*

205 Calpurnius Celerianus, cui Hadrianus de quaestione servi rescripsit *Vlpianus Digest. 48, 18, 1, 22. Fortasse magistratus.*

206 C. CALPVRNIVS CRASSVS FRVGI LICINIANVS. *Titulus eius urbanus (sepulcralis ut videtur) Bullettino dell' Instituto 1885 p. 23. Ex posteris M. Licinii Crassi Frugi consulis a. 27 p. C. (infra L 130) eum fuisse et nomina et locus, unde titulus cum aliis eiusdem familiae prodiit, satis indicant.*

Plena nomina exhibet tit., Κράσσος Καλπούρνιος *Dio 68, 3 (Zonaras 11, 20),* Calpurnius Crassus *(Vict.) Epitome 13, 7,* Frugi Crassus *vit. Hadriani 5, 5,* Crassus *Dio 68, 16.*

Τῶν Κράσσων ἐκείνων ἔγγονος *Dio 68, 3 v. supra.* Consul *(suffectus anno incerto saeculi primi exeuntis),* pontifex *tit.* Cum sub Nerva imperium molitus esset cum (Agedia Quintina *tit.*) uxore Tarentum remotus est *Dio 68, 3, Epitome l. l.* Sub Traiano iterum coniurationis in principem reus *Dio 68, 16.* Relegatus in insulam cum sub initium imperii Hadriani denuo in suspicionem imperii venisset, egressus insula a procuratore occisus est *vit. Hadriani 5.*

207 SER. CALPVRNIVS·DOMITIVS DEXTER, consul a. 225 cum Ti. Manilio Fusco II. — *Tituli: ei post mortem a filia positus est t. in agro Romano repertus VI 1368 = XIV 3993 (1), ipse posuit filiae VI 1369 (2), memoratur in ara deae Circes X 6422 (3) t. Circeiensis.*

In consulatu: Ser. Calpurnius [Dexter] *VI 1984, ceterum* Dexter *fasti.* — *Plena nomina exhibet t. 3,* Se[r]. Cal[pu]r[nius] Dexter *t. 1,* Calpurn(ius) Domitius Dexter *t. 2.* — Clarissimae memoriae vir *t. 1.*

Triumvir monetalis, quaestor candidatus, praetor tutelaris, curator viae Aemiliae et alimentorum, curator rei publicae Minturnensium ..... *(nonnulla perierunt in lapide)* item Calenorum, [legatus] (proconsulis) provinciae Asiae *t. 1;* consul *t. 2,* ordinarius *t. 1,* a. 225 *fasti;* XVvir sacris faciundis *t. 1. 2. 3,* promagister collegii a. 213 *t. 3.*

Calpurnia Rufria Aemilia Domitia Severa filia *t. 1. 2.*

208 L. Calpurnius Fabatus *publice honoratus titulo Comensi V 5267, cuius lectio utpote evanidi non ubique certa est. — Praenomen servavit titulus;* Calpurnius Fabatus *Tac. a. 16, 8, in inscriptione epistulae Plinii 5, 11 codex Asburnhamianus in indice l. V, ceterum* Fabatus.

L. f., tribu Oufentina *tit.,* Comensis *Plin. epist. 5, 11, 2; 7, 32, 1;* praefectus fabrum, tribunus iterum (?) legionis XXI Rapacis, praefectus cohortis VII Lusitanorum et nationum Gaetulicarum sex, quae sunt in Numidia; VIvir, IIIIvir iure dicundo, flamen divi Augusti, patronus municipii Comi *tit.* — Anno 65 eques Romanus in causa Iuniae Lepidae quasi conscius accusatus damnationem effugit *Tac. a. 16, 8.*

Pater Calpurniae Hispullae, avus paternus Calpurniae uxoris Plinii tertiae, prosocer Plinii *Plin. epist. 4, 1; 5, 14, 8; 8, 11.* Plinius

ad eum scripsit *epist. 4, 1; 5, 11; 6, 12. 30; 7, 11. 16. 23. 32; 8, 10.* — Porticum Comi dedicavit sub suo filiique mortui nomine et in portarum ornatum pecuniam promisit *Plin. epist. 5, 11.* Villa eius Camilliana in Campania *ibd. 6, 30, 1,* praedia Amerina *ibd. 8, 20, 3.* Admodum senex *ibd. 8, 10, 2,* mortuus est, dum Plinius in Bithynia moratur a. 112 *ad Traianum 120.*

209 [CALPVRNIVS?] FLACCVS *publice honoratus a Salaminiis Cypri CIG 2638 t. Cyprio. Titulum mutilum supplevit Marini, paulo aliter Borghesi opp. III p. 386.* [Γάιον Καλπούρνιον] *ab initio illi restituerunt, sed vel gentilicii nominis supplementum, utpote in cognomine satis vulgari, prorsus incertum est. Temere igitur Borghesi l. l. hunc Flaccum etiam in t. VI 10241 (cf. n. 214) memorari opinatus est.*

[... Καλπούρνιον] Κυρείνᾳ Φλάκκον [ὕπατον], ..., [πρεσβευτὴν] καὶ ἀντιστράτηγον αὐτοκ[ράτορος Καίσαρος Τραιανοῦ Ἀδρ]ιανοῦ Σεβαστοῦ ἐπαρχείας Λου[σιτανίας], [ἡγεμόνα] λεγιῶνος γ' Σεβαστῆς, ἐπιμελετὴν ὁδῶν Αὐρηλίας κα[ὶ τριομφάλης], [στρατηγόν], [δήμαρ]χον, ταμίαν Ῥωμαίων, χιλίαρχον [λεγ] ...., [ἀρχὴν ἄρξαντα] τῶν δ' ἀνδρῶν ὁδῶν ἐπιμελητήν .... [ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Σα]λαμινίων τιμῆς χάριν.

Fuit ergo tribu Quirina, IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis ...., quaestor, tribunus plebis, [praetor], curator viarum Aureliae [et triumphalis], [legatus] legionis III Augustae, [legatus] Augusti (= Hadriani) pro praetore provinciae Lusitaniae, [consul] *(suffectus anno incerto sub Hadriano). — Post* ὕπατον *sacerdotium nescio quod periisse videtur.*

210 Calpurnius Flaccus, cui servus legatus erat, de quo legato Sabinus *(sine dubio Masurius)* respondit *Pomponius Digest. 40, 5, 34, 2. Fuit ergo sub Tiberio vel paulo post.*

211 Calpurnius Flaccus, amicus Plinii, ad quem scripsit *epist. 5, 2.*

212 Calpurnius Flaccus, cui divus Hadrianus differendam accusationem adulterii rescripsit, si ventris nomine mulier missa sit in possessionem *Paulus Digest. 37, 9, 8. Praetor vel praeses provinciae alicuius fuisse videtur. — Alius* Calpurnius Flaccus, cui Severus et Antoninus rescripserunt *memoratur ab Vlpiano Digest. 4, 4, 22.*

213 Calpurnius Flaccus, *rhetor, e cuius declamationibus excerpta extant in libris manu scriptis cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 351, 4. Sine ulla idonea causa Borghesi opp. III p. 387 hunc rhetorem eundem esse atque amicum Plinii (cf. n. 211) statuit; aetas rhetoris accuratius definiri nequit.*

214 C. CALPVRNIVS FLACCVS, consul (suffectus) XVIII kal. Ianuarias *(anno incerto)* cum L. Trebio Germano *VI 10241 t. qui continet donationem T. Flavii Artemidori. Consulum par aetati Hadriani tribuit Borghesi opp. III p. 386 argumento haud ita firmo usus, quod circa eam aetatem* Trebius Germanus legatus *a Volusio Maeciano Digest. 29, 5, 14 memoratur. Titulum vix posterioris aetatis esse inde*

colligere licet, quod inde ab initio saeculi II privatorum in monumentis suffectorum consulum nomina perraro posita sunt.

— C. ARRIVS CALPVRNIVS FRONTINVS HONORATVS.

215 C. (CALPVRNIVS) FRVGI *memoratur in titulo liberti Histrico V 495:* C. Calpurnius C. Frugi l. Alexia.

216 CALPVRNIVS GALERIANVS, C. (Calpurnii) Pisonis filius *(scilicet eius qui in Neronem coniuraverat)*; cum nomen insigne et decora ipsi iuventa rumore vulgi celebrarentur essentque in civitate turbida, qui principatus inanem famam ei circumdarent, anno 70 Licinii Muciani iussu ad urbem occisus est *Tac. h. 4, 11.* Galerianus consobrinus et gener L. Pisonis *(cos. a. 57) ibd. 4, 49.*

217 CALPVRNIVS IVLIANVS, legatus legionis V Macedonicae, legatus Aug. pr. pr. provinciae Moesiae ......s *III 1566 t. Mehadiensis; utrum fuerit* [superiori]s *an* [inferiori]s *ex apicibus litterarum qui extant in lapide, discerni nequit cf. Hirschfeld Sitzungsberichte der Wiener Akademie 1874 p. 365 not. 2;* [superiori]s *confirmare studet von Domaszewski Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XIII (1890) p. 144.*

218 Sex. Calpurnius Iulianus (Sex. Calpurnius *Fronto p. 170 v. 3,* Calpurnius Iulianus *ibd. v. 10*), eques Romanus, contubernalis Cornelii Frontonis, cuius rogatu imperator Pius duas illi procurationes dedit *Fronto ad Antoninum Pium epist. 9 p. 170 ed. Naber.*

219 Calpurnius Longinus, advocatus fisci a. 166 *(Vlpius) Marcellus Digest. 28, 4, 3.*

— TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VIBIVS PROCVLVS L. MARCIVS CELER M. CALPVRNIVS LONGVS.

— C. Vaternius Calpurnius Lucretianus.

220 P. CALPVRNIVS MACER CAVLIVS RVFVS *memoratur in titulo Troesmensi III 777 (1) et, ut recte suppleverit Bormann:* sunt [in Moesia inf]eriore sub P. Ca[lpurnio Macr]o, *in diplomate admodum mutilo III S. dipl. mil. XXXVIII (2), quod a Traiano ante annum 114 datum esse exposuit Bormann. Dubium est, utrum ad eum an ad filium qui sequitur, pertineant frustula t. Tomitani, de quo vide in filio.*

Plena nomina exhibet t. 1, P. Ca[lpurnius Macer] *t. 2,* Calpurnius Macer *apud Plinium.* — Legatus Aug. pro pr. Moesiae inferioris *t. 1. 2,* a. 112 *t. 1,* eodem tempore legatus, quo Plinius Bithyniam rexit *Plin. ad Traianum 42, 61, 5. 62. 77, 1.* Plinius ad eum scripsit *epist. 5, 18, ubi uxor et filius Macri nominibus omissis memorantur, probabiliter et epist. 6, 24 quae in libris* 'Macro' *inscribitur.*

221 CALPVRNIVS MACER RVFIANVS(?) *fortasse memoratur in fragmento t. Tomitani Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XVII (1894) p. 89:* ... liae ..... mae Calpurn. Macri RVFIANIA ...... TO .... *Dubium videtur, utrum legendum sit* 'Rufiani' *et intellegendus*

filius quidam P. Calpurnii Macri Caulii Rufi legati Moesiae inferioris (cf. supra n. 220), an ad hunc ipsum t. referendus et legendum sit 'Rufi'. — Filius Calpurnii Macri *(legati) nomine omisso memoratur Plin. epist. 5, 18, 1.*

222 Calpurnius Marcellus, ὁ κράτιστος, maritus Valentillae *in titulo uxoris Papers of the American school of classic. stud, at Athens II p. 186 n. 189.*

222a Calpurnius Maximus, imp. Commodo et Quintillo cos. *(a. 177)* sub c(ura) Calpurni Maximi *in fistula plumbea urbana Notizie degli scavi 1895 p. 346; procurator aquarum anno 177.*

223 Q. Calpurnius Modestus, C. f., tribu Quir., procurator Alpium, procurator Ostiae ad annonam, procurator Lucaniae *XIV 161 t. Ostiensis.*

224 (CALPVRNIVS) PISO. 'Quibus etiam diebus (Augustus) multa per se, multaque per duces et legatos bella gessit; nam inter ceteros et Piso adversus Vindelicos missus est, quibus subactis victor ad Caesarem Lugdunum venit' *Orosius 6, 21, 22, qui ante haec verba rettulit Augustum Cantabrico bello confecto Romam rediisse. Nec tamen inde colligere licet eodem fere tempore Pisonem contra Vindelicos pugnasse. Nam Orosius cum de bellis Augusti ex epitoma Livii, Floro, Eutropio, Suetonio excerpta consarcinaret, temporum ordinem minime curavit. Immo expeditio Pisonis ad bellum quod a. 739 = 15 a. C. Tiberius et Drusus contra Noricos et Vindelicos gesserunt, pertinere videtur, quo tempore Augustus in Gallia egit Dio 54, 20. 21 cf. Eckhel VI p. 103.*

225 CALPVRNIVS PISO recitavit καταστερισμῶν libros elegis scriptos *Plin. epist. 5, 17;* mater et frater *memorantur ibd. Dubito num de C. Pisone cos. a. 111 cogitari possit, quod Piso hic, quem Plinius circa a. 105/106 recitantem audivit, ab eo dicitur* adulescens *§ 4 l. l.*

226 CALPVRNIVS PISO, Scipionis Orfiti filius *honoratus t. Attico CIA III 620. De homine vide infra sub Ser. Calpurnio Scipione Orfito.*

227 C. CALPVRNIVS PISO *memoratur in actis Arvalium a. 38—63, ad eum referri potest t. Dalmaticus III S. 12794:* — — termini restituti a [P]isone leg. pro pretore *(sic)* [Ti.] Claudi Caesaris [Aug.] Germanici per — —. — *Praenomen extat in actis Arvalium et Tac. a. 14, 65; 15, 84, h. 4, 11, Sueton. Cal. 25, Dio 59, 8.*

Calpurnio genere ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes; namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus amicos et ignotis quoque, comi sermone et congressu; aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies, sed procul gravitas morum aut voluptatum parsimonia, lenitati ac magnificentiae et aliquando luxu indulgebat *Tac. a. 15, 48.* 'Piso bonus' praedicatur inter homines aetatis Claudiorum liberales in amicos *Iuvenal. 5, 114 cf. Martial. 4, 40, 1; 12, 36, 8.* Piso Calpurnius antiqua familia, scaenico habitu tragoedius actitavit *(cf. Tac. a. 15, 65* Piso tragico ornatu canebat), in latrunculorum lusu tam perfectus et

callidus, ut ad eum ludentem concurreretur — — magnificentissime vixit meritos sublevare inopes ex utroque ordine solitus, de plebe vero certos quotquot annis ad equestrem censum dignitatemque provehero *schol. Vallae ad Iuv. l. l. In universum praedicatur carmine quod inscribitur panegyricus incerti in Pisonem.*

C. Caesar Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium et ipse venisset, ad se deduci imperavit intraque paucos dies repudiatam biennio post relegavit, quod repetisse usum prioris mariti tempore medio videbatur *Sueton. Calig. 25.* Cornelia Orestina sponsa ei a Gaio abducta est, πρὶν δὲ δύο μῆνας *(sic et Zonaras 11, 1)* ἐξελθεῖν ἀμφοτέρους σφᾶς ὡς καὶ συγγιγνομένους ἀλλήλοις ἐξώρισε *Dio 59, 8 sub anno 37.* A C. Caesare repente relegatus est, quod consuetudinem pristinae uxoris abductae sibi ab ipso, deinde remissae repetiisse existimabatur *schol. Iuvenal. l. l.* Sed C. Calpurnius inter fratres Arvales cooptatus est mense Maio a. 38, adfuit in collegio a. 38 et 40 *VI 2028. 2030 cf. Ephem. epigr. 8 p. 324. Vnde apparet Dionem de tempore relegationis errasse. Cum probabile sit (collatis verbis Suetonii et scholiastae) coniuges eodem fere tempore propter usum repetitum relegatos esse, statuendum est a. 38 nuptias fuisse, a. 40 (cf. Suetonii verba) Pisonem et Orestillam in exilium actos.*

Sub Claudio restitutus et post consulatum materna hereditate donatus est *schol. Iuvenal. Consul suffectus anno incerto sub Claudio;* sub eodem Dalmatiam legatus rexit, *ut recte cippus Dalmaticus ad eum referatur.* Romae fuit certe inde ab a. 57, collegio fratrum Arvalium adfuit a. 57. 58. 59. 60. 63 *VI 2039–2043. 2048.* Anno 62 Romanus *(libertus quidam ut videtur)* secretis criminationibus incusaverat Senecam ut C. Pisonis amicum, sed validius a Seneca eodem crimine perculsus est; unde Pisoni timor et orta insidiarum in Neronem magna moles et improspera *Tac. a. 14, 65.* Anno 65 coepta simul et aucta coniuratio qua Nero tolleretur, Piso ad imperium eveheretur, in quam certatim nomina dederant senatores eques miles feminae etiam cum odio Neronis tum favore in Pisonem *Tac. a. 15, 48–58, Dio 62, 24.* Coniuratione prodita Piso domi venas exsolvit; testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amori Atriae Gallae uxoris dedit, quam degenerem et sola corporis forma commendatam Domitii Silonis amici matrimonio abstulerat *Tac. a. 15, 59.* — Calpurnius Galerianus filius *Tac. h. 4, 11.*

Coniuratio Pisoniana *paucis attingitur Sueton. Nero 36, vit. Lucani Suetonii reliquiae ed. Reifferscheid p. 78. Hic mihi intellegendus videtur vit. Pescenni Nigri 9, 2* 'inde quod latet Vindex, quod Piso nescitur' *nam haec referri non posse ad Pisonem, qui ab uno Trebellio Pollione dicitur rebellis contra Gallienum extitisse, docent verba vit. Clodii Albini 12, 10* 'non eam gratiam mihi redditis quam maiores vestri contra Pisonianam factionem, quam item pro Traiano, quam nuper contra Avidium Cassium praestiterunt'.

228 C. CALPVRNIVS PISO, consul a. 111 cum M. Vettio Bolano. *In consulatu:* C. Calpurnius Piso *VI 222,* [C.] Calpurnius Piso *XII 1840,* C. Cal[purnius Pis]o *XIV 3437 (?), ceterum* Piso *fasti.*

229 C. CALPVRNIVS PISO *nescio quis memoratur in t. procuratoris VI 9831, liberti 14203.*

230 CN. CALPVRNIVS PISO, consul a. 747 = 7 a. C. cum Tiberio II. *Memoratur in nummis Augusti Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 306 n. 36 (1), 37 (2), 38. 39. 40 (3).*

Nominatur in consulatu: Cn. Calpurnius Piso *X 924, Dio ind. l. 55; 55, 8,* Calpurnius Piso *Dionys. Halicarn. 1, 3;* Cn. Piso *I 747, V 8112, 83, VI 7461, IX 5308, Monumentum Ancyranum lat. 3, 26 = graec. 9, 4, Cassiodor.; ceterum* Piso *fasti.* — Cn. Piso *in nummis, apud scriptores* Cn. Piso *vel* Piso.

Cn. filius *numm. 3, Dio ind. l. 55,* Fru(gi) filius *numm. 2;* filius Pisonis, qui civili bello resurgentes in Africa acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit, mox Brutum et Cassium secutus concesso reditu petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere *Tac. a. 2, 43. Filius igitur Cn. Calpurnii Pisonis consulis a. 731 = 23 a. C. cf. infra n. 248.*

IIIvir aere argento auro flando feriundo *nummi,* collegis L. Surdinio C. Plotio Rufo *numm. 1. Eum monetalem fuisse non circa a. 739 = 15 a. C., sed circa a. 729 = 25 a. C. inde sequitur, quod moribundus a. 20 apud Tacitum a. 6, 16 monet Tiberium* 'per quinque et quadraginta annorum obsequium'. Consul a. 747 = 7 a. C. *fasti.* Hispaniam ambitiose avareque rexit *Tac. a. 3, 13 probabiliter legatus Hispaniae citerioris sub Augusto cf. Tac. a. 3, 12* 'patris sui legatum fuisse'. Proconsul Africae *Strabo 2, 5, 33 p. 130 incertum quo anno; ad hunc proconsulatum spectat quod Seneca dial. 3, 18 refert* Pisonem tres milites innocentes ad supplicium duci iussisse *cf.* 'proconsulem' *ibd. 19, 3.* Annis 15 et 16 Romae fuit: sententiae ab eo in senatu dictae a. 15 *Tac. a. 1, 74,* a. 16 *ibd. 2, 35, Dio 57, 15.*

Anno 17 Tiberius in locum (Caecilii Metelli) Cretici Silani Syria demoti Cn. Pisonem ei provinciae praefecit *Tac. a. 2, 43, Sueton. Tiber. 52, Calig. 2.* Aestate fere ineunte anni 18 *(cf. Tac. a. 2, 55 collato c. 53 et 62 init.)* celeri navigatione Germanicum praevenit et ante eum provinciam attigit *Tac. a. 2, 55.* Simultates ortae inter Germanicum et Pisonem *ibd. 2, 57. 58.* Inimicitiae auctae sunt, postquam Germanicus a. 19 ex Aegypto in Syriam remeans cuncta quae apud legiones aut urbem iusserat, abolita vel in contrarium versa cognovit *ibd. 2, 68.* Cum Germanicus Antiochiae aegrotans sibi persuasisset se a Pisone veneficia accepisse, amicitiam ei per epistulas renuntiavit *Tac. a. 2, 70, Sueton. Calig. 4.* Addunt plerique iussum provincia decedere *(cui sententiae aperte repugnat Suetonius l. l.);* Piso ancoras solvit moderabaturque cursui, quo propius regrederetur,

si mors Germanici Syriam aperuisset *Tac. l. l.* Cum apud Coum insulam Germanicum decessisse (die 10 m. Octobris) cognovisset, provinciam per vim repetere frustra temptavit; in castello Ciliciae, cui nomen Celenderis, a Cn. Sentio legato Germanici obsessus captusque in urbem redire cogitur *Tac. a. 2, 75–81.* Per Illyricum, ubi Drusum frustra adiit, Romam a. 20 venit *ibd. 3, 8* reversusque statim apud senatum a Vitellio Veranio aliisque Germanici amicis accusatus est et Germanicum peremisse et provinciae bellum intulisse; reus cum nullam spem salutis videret, gladio se transfixit *ibd. 3, 10–16.* Damnationem mortui Tiberius mitigavit statuitque, ne nomen Pisonis fastis eximeretur *ibd. 3, 17–18. (Quamquam nomina eius consulis in t. urbano VI 385 cf. Ephem. ep. 4 n. 740 erasa sunt.)*

Vxor (Munatia) Plancina; filii Cn. Piso, qui post damnationem patris L. Piso, et M. Piso *Tac. a. 3, 16. 17. 18.* Ingenio violentus et obsequii ignarus insita ferocia a patre, sed praeter paternos spiritus etiam Plancinae uxoris nobilitate et opibus accendebatur *ibd. 2, 43.* Vir a multis vitiis integer, sed pravus et cui placebat pro constantia rigor *Seneca dial. 3, 18, 3, ubi foedissimum crudelitatis eius exemplum narratur.* — Amicus Augusti et Tiberii *Tac. a. 3, 12. 16.*

Damnatio eius breviter memoratur Sueton. Calig. 2, Dio 57, 18 (Zonaras 11, 2); Germanicum veneno peremisse insimulatur *et Plin. n. h. 11, 187 et Ioseph. ant. 18, 2, 5. Nominatur Vell. 2, 130, Tac. a. 1, 13; 2, 82; 3, 24; 6, 26, Dio 57, 20.*

231 CN. CALPVRNIVS PISO, filius maior Cn. Calpurnii Pisonis consulis a. 747 = 7 a. C. et Plancinae, post damnationem patris L. Calpurnius Piso dictus est *Tac. a. 3, 17 cf. infra n. 237.*

232 CN. CALPVRNIVS PISO *publice honoratus t. Attico CIA III 602, vide sub C. Calpurnio Pisone Frugi.*

233 L. CALPVRNIVS PISO augur, consul a. 753 = 1 a. C. cum Cosso Cornelio Lentulo. *In consulatu:* L. Calpurnius Piso *Dio ind. l. 55, CIG 2943,* L. Piso *fasti minores XII. XIII CIL I² p. 69. 70, VI 8738. 10395, Cassiodor.,* L. Piso augur *V 3257,* Λεντούλου καὶ Αὔγουρος *Epiphan. haeres. I p. 445 b, ceterum* Piso *fasti.* — *Apud Tacitum* Calpurnius Piso *a. 4, 21, ceterum* L. Piso, *sed a. 2, 32 nomina in codice Mediceo non perscripta sunt, probabiliter tamen compendia* L. P. *ad hunc referuntur.*

Cn. filius *Dio index l. 55, filius ergo Cn. Pisonis consulis a. 731 = 23 a. C., frater Cn. Pisonis consulis a. 747 = 7 a. C.* — Consul a. 753 = 1 a. C. *fasti. Augurem fuisse et sacerdotium ad distinguendum eum ab hominibus aliis cognominibus eiusdem aetatis nominis instar nonnunquam additum esse consulatus indicationes docent.*

Anno 16 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 2, 32.* Eodem anno curiam urbemque relinquere statuerat, sed a Tiberio retentus est; haud minus liberi doloris documentum idem mox dedit vocata in ius

Vrgulania, quam supra leges amicitia Iuliae Augustae extulerat *ibd. 2, 34.* Anno 20 Cn. Pisoni (fratri) reo patronus adfuit *2, 11* (*cf. ibd. 2, 12* 'si quos propinquos sanguis aut fides sua patronos dedit'). A Tiberio anno 22 in senatu primus sententiam rogatus *ibd. 3, 68.* Anno 24 a Granio maiestatis postulatus reus receptus est neque peractus ob mortem opportunam; nobilis ac ferox vir *ibd. 4, 21.*

234 L. CALPVRNIVS PISO *honoratus t. Pergameno:* ὁ δῆμος [Λε]ύκιον Καλπούρνιον Πίσωνα [τ]ὸν διὰ προγόνων εὐεργέτην τῆς πόλεως *Fränkel, Inschriften von Pergamon n. 425. Fortasse ad eundem referendus est t. Stratoniceae repertus:* Λεύκιον Καλπούρνιον Πίσωνα τὸν πάτρωνα καὶ εὐεργέτην διὰ προγόνων τῆς πόλεως ἡμῶν *Bulletin de correspondance Hellénique V (1881) p. 183, quamquam hunc titulum qui edidit ad finem liberae rei publicae pertinere opinatus est. Cogitari potest de proconsule quodam Asiae aetatis imperatoriae ineuntis.*

235 L. (CALPVRNIVS) PISO, pater Calpurniae (uxoris) Asprenatis, *memoratur in t. filiae VI 1371. Maritus potest esse L. Nonius Asprenas consul a. 6 p. C., de L. Pisone nihil constat cf. quae adnotavi sub L. Pisone Frugi cos. a. 739.*

236 L. (CALPVRNIVS) PISO, legatus Hispaniae citerioris a. 25 p. C. a quodam agresti nationis Termestinae in itinere occisus est incertum qua ex causa; sed Termestinorum dolo caesus habetur, quia pecunias e publico interceptas acrius, quam ut tolerarent barbari, cogebat *Tac. a. 4, 45. Consul igitur suffectus anno incerto saeculi primi ineuntis. — Filius creditur L. Pisonis consulis a. 739 = 15 a. C., unus ex Pisonibus, quos alloquitur Horatius in Arte poetica; at ea coniectura plane incerta est, cum plures Lucios Pisones aetate Augusti fuisse constet.*

237 L. CALPVRNIVS PISO, *qui ante damnationem patris* CN. CALPVRNIVS PISO, consul a. 27 cum M. Licinio Crasso Frugi. — *In consulatu:* L. Calpurnius Piso *II 2633, V 4919, VI 251,* L. Calpur[nius Piso] *fasti Arvalium I² p. 71;* L. Calpurnius *tabula cerata Pompeiana 2, Tac. a. 4, 62;* L. Piso *V 4920, Cassiodor., ceterum* Piso *fasti. — Apud scriptores* L. Piso *sive antea* Cn. Piso.

L. Piso Plancinae et Cn. Pisonis filius *Dio 59, 20 scilicet Cn. Calpurnii Pisonis consulis a. 747 = 7 a. C. filius is qui ante damnationem* Cn. Piso *dictus est.* Cum pater a. 18/19 legatione Syriae fungeretur, omne id tempus Gnaeus in urbe egit *Tac. a. 3, 16.* Post necem patris a. 20 senatus censuit, ut pars bonorum paternorum Cn. Pisoni filio concederetur isque praenomen mutaret *ibd. 3, 17. Vnde postea* Lucius *dictus est. Idem videtur* Piso praefectus urbi sub finem imperii Tiberii, cui C. Caesar excessum Tiberii nuntiavit *Ioseph. ant. 18, 6, 5. 10 (cui sub Gaio successit Sanquinius Maximus Dio 59, 13).* Anno 38 proconsul Africae; cum Gaius vereretur, ne res novas moliretur, imperium exercitus Africani ei abstulit et copias

misso in eam rem legato tradidit *Dio 59, 20 (contra Tacitus hist. 4, 48 id factum esse a Gaio scripsit, cum M. Silanus Africam regeret).* — L. Piso, pater Pisonis illius qui a Valerio Festo in Africa occisus est, dicere solebat neminem se videre in senatu, quem consul ipse sententiam rogavisset *Plin. epist. 3, 7, 12, pater ergo L. Calpurnii Pisonis consulis a. 57.*

238 L. CALPVRNIVS PISO, consul a. 57 cum Nerone II. *Memoratur in actis Arvalium a. 57. 58. 59. 60. 63 VI 2039. 2041. 2042. 2043.* — *In consulatu:* L. Calpurnius Piso *VI 845. 853, X 5204, tabula cerata Pompeiana 28,* L. Calpurnius *tab. 23–27. 30,* L. Piso *Tac. a. 13, 31, ceterum* Piso *fasti.* — L. Calpurnius Piso *sive* L. Piso *acta Arvalium, apud scriptores* L. Piso *sive* Piso.

L. f. *semper additur in actis Arvalium ad distinguendum eum ab homine cognomine; filius videtur L. Pisonis eius qui fuit consul a. 27.* — Consul designatus a. 56 *Tac. a. 13, 28,* consul a. 57 *fasti.* Curator aquarum inde ab anno 60 usque ad annum 63 *Frontin. de aquis 102.* A. 62 cum duobus aliis consularibus a Nerone vectigalibus publicis praepositus est *Tac. a. 15, 18.* A. 69 proconsul Africam rexit, circa kalendas Ianuarias a. 70 Africam descivisse res novas moliente Pisone Romam nuntiatum est falsis rumoribus, cum Piso nequaquam turbidus ingenio esset *Tac. h. 4, 38.* Sub initium a. 70 Carthagine scelere Valerii Festi legati Numidiae interfectus est *ibd. 4, 48–50, Plin. epist. 3, 7, 12.*

Romae frater Arvalis adfuit in collegio *a. 57. 58. 59. 60. 63 acta Arvalium.* — (Calpurnius) Galerianus consobrinus eius generque *Tac. h. 4, 49.*

Consulem a. 57 patrem fuisse proconsulis a. 69/70 statuerunt de Vit in Onomastico II p. 86, qui apud Plinium epist. 3, 7, 12 L. Pisonem patrem ex contextu intellegendum esse unum ex consularibus Neronianis opinatur, et Nipperdey ad Tac. a. 13, 28 ratione non indicata. At quoniam aetate Neronis inter consulatum et proconsulatum consularem decem pluresve anni intercedebant, nullo modo consul a. 57 potuit pater esse proconsulis a. 69, sed veri simillimum est hunc esse eundem hominem atque illum. Plinius autem postquam exposuit nullum iam superesse ex consularibus Neronianis eo tempore quo scribebat epistulam 3, 17 (id est circa a. 101), pergit 'quamquam quid hoc miror? nuper L. Piso, pater illius, qui a Valerio Festo in Africa occisus est, dicere solebat neminem se videre in senatu, quem consul ipse sententiam rogavisset'. *Scilicet non mirum esse post triginta fere annos ex consularibus Neronianis nullum superesse, cum vel id accidisset, ut omnes fere senatores qui fuerant circa a. 27 in senatu, per vitae unius hominis spatium morerentur. Neque propter vocabulum* 'nuper' *dictum illud Pisonis ad tempus quo Plinius scripsit, referri debet nec potest, quoniam eo vocabulo res vel ante saeculum actas significari nemo nescit.*

239 L. CALPVRNIVS PISO, praetor aerarii *(intra a. 731 = 23 a. C. et 44 p. C.)* cum M. Sallvio collega posuit cippum terminalem *VI 1265.*
240 L. CALPVRNIVS PISO, L. f., *publice honoratus t. Attico in eadem basi cum* M. Licinio Frugi M. f. *CIA III 607. Titulum pertinere ad saeculum primum et ad eam quidem aetatem, ubi clarae Pisonum et Liciniorum familiae adfinitate coniunctae fuerunt, exposuit Mommsen Ephem. ep. 1 p. 143 sqq. De hominibus t. Attici non satis constat. Mommsen proposuit intellegendos esse aut L. Pisonem consulem a. 739 et M. Crassum Frugi consulem a. 27 p. C. aut L. Pisonem consulem a. 57 et M. Crassum consulem a. 64. Quas coniecturas ut in re hodie parum cognita atque incerta neque refellere neque probare in animo est.*
241 L. CALPVRNIVS PISO L. f. et L. Cassius C. f. Longinus IIviri (Polae) posuerunt *t. Polensem V 54. Ad saeculum I titulus pertinere videtur.*
242 L. CALPVRNIVS PISO, consul a. 175 cum P. Salvio Iuliano. — *In consulatu:* L. Calpurnius Piso *X 7457, Bullettino comunale 1885 p. 95 n. 1005, ceterum* Piso *fasti. — Frater videtur Ser. Calpurnii Scipionis Orfiti, in quo vide.*
243 L. CALPVRNIVS PISO *nescio quis memoratur in t. libertorum VI 5458. 6001 (cf. 6000), servi 9246.*
244 L. CALPVRNIVS P[ISO], L. f. *in t. mutilo Tiburtino XIV 3591/2 incertae aetatis, cum ne de cognomine quidem constet.*
245 M. (CALPVRNIVS) PISO, Cn. Calpurnii Pisonis et (Munatiae) Plancinae filius, legatus, ut videtur, patris in Syria *Tac. a. 2, 57. 76. 78;* a patre Romam praemissus datis mandatis, per quae principem molliret, et comiter a Tiberio exceptus est *ibd. 3, 8;* pater moribundus in codicillis salutem eius a Tiberio rogavit a. 20 *ib. 3, 16;* sententiam in senatu contra eum dictam Tiberius mitigavit, M. Pisonem ignominiae exemit concessitque ei paterna bona *ibd. 3, 17. 18.*
246 C. CALPVRNIVS PISO CRASSVS FRVGI LICINIANVS. *Titulus eius urbanus (sepulcralis ut videtur) Bullettino dell' Instituto 1885 p. 22. Fuit ex posteris M. Licinii Crassi Frugi consulis a. 27 p. C., artissima necessitudine coniunctus cum C. Calpurnio Crasso Frugi Liciniano cf. n. 206.*
247 C. CALPVRNIVS PISO FRVGI, L. filius *publice honoratus t. Attico CIA III 601. 602 in eadem basi, ubi honoratur* Cn. Calpurnius Piso. *Illum filium fuisse minorem L. Pisonis pontificis (cos. a. 739), hunc filium maiorem Cn. Pisonis cos. a. 747 demonstrare studuit Dittenberger ad t. At cum notitia quam quidem hodie habemus Pisonum saeculi primi admodum manca et mutila sit, coniecturis eiusmodi parum potest tribui.*
248 CN. CALPVRNIVS PISO FRVGI, consul suffectus a. 731 = 23 a. C. — *In consulatu:* [Cn. Calpurn]ius Cn. f. Cn. n. Piso *fasti Capitolini,* Cn. Calpurnius Piso *Dio index l. 53;* Calpurnius Piso *Dio 53, 30;* Cn. Piso *fasti minor. II CIL I² p. 58, Cassiodor., ceterum* Piso *fasti.* — Cn. Piso *apud scriptores;* Frugi *in nummis filii Bubelon, Monnaies de la république Romaine I p. 306 n. 37.*

Cn. f. Cn. n. *fasti Capitolini*, Cn. f. *Dio index l. 53. Ad hunc referri potest nummus cusus ut videtur in Hispania a. 705 = 49 a. C. in adversa inscriptus* Cn. Piso pro q(uaestore), *in aversa* Magn(us) pro co(n)s(ule) *Babelon I p. 303.* Anno 708 = 46 civili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio adversus Caesarem iuvit *Tac. a. 2, 43, Bell. African. 3. 18.* Mox Brutum et Cassium secutus concesso reditu petitione honorum abstinuit, donec ultro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere *Tac. l. l.* Consul a. 731 = 23 a. C. *fasti.* Pater Cn. Calpurnii Pisonis consulis a. 747 = 7 a. C. *Tac. l. l. et L. Calpurnii Pisonis cos. a. 753 = 1 a. C.*

249 L. CALPVRNIVS PISO FRVGI (?), consul a. 739 = 15 a. C. cum M. Livio Druso. — *Titulus eius Veleius XI 1182 (1), memoratur in actis Arvalium a. 14 VI 2023 (2), a. 20 Ephem. ep. 8 p. 318 (3), a. 27 VI 2024 (4); idem intellegendus videtur in t. VI 20743 (5)* Iullae L. Pisonis pontif.

In consulatu: Λ. Καλπούρνιος Λ. υἱ. Πίσων Φούρπος *(sic) Dio index l. 54,* Καλπούρνιος Πίσων *Dio 54, 21,* L. .... *fasti min. VII CIL I² p. 64,* L. Piso *Cassiodor., ceterum* Piso *fasti.* — L. Calpurnius [Piso p]ontifex *t. 2 v. 7,* L. Piso pontifex *ibd. v. 23;* L. Calpurnius Piso [pontifex] *t. 3, ubi supplementum plane certum est,* .... pontifex *t. 4 v. 2. 32, unde apparet in actis Arvalium nominibus huius constanter additum esse pontificis vocabulum.* L. Piso pontifex *t. 5, Tac. a. 6, 10. Etiam in t. 1 contra ordinem solitum scriptum est* L. Calpurnius Piso pontif. cos., *quasi* 'pontif.' *cum nominibus arte cohaereret.* Φούρπος *in indice Dionis sine dubio corruptum est ex* Φροῦγι, *sed dubitari potest, num cognomen recte huic tributum sit. Patri enim L. Calpurnio Pisoni Caesonino cognomen* Frugi *non fuisse contra Asconium (in Pisonian. p. 2) viri docti iure statuerunt cf. Drumann II p. 63. Et mirum est nostro, ut ab aliis Luciis Pisonibus distingueretur, vocabulum pontificis additum esse, non cognomen aetate Augusti sane rarum Frugi, quo tunc praeterea unus quantum novimus Cn. Piso cos. a. 731 usus est.*

Luci filius *Dio index l. 53,* pater ei censorius fuit *Tac. a. 6, 10 scilicet L. Piso consul a. 696 = 58, censor a. 704 = 50 a. C.* — Consul a. 739 = 15 a. C. *Idem videtur* L. Piso proconsul (*scil.* Transpadanae), apud quem Albucius Silus reum caedis Mediolani defendit *Sueton. de rhetor. 30.* Legatus Augusti Pamphyliae a. 741 = 13 a. C. *Dio 54, 34; ad iter in provinciam susceptum spectare videtur epigr. Antipatri Anthol. gr. 10, 25.* Inde in Thraciam translatus per triennium (a. 13—11) legatus Augusti cum Thraciae gentibus bellum gessit et ornamenta triumphalia meruit *Livius periocha l. 140, Velleius 2, 98, Tac., Dio l. l., Florus 2, 27, Seneca epist. 83, 14.* Praefectus urbi sub Tiberio *Velleius, Seneca, Tacitus l. l., Sueton. Tiber. 42, Plin. n. h. 14. 145 cf. epigr. Antipatri l. l. 6, 335.* Anno 32 octogenarius mortuus *Dio 58, 19, Tac. a. 6, 11,* postquam praefectura XX per annos functus est, publico funere elatus *Tac. Vbi si*

numerus rectus est, Piso a. 13 ab Augusto urbi praefectus est; contra Suetonius et Plinius l. l. diserte et plane a Tiberio (circa a. 17) Pisoni custodiam urbis mandatam esse referunt. Vnde veri mihi similius videtur numerum Taciti esse falsum sive errore ipsius sive culpa librariorum cf. quae exposui Rheinisches Museum XLII (1884) p. 164 sqq., aliter Mommsen, Staatsrecht II³ p. 1059. — Pontifex, frater Arvalis *v. supra.*

Potator strenuus *Seneca, Plinius, Suetonius l. l.*, officium tamen suum quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit *Seneca.* Mores eius esse vigore ac lenitate mixtissimos et vix quemquam reperiri posse, qui aut otium validius diligat aut facilius sufficiat negotio *Velleius l. l.* Nullius servilis sententiae auctor et quotiens necessitas ingrueret, sapienter moderans — — praecipua ex eo gloria, quod praefectus urbi recens continuam potestatem mire temperavit *Tac. a. 6, 10.* — Patronus Antipatri Thessalonicensis poetae *Anthol. gr. 6, 24. 244. 335; 9, 541. 552; 10, 25.*

Ad Pisones scripsit Horatius librum de arte poetica (Pisones *alloquitur v. 6. 235,* 'pater et iuvenes patre digni' *v. 24,* 'maior iuvenum' *366*). *Ex carmine ipso nihil certi neque de tempore, quo scriptum sit, neque de personis Pisonum eruere licet nisi filium maiorem (cf. v. 366 sqq.) in carminibus pangendis versatum esse.* 'Hunc librum ad L. Pisonem qui postea urbis custos fuit eiusque liberos misit; nam et ipse Piso poeta fuit et studiorum liberalium antistes' *Porphyrio p. 344 ed. Meyer. Id quod num verum sit, post alios A. Michaelis (Commentationes Mommsen. p. 420 sqq.) non sine causa dubitavit. Sed qui fuerint re vera illi Pisones Horatii, nulla iam potest ratione definiri et monendum est omnino plures Augusti aetate fuisse Calpurnios Pisones quam adhuc viri docti admiserunt, ut apparet ex iis quae hic de illis composuimus.*

T. sepulcralis VI 1445 Liciniae Crassi Frugi pontif(icis) f(iliae) Magnae L. Pisonis pontificis uxoris *ad quem pertineat, certe statui nequit. Maritum multi nostrum, cos. a. 739, intellexerunt, quod in hoc uno quantum adhuc scimus* pontifex *distinctionis causa ita additur, ut et in t. sepulcrali addi manifestum est. Contra dici potest in familia Liciniorum Crassorum cognomen* Frugi *non ante M. Crassum Frugi cos. a. 27 nobis notum esse, ita ut Licinium vel filiam vel ex posteris huius fuisse statuendum sit. Id quod cum veri similius videatur, maritus ille posterior quam noster fuit, quamquam aetatem accuratius definire non licet.*

250 L. CALPVRNIVS PISO FRVGI LICINIANVS. *Tituli: ipse posuit cum Scriboniano fratre cippum terminalem VI 1268 (1); sepulcralis urbanus eius et Veraniae uxoris Bullettino comunale 1885 p. 102 n. 1026 (2); adoptio eius memoratur in actis Arvalium a. 69 VI 2051 (3).*

[L.] Calpurnius [P]iso Frugi Licinianus *t. 2* (Veraniae Geminae Pisonis Frugi *ibd.*); Piso Frugi *t. 1;* IIII idus I[an.] adoptio facta L. Li[ciniani] — — im[molatum] — — [ob ad]optione[m Ser. Sulpici Gal]bae C[aesaris] *t. 3.* — L. Piso *Dio 64, 5,* Piso Frugi Licinianus *Sueton. Galba 17,* Piso Licinianus *Tac. h. 1, 14, ceterum* Piso.

Filius M. (Licinii) Crassi (Frugi) (cos. a. 27) et Scriboniae *Tac. h. 1, 14, Plutarch. Galba 23;* nobilis utrimque *Tac. l. l.,* Cn. Pompei *(scil. Magni per matrem proneptem eius)* et M. Crassi *(scil. divitis per patrem)* suboles *ibd. 1, 15.* Natus anno 38 *ibd. 1, 48.* Diu exul *ibd. 1, 48 (unde magistratus nullos gessit);* quindecimvir sacris faciundis *t. 2.* Galbae olim probatissimus testamentoque semper in bona et nomen adscitus *Sueton. l. l.* Die 10 mensis Ianuarii a. 69 ab imperatore Galba adoptatus est *t. 3, Tac. h. 1, 14–19, Sueton l. l., Plutarch. Galba 23, Dio 64, 5 (Zonaras 11, 14); adoptionem paucis attingunt Plin. epist. 2, 20, 2, Victor Caes. 6, Philostratus vit. Apollonii Tyan. 5, 32.* Quadriduo post cum Galba occisus *Tac. h. 1, 19–44, Sueton. Otho 6, Plutarch. Galba 28, Dio 64, 6.* — Anno 70 in senatu referente Domitiano de restituendis Galbae honoribus, censuit Curtius Montanus, ut Pisonis quoque memoria celebraretur; patres utrumque censuere, de Pisone irritum fuit *Tac. h. 4, 40.*

Fratres (Cn. Pompeius) Magnus, (M. Licinius) Crassus (Frugi cos. a. 64) antea occisi, Crassus Scribonianus Liciniano superstes *Tac. h. 1, 48 cf. 1, 15 et t. 1.* Vxor Verania Gemina corpus occisi composuit *Tac. h. 1, 48, Plutarch. Galba 28, Plin. epist. 2, 20, 2 cf. t. 2.* — Vultu habituque moris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur *Tac. h. 1, 14.*

Memoratur Tac. h. 3, 68; 4, 42, Plutarch. Galba 25, Sueton. Otho 5, Polem. Silv. chron. min. I p. 520.

251 L. CALPVRNIVS PROCLVS. *Tituli: ipse posuit, cum legioni I Minerviae praeesset, t. Bonnensem Correspondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift II (1883) p. 7 (1), publice honoratus est t. Ancyrano CIG 4011 (2).*

L. Calpurnius Proclus *t. 1,* Καλπούρνιος Πρόκλος *t. 2.* — Ἐκ συνκλητικῶν κ(αὶ) ὑπατικῶν *t. 2, origine probabiliter Ancyranus.* Tribunus militum legionis XIII Geminae in Dacia, *(quaestura in t. 2 omissa est sine dubio errore quadratarii),* tribunus plebis, praetor, curator viarum (ἐπιμελεθεὶς ὁδῶν), ἡγεμὼν λεγιῶνος α' Ἀθηνᾶς ἐν Γερμανίᾳ *t. 2* = legatus Aug(usti) legionis I Minerviae Piae Fidelis *t. 1,* proconsul Achaiae, legatus pro praetore provinciae Belgicae t. *2.*

252 P. CALPVRNIVS PROCVLVS, legatus Augustorum pro pr. (Daciae) *III 1007 t. Apulensis ab ipso positus.*

253 P. [CA]LPVR[N]IVS [PRO]C[LVS?] COR[N]ELIANVS, [συνκλητ]κός = vir clarissimus, maritus Serveniae Cornutae Corneliae Calpurniae Valeriae Secundae Cotiae (?) Procillae ... Lucillae *t. Ancyranus graece scriptus*

uxoris Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich IX (1885) p. 129.

254 Calpurnius Quadratus, procurator Augusti Iustinae uxori posuit *II 2642 t. Taraconensem.*

— C. SEIVS CALPVRNIVS QVADRATVS SITTIANVS.

255 CALPVRNIVS REGINIANVS, ὁ λαμπρότατος ὑπατικός = consularis, pater L. Calpurnii Reginiani *memoratur in titulo filii qui sequitur.*

256 L. CALPVRNIVS REGINIANVS, Calpurnii Reginiani f., senator (συγκλητικός) *honoratus t. Pisidico CIG 3979 = Lebas-Waddington 1189 = Papers of the American school of classical studies at Athens II p. 154 n. 139.*

257 Calpurnius Repentinus, centurio legionis XXII, dum milites exercitus Germaniae superioris kalendis Ianuariis a. 69 imagines Galbae dirumpunt, eas protegere studuit et ob id paulo post Vitellii iussu occisus est *Tac. h. 1, 56. 59.*

— C(ORNELIVS?) AEMILIANVS CALPVRNIVS RVFILIANVS.

258 CALPVRNIVS RVFVS, proconsul Achaiae, cui Hadrianus rescripsit *Vlpianus Digest. 1, 16, 10. Potest idem esse M. Calpurnius Rufus qui sequitur.*

259 M. CALPVRNIVS RVFVS, M. f., tribu Col., praefectus frumenti ex senatus consulto, legatus pro(vinciae) Cypro pr. pr., et Ponto et Bithyniae, et pro(vinciae) Asiae *III 6072 t. Ephesius ei positus. Cf. n. 258.*

260 Calpurnius Sabinus, epistrategus Aegypti *memoratur in titulo Aegyptiaco Ptolemaide reperto Revue archéologique Série III t. XIII (1889) p. 70* ἐπὶ Πομπηίου Πλάντα ἡγεμόνος ἐπιστρατηγοῦντος Καλπουρνίου Σαβείνου *sub initium imperii Traiani, quando Plantam Aegyptum rexisse ex Plinii epistulis ad Traianum 7. 10 constat.*

261 Calpurnius Salvianus anno 25 Drusum Tiberii filium praefectum urbi feriarum Latinarum causa auspicandi gratia tribunal ingressum adiit in Sextum Marium; quod a Tiberio palam increpitum causa exilii Salviano fuit *Tac. a. 4, 36. — Potest originem ducere, ut coniecit Borghesi opp. V p. 311, a Calpurnio Salviano, qui Cordubae a. 706 = 48 a. C. cum aliis contra Q. Cassium Longinum coniuravit Bellum Alexandrinum 53. 55.* L. Calpurni Salviani *cuiusdam libertus memoratur in t. Cordubensi II 2265.*

262 SER. CALPVRNIVS SCIPIO ORFITVS. Calpurnius Sci[pio Orfi]tus salius Palatinus defunctus est a. 191 *VI 1980 v. 12. Eiusdem memorari videntur liberti* Ser. Calpurnius Gemellus Orfiti et Pisonis libertus et procurator *VI 9830,* Ser. Calpurnius Helius Scipionis Orfiti (libertus) *VI 14239,* servus Orfiti et Pisonis *VI 11501. Vnde veri simile est Orfitum et Pisonem fratres fuisse ac probabiliter ponemus domos Calpurniorum Pisonum et Corneliorum Scipionum Orfitorum, qui saeculo II floruerunt (vide infra sub Corneliis), per adfinitatem conexas fuisse.* Consul

ordinarius a. 178 *plene dicitur* Ser. Scipio Orfitus *III S. dipl. mil. LXXVI, ceterum* Orfitus *fasti; eodem tempore fuit* L. Calpurnius Piso consul a. 175 *(supra n. 242). Itaque hi haberi possunt patroni illorum libertorum et prior salius Palatinus. Quamquam de anno consulari Calpurnii Orfiti dubitari potest, quod eum fratrum natu maiorem, ut ex tit. libertorum apparet, ita post minorem ad consulatum pervenisse statuitur. Itaque et idem haberi potest atque* Orfitus consul a. 172, *cuius reliqua nomina adhuc nescimus; nam* Cornelius Scipio Orfitus, qui salius Palatinus creatus est a. 189 *VI 1980, tunc temporis iuvenis fuit neque a. 172 neque a. 178 consulatu functus esse potuit.*

Ad eandem aetatem stirpemque omnino pertinet Calpurnius Piso Scipionis Orfiti filius *honoratus t. Attico CIA III 620; potest filius esse consulis a. 172 vel 178.*

263 M. Calpurnius Seneca Fabius Turpio Sentinatianus. *Tituli: ipse posuit t. Villalvae repertum II 1267 (1), quem non omni fraudis suspicione carere monuit Hübner; ei publice positus est t. Hispalensis II 1178 (2); memoratur III dipl. mil. 35 (3); ad eundem pertinet fragmentum t. Ilipensis II 1083 (4).*

Plena nomina exhibent t. 1. 2; M. Calpur... Seneca Fa...... Senti.... *t. 4;* M. Calpurnius Seneca *t. 1 in fine scil.* 'honore usus impensam remisit'; Calpurnius Seneca *t. 3.* — M. f., tribu Gal. *t. 1. 2.*

Primus pilus legionis I Adiutricis, procurator provinciae Lusitaniae et Vettoniae, praefectus classis praetoriae Ravennatis *t. 1. 2,* praefectus classis praetoriae Misenensis *t. 2. 3,* anno 134 *t. 3.* — Patronus coloniae Romulensis (Hispalensis) *t. 2.* Succonia Rustica uxor *t. 1.*

— (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS SER[R]ANVS.

264 L. CALPVRNIVS SQVILLIVS L. f., tribu Pub., quaestor imperatorum *(sic traditur vix recte; litterae* IMP. *male solutae videntur),* tribunus plebis, praetor, patronus (Veronensium) *V 3335 t. Veronensis semel saeculo XV descriptus.*

265 Calpurnius Statura, Persii poetae amicus, qui vivo eo iuvenis decessit *vita Persii Suetoni reliquiae ed. Reifferscheid p. 73.*

— C. BELLICIVS CALPVRNIVS [T]ORQVATVS.

— (C.? NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS TORQVATVS.

266 CALPVRNIA, L. (Calpurnii) Pisonis filia, (L. Noni) Asprenatis *(cos. a. 6 p. C.)* uxor, mater L. Noni Asprenatis *(cos. a. 29 p. C.)* et Asprenatis Calpurni Ser[r]ani et Asprenatis Calpurni Torquati *VI 1371. 1370.*

267 CALPVRNIA, illustris femina ab Agrippina a. 49 pervertitur, quia formam eius laudaverat Claudius, nulla libidine, sed fortuito sermone; unde ira Agrippinae citra ultima stetit *Tac. a. 12, 22, Zonaras 11, 10 (qui male:* Καλπουρνίαν — — ἐφυγάδευσεν ἢ ὥς λέγεται καὶ ἀπέκτεινεν). Anno 59 Agrippina occisa Calpurnia a Nerone ex exilio revocata est *Tac. a. 14, 12.*

268 CALPVRNIA, neptis Calpurnii Fabati ex filio, uxor Plinii tertia *Plin. epist. 4, 1, 1; 4, 19, 1; 5, 11; 8, 10; 8, 11.* Plinius scripsit ad eam *epist. 6, 4; 6, 7; 7, 5.* Maritum in Bithyniam comitata est *Plin. ad Traianum 120. 121. Memoratur Sidon. Apoll. epist. 2, 10, 5.*

269 Calpurnia, paelex Claudii nuptias Messalinae et C. Silii a. 48 ei indicavit *Tac. a. 11, 30.*

270 Calpurnia, uxor Titi qui contra imperatorem Maximinum rebellavit *(qui Quartinus dicitur Herodian. 7, 8),* sancta et venerabilis femina de genere Caesouinorum id est Pisonum *vit. trig. tyr. 32, 5–6, ubi vereor ne ficta sint omnia.*

271 Calpurnia, M. f. Messallae *uxor ut videtur, praedia eius memorantur in cippo terminali VI 29782. Femina nobilis videtur.*

272 Calpurnia Hispulla, filia Calpurnii Fabati, amita Calpurniae uxoris Plinii *Plin. epist. 4, 19; 5, 14, 8; ad Traianum 120. 121.* Ad eam scripsit Plinius *epist. 4, 19; 8, 11.*

273 Calpurnia Lepida, L. f., Orfiti (uxor) *VI 14235. Vxor mariti nobilis videtur ex Calpurniorum vel Corneliorum familia.*

274 CALPVRNIA PRAETEXTATA, virgo Vestalis maxima *VI 2146, incertis supplementis ad eam referuntur frustula t. urbani Bullettino comunale 1884 p. 6 n. 702.*

275 CALPVRNIA QVADRATILLA, uxor C. Arrii Antonini *(cf. A 894) VIII 2390 t. Thamugadensis publice positus.*

276 CALPVRNIA RVFRIA AEMILIA DOMITIA SEVERA, clarissima femina, filia Ser. Calpurnii Domitii Dextri (cos. a. 225) *VI 1368. 1369.*

277 CALPVRNIA SABINA, Q. Iulii Maximi clarissimi viri uxor, Q. Iulii Clari et Q. Iulii Nepotiani mater marito filiisque posuit *t. sepulcrales Eborenses II 112. Fortasse eadem* Calpurnia Sabina *in t. servi VI 14778.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA PROCILLA ... LVCVLLA.

— IVLIVS CALVASTER.

278 Calvina, mulier cum Plinio minore adfinitate coniuncta, cui nubenti in dotem centum milia contulerat; Plinius ad eam scripsit *epist. 2, 4.*

— DOMITIA CALVINA.

— IVLIA CALVINA.

— IVNIA CALVINA.

— (Sallustia) Calvina.

— Q. VENIDIVS RVF(VS) MARIVS MAXIM(VS) L. (?) CALVINIANVS.

279 Calvinus, amicus Iuvenalis; 'intercepta decem quereris sestertia fraude sacrilega' *(v. 70),* qua de re poeta consolatur *satira XIII ad eum scripta;* 'stupet haec qui iam post terga reliquit sexaginta annos Fonteio consule (= *a. 67*) natus?' *v. 16 seq.*

— CAELIVS CALVINVS.

— D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS.

— Domitius Calvinus.
— CN. DOMITIVS CALVINVS.
— Egnatius Calvinus.
— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.
— C. Manilius Calvinus.
— P. Sextius Calvinus.

280 Calvisius, cliens Iuniae Silanae ob falsam Agrippinae insimulationem anno 55 relegatus *Tac. a. 13, 19. 21. 22;* post necem Agrippinae a. 59 a Nerone revocatus est *ibd. 14, 12.*

281 P. CALVISIVS, consul (suffectus) cum Q. Futio anno incerto ante a. 80 *X 827 t. Pompeianus.*

282 P. CALVISIVS ......, ... Rusonis (*scilicet filius P. Calvisii* Rusonis) inter pueros senatorios, qui Arvalibus ministraverunt anno 87 *VI 2065 acta Arvalium.*

— Flavius Calvisius *cf.* C. Calvisius Statianus.
— Q. CLODIVS CALVISIVS HONORATVS.

283 Calvisius Patrophilus, ὁ κράτιστος [δικαιο]δότης iuridicus Alexandreae a. 147/148 *papyrus Aegyptiaca graece scripta Revue archéologique ser. III tom. XXIV (1894) p. 70. Prima littera nominis gentilicii et altera cognominis non certe leguntur, sed procul dubio restituuntur.*

284 CALVISIVS RV..., sub Calvisio Ru... *in t. mutilo Britannico VII 324; ex usu constanti titulorum Britanniae (cf. Hübner ad VII 275) ponendum videtur Calvisium legatum Aug. pro pr. Britanniae fuisse.*

284a C. Calvisius Rufus (C. Calvisius *Plin. epist. 4, 4;* Calvisius Rufus *ibd. 3, 1. 19 codex Asburnhamianus; 5, 19 ubi male Ash. in indice l. V* ad Calpurnium Rufum, *ceterum* Calvisius), avunculus Varisidii Nepotis *Plin. epist. 4, 4, 1;* decurio Comensis *ibd 5, 7, 4;* Plinii contubernalis et amicus *1, 12, 12; 3, 19, 1; 4, 4, 1;* scripsit ad eum Plinius *epist. 2, 20; 3, 1. 19; 5, 7; 8, 2; 9, 6.*

285 P. CALVISIVS RVSO. *Nummi Ephesii in adversa caput Domitiani exhibent inscripti* Δομιτιανὸς Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός, *in aversa* Ἐπὶ ἀνθυπάτου Ῥούσωνος Ὁμόνοια Ἐφε(σίων) Ζμυρ(ναίων) *cum typis diversis Waddington, Fastes nr. 106 n. 1. 2, museum Berolinense; Mionnet III p. 94 n. 261, Suppl. VI p 132 n. 357. 358. 359 p. 133 n. 360. — Memoratur in actis Arvalium anni 87, ubi filii mentio fit VI 2065 (1), consulatus eius VI 597 (2).*

Plena nomina exhibet t. 2, Ruso *nummi,* P. Calvisius ..... Rusonis *t. 1.*

Consul cum L. Caesennio Paeto kal. Martis *t. 2 suffectus anno incerto sub Flaviis.* Proconsul Asiae sub Domitiano *nummi, non ante a. 84, quo Domitianus Germanicus dici coeptus est cf. Eckhel VI p. 397.* Fuit in vivis a. 87, ubi filius Arvalibus ministravit *t. 1.*

Eundem fortasse legatum Cappadociae fuisse adnotavit Waddington l. l. respiciens ut videtur nummum Cybistrensium in Cappadocia, qui in adversa inscriptus est Ἐπὶ Ῥούσωνος, *in aversa* Κυβιστρέων *Mionnet IV p. 437 n. 218. Alterum descripsit et ad eundem rettulit Pick Wiener Numismatische Zeitschrift XXIII (1891) p. 70, qui in adversa caput Traiani exhibet et inscriptionem* Αὐτ. Νερ...ς Καῖσαρ Σεβ. Γερ. Δακ...., *in aversa* Ἐπὶ Π. Κ. Ῥούσω(νος) Σεβαστοπόλεως ΕΘΡ, *id est anno 109 aerae Sebastopolitanae (cf. Marquardt, Staatsverwaltung I² p.371 n. 7) = a. 107 aerae vulgaris. Quamquam Rusoni huic Waddington nomen Calvisii probabiliter tribuit, tamen plane incertum est, utrum legatus idem atque proconsul an (id quod magis crediderim) filius huius fuerit.*

286 CALVISIVS SABINVS aetate Senecae philosophi fuit dives et patrimonium habebat libertini et ingenium; exempla stultitiae eius *Seneca epist. 27, 5–8. Quamquam pertinere videtur ad domum consularem aetatis Iuliorum, tamen sine idonea causa eum fuisse consulem a. 750 = 4 a. C. statuit Borghesi opp. V p. 157.*

287 C. CALVISIVS SABINVS, consul a. 715 = 39 a. C. cum L. Marcio Censorino. *Memoratur in tabula triumphorum Barberiniana CIL I² p.77 (1), posuit miliarios viae Latinae X 6895. 6897–6901 (2). De titulis cf. et n. 288.*

In consulatu: [C.] Calvisius *fasti minores VIII CIL I² p. 65, Cassiodor.,* C. Sabinus *Dio 48, 34,* ..... Γ. υἱ. Σαβῖνος *Dio ind. l. 48, ceterum* Sabinus *fasti.* — C. Calvisius Sabinus *t. 2,* [C. C]alv[is]ius [S]abinus *t. 1.* — *Apud scriptores: plena nomina extant Caes. bell. civ. 3, 34, ceterum* C. Calvisius *sive* Calvisius Sabinus *sive* Sabinus.

C. f. *t. 2, Dio ind. l. 48.* — Anno 706 = 48 ante pugnam Pharsalicam cum quinque cohortibus iussu Caesaris omni Aetolia potitus est *Caes. bell. civ. 3, 34. 35;* quo negotio confecto cohortes ad Fufium Calenum in Achaiam duxit *ibd. 3, 55.* Fuit in senatu, cum Caesar dictator interficeretur *Nicolaus Damasc. vit. Caes. 26.* A Caesare ei provincia Africa destinata fuerat; *Cicero Philipp. 3, 26, ubi sortitionem provinciarum ab Antonio die 28 m. Novembris a. 744 in senatu institutam irridet, dicit,* 'C. Calvisius Africam *(scil. per Antonium accepit),* nihil felicius! modo enim ex Africa decesserat et quasi divinans se rediturum duos legatos Vticae reliquerat'. *Vnde apparet eum post Caesaris necem in Africam profectum Q. Cornificio proconsuli Africae a senatu nuncupato cessisse cf. Cic. ad Famil. 12, 25, 1.* Romae fuit a. 711 = 43 *(circa tempus fere pugnae Mutinensis) Cic. ibd. 10, 25, 3; 10, 26, 3.* Anno 715 = 39 consul *v. supra.* Annis 716 et 717 = 38 et 37 dux C. Caesaris filii contra Sex. Pompeium bellum gessit *Appian. bell. civ. 5, 80–84. 85. 86–88. 96. 102, Dio 48, 46–48. 54.* Anno 722 = 32 in senatu probra Antonii perstrinxit *Plutarch. Anton. 58. 59.* Anno 726 = 28 VIII kal. Iun. ex Hispania triumphavit *t. 1.* C. Calvisius Sabinus cos. imperator *in miliariis*

viae Latinae t. 2, quam post triumphum ex manubiis refecit cf. Sueton. August. 30. — Huius filius videtur consul a. 750 qui sequitur.

288 C. CALVISIVS SABINVS, consul a. 750 = 4 a. C. cum L. Passieno Rufo. *In consulatu:* C. Calvisius Sabinus *VI 456;* C. Calvisius *Monumentum Ancyranum lat. 3, 29 = gr. 9. 6. 7, VI 10395, X 5779, Cassiodor.;* C. Calv[isius] *fasti minor. XIII CIL I² p. 69, ceterum* Sabinus *fasti.*

C. f. *fasti minores XII CIL I² p. 69, filius sine dubio C. Calvisii Sabini cos. a. 715 = 39 a. C., pater C. Calvisii Sabini cos. a 26 p. C.*

Nulla ratione diiudicari potest utrum ad hunc an ad filium pertineant hi tituli: 1) C. Calvisi C. f. Sabini patroni cos. VIIvir. epul. cur. max. .... *XI 4772 t. prope Spoletium repertus;* 2) C. Calvisio C. f. Sabino cos. ..... *X 6223 t. Fundanus;* 3) ... Καλουεισίαν Φλακχίλαν Καλουεισίου Σαβείνου *CIA III 868. Vel ad hunc vel ad patrem referri potest t. in agro Canusinorum repertus IX 414:* C. Calvisio Sab. cos. patron. — *In frustulo t. Helvetici XIII 5237* .... Claudio ... [Calv]isio Sabino ... *supplementum incertum est.*

289 C. CALVISIVS SABINVS, consul a. 26 p. C. cum Cn. Cornelio Lentulo Gaetulico. *Probabiliter ad hunc refertur t. Herculanensis X 1468 (1).*

In consulatu: C. Ca ..... *fasti Arvales CIL I² p. 71;* C. Calvisius Sabinus *II 2093,* [C. C]alvisius Sabinus *Ephem. ep. 5, 1463,* [C. Cal]visius Sabinus *VI 343;* C. Calvisius *Tac. a. 4, 46, X 896, Cassiodor.;* Calvisius Sabinus *XI 3805, ceterum* Sabinus *fasti.* — C. Calvisius Sabinus *t. 1,* Calvisius Sabinus *t. 2 et apud scriptores.*

Filius videtur C. Calvisii Sabini consulis a. 4 a. C., nepos C. Calvisii Sabini a. 39 a. C. Consul a. 26 *fasti.* Anno 32 maiestatis postulatus, sed discrimini exemtus est *Tac. a. 6, 9.* Legatus Pannoniae; cum e legatione recens Romam reversus a. 38 una cum Cornelia uxore accusatus esset *(maiestatis ut videtur),* coniuges venas exsolverunt *Dio 59, 18.* T. Vinius legatus eius uxorem in castris stupravit *Tac. h. 1, 48;* eadem de Nymphidio Sabino narrantur *Plut. Galba 12.* — *Consulatus eius memorari videtur in t. accensi VI 1963. 5180, ceterum vide de titulis sub patre.*

290 Q. CALVISIVS SABINVS, clarissimus vir *in signaculo servi Borghesi opp. V p. 155.*

291 C. Calvisius Statianus. *Tituli: ei positus est V 3336 (1) Veronensis, memoratur in t. Alexandrino III S. 12048 (2). — Plena nomina extant in utroque titulo.*

C. f., tribu Poblilia *(origine ergo probabiliter Veronensis),* ab epistulis latinis Augustorum *(scil. Marci et Veri) t. 1;* praefectus Aegypti VII kal. Novembr. Flacco et Gallo cos. = a. 174 *t. 2.* — Patronus Veronensium advocatus populi *t. 1. Idem sine dubio est qui dicitur in excerptis Dionis 71, 28* Φλάβιος Καλβίσιος praefectus Aegypti, qui a partibus Avidii Cassii rebellantis (a. 175) steterat, post rebellionem oppressam a Marco in insulam relegatus.

292 Calvisius Taurus (*sic plene Gellius, ceterum* Taurus), Berytius *Suidas s. v.* Ταῦρος, *Hieronymus ad a. Abr. 2161, Syncellus p. 662;* philosophus Platonicus sub Antonino Pio *auctores laudati*, aequalis Gellii, qui Athenis scholam habebat *Gellius passim.* Magister Herodis Attici *Philostrat. vit. sophist. 2, 1, 14.*

Sententiae eius vel dicta afferuntur *Gell. 1, 9, 8; 1, 26; 2, 2; 7, 13; 8, 6; 9, 5, 8; 10, 19; 17, 8; 17, 20; 18, 10; 19, 6, 2; 20, 4.* Ἔγραψε περὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων καὶ ἄλλα πλεῖστα *Suidas;* commentarii eius (Platonici) afferuntur *Gell. 1, 26, 3;* primus commentariorum quos in Gorgian Platonis composuit *ibd. 7, 14, 5. — De sententiis philosophicis eius cf. Zeller, Philosophie der Griechen III 1 p. 807 n. 5.*

293 P. CALVISIVS TVLLVS *(sic plene VI 2016 fasti feriarum Latinarum)* consul I (suffectus) a. 109 cum L. Annio Largo *VI 2016;* bis consul *vit. Marci 1, 3 (consul II suffectus anno incerto);* pater Domitiae Calvillae matris M. Annii Veri qui imperavit *ibd. cf. infra sub L. Catilio Severo* 'Avus meus P. Calvisius' *Marcus ad Frontonem 3, 2 p. 41 ed. Naber. — Idem memorari videtur in titulo Puteolano servi* Calvisi Tulli *X 2625.*

294 CALVISIA FLACCIL(L)A, filia C. Calvisii Sabini *CIA III 868. Potest filia esse consulis a. 750 = 4 a. C. vel consulis a. 26 p. C.*

295 T. CALVIVS, M. f. *X 6520 cf. n. 296.*

296 M. CALVIVS PRISCVS. *Tituli eius Corani: X 6520 (1), cuius duo exempla saeculo XV confecta extant; alterius X 6521 (2), qui similis fuisse videtur, frustula semel descripta sunt.*

T. 1 sic fere traditur: M. Calvi M. f. Pap(inia) Prisci fili, M. Calvi M. f. Pap. Prisci patr. adlecti in ordine senatorio a Ti. Claudio Caes. Aug. Germanico cens(ore) inter tribunicios, T. Calvi M. f. *Titulus insolito more conceptus mihi pertinere videtur 1) ad M. Calvium Priscum patrem a Claudio in ordinem amplissimum adlectum, 2) ad filium cognominem, 3) ad Titum filium. — Calvios Priscos ex Cora oppido oriundos fuisse et locus titulorum et tribus docent.*

297 CALVIA CRISPINILLA (Galvia *traditur apud Tacitum*), femina nobilis, ministra libidinum Neronis, quae in Graecia cuncta diripiebat *Dio 63, 12.* Post necem Neronis expostulata ad supplicium a Galba servata est; transgressa in Africam ad instigandum in arma Clodium Macrum famem populo Romano haud obscure molita; totius postea civitatis gratiam obtinuit consulari matrimonio subnixa et apud Galbam Othonem Vitellium illaesa, mox potens pecunia et orbitate *Tac. h. 1, 73. Fortasse parentes eius memorantur in t. urbano VI 16586* Crispinillae Euhodi divi Aug. l. libertae — — C. Calvius Logus conlib. coniugi.

298 Calusidius, miles exercitus Germanici anno 14 *Tac. 1, 35.*

299 Calvus (et uetanus et catulinus *codex Floriacensis*) et Titianus, qui

themata omnia de Vergilio elicuerunt et deformaverunt ad dicendi usum *Servius ad Aen. 10, 18. Titianus intellegendus videtur Iulius Titianus pater vel filius, qui sub initium saeculi tertii floruit; ad eandem fere aetatem Calvus rhetor haud scio an pertineat.*

— C. (LICINIVS) CALVVS STOLO.

— P. SERVILIVS CALVVS.

— T. IVLIVS MAXIMVS MA ... BROCCHVS SERVILIANVS A. QVADRONIVS] L. SERVILIVS VATIA CASSIVS CAM ...

— .. ANNIVS CAMARS.

— A. ANNIVS CAMARS.

— T. ANNIVS [CAMARS?].

— C. LVCCEIVS CAMARS.

— CAEIONIVS CAMENIVS *v.* CEIONIVS.

300 Camerinus, poeta 'quique canit domitam Camerinus ab Hercule Troiam' *Ovidius ex Ponto 4, 16, 19 in recensu poetarum epicorum aetatis suae. Num recte cogitaverint de Q. Sulpicio Camerino consule a. 9 p. C., plane incertum est.*

— C. POMPONIVS CAMERINVS.

— SCRIBONIANVS CAMERINVS.

— Q. SVLPICIVS CAMERINVS.

— [C.] IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C ... CIVS.

301 M. CAMILIVS SVRD ...., a. 64 cooptatus in collegium sacerdotale nescio quod ex amplioribus *VI 2002.*

— ARRVNTIA CAMILLA.

302 CAMILLVS *nescio quis sive ex Arruntiis sive ex Furiis memoratur in t. dispensatoris VI 9323.*

303 ...... CAMILLVS, *praeses provinciae nescio cuius in t. Allifano* ... Celeris legati eius *IX 2335.*

— L. ARRVNTIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS *sive* FVRIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS.

— L. Furius Camillus.

— M. FVRIVS CAMILLVS.

— OVINIVS CAMILLVS.

304 L. Cammiu[s] Secundi[nus], primipilaris, praefectus legionis X.., procurator Aug. (Norici) M. Gavio Maximo praefecto praetorio *(sub Pio cf. infra G 60)* amico dedicavit *t. Noricum III 5328.*

305 Camonius Rufus, Bononiensis, amicus Martialis, viginti annos natus ('bis denis annis' *9, 76, 3, contra traditur 6, 85, 8* 'viderat Alphei praemia quinta modo' *cf. quae adnotavit Friedländer ad h. l.*) in Cappadocia, in cuius mortui memoriam Martialis scripsit *epigr. 6, 85; 9, 74; 9, 76.*

— SALVIVS NEN[IVS] L. (H)AIVS CAMP[ANI]ANVS CN. PLO[TIVS] MAXIMINVS T. (H)OENIVS SEVER[V]S SERVEIENVS V[RSVS].

306 M. Campanius Marcellus, M. fil. M. nepos, tribu Fal., praefectus cohortis III Breucorum, tribunus cohortis primae Hemesenorum, praefectus equitum alae Parthorum, procurator provinciae Cypri, procurator Augustorum ad Mercurium Alexandrinum *X 3847 t. Campanus, quem posuerunt ut videtur* [c(ives R(omani) in provi]ncia Cypro (consistentes).

307 T. (*an* TITIVS? *in lapide est* TITI CAMPANI *etc.*) CAMPANIVS PRISCVS MAXIMINIANVS, vir consularis omnibus honoribus in urbe sacra functus; ..openda Valeriana, clarissima femina mater ei posuit *t. sepulcralem XII 137 Sedunensem.*

308 Campanus, iure consultus citatur *ab (Aburnio) Valente Digest. 38, 1, 47 et a Pomponio Digest. 40, 5, 34, 1. Vnde apparet eum de manumissionibus fideicommissariis post legem Aeliam Sentiam scripsisse (saeculo primo).*

309 Campanus, e primoribus Tungrorum anno 70 *Tac. h. 4, 66.*

— C. SECIVS CAMPANVS.

310 CAMPATIVS (*sic libri, vulgo* Carpathius), dictum eius in Titium Maximum *Quintilian. institut. 6, 3, 71, unde* ('in orchestra pila lusi') *senator fuisse videtur.*

311 Campester (Καμπέστριος), scriptor rei astronomicae Romanus citatur *Ioann. Lyd. de ostentis 9 p. 20 ed. Wachsmuth;* scripserat de cometis *ibd. 10 p. 30, Serv. ad Vergilii Aeneid. 10, 272; aetatis incertae.*

— M. Maenius Agrippa L. Tusidius Campester.

312 CAMPIA SEVERINA, virgo Vestalis maxima, cui a clientibus positi sunt *t. urbani VI 2131* anno 240 *et 2132.*

313 Camsisoleus(?), natione Aegyptius, frater Theodoti qui Aemilianum ceperat, dux Gallieni Trebellianum in Isauria rebellantem oppressit *vit. trig. tyr. 26, 4.*

314 Camurius, miles legionis quintae decimae, quem crebrior fama imperatorem Galbam interfecisse tradidit *Tac. h. 1, 41, Plutarch. Galba 27.*

315 C. Camurius Clemens, C. f., tribu Lem., praefectus fabrum quater, praefectus iure dicundo imperatoris Caesaris Traiani Augusti, praefectus cohortis VII Raetorum equitatae, tribunus militum cohortis Vlpiae Petraeorum milliariae equitatae, praefectus alae Petrianae civium Romanorum bis torquatae, procurator Augusti ad Miniciam, procurator Augusti epistrategiae septem nomorum et Arsinoitae; patronus Treiensium *XI 5669 t. publice a Treiensibus positus, prope Attidium repertus.*

316 Q. CAMVRIVS NVMISIVS IVNIOR. *Tituli Attidiani: ei positus est t. mutilus XI 5670 (1) et similis 5671 (2), cuius initium extat; ipse posuit statuas a municipibus (Attidii) decretas 5672 (3).*

Q. Camurius Numi[sius] Iunior *t. 2,* [Q. C]amurius Numisius Iu[nior] *t. 1,* Numisius Iunior *t. 3. Patris nomen periit in t. 1. 2,* tribu Lemonia *t. 2.*

IIIvir a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo), tr[ib(unus) mil(itum)] leg(ionis) VIIII Hi[spanae], sodalis Titialis [Flavialis?] (sodalis Tit.... *et in t. 3*), quaest(or) urb(anus), aed(ilis) [cur(ulis)], praetor, [le]g(atus) Aug(usti) leg(ionis) ...... et [leg(ionis)] VI Victr[icis] *t. 1 quem posuerunt* ...... et [Iu]nior patri, *ubi praecessisse videntur nomina filiae.* Aedilis curulis designatus *t. 3.* Stertinia L. f. Cocceia Bassula Veneria Aeliana Iunioris *uxor videtur,* Q. Cornelius Flaccus Noricus Numisius ...... *t. 3 nescio qua necessitudine cum iis coniunctus, fortasse idem atque* Iunior filius *t. 1. Filia eorum ex nominibus videtur* Cocceia Bassula Numisia Procula M. Munatii Popiliani (uxor) *VIII 626.*

317 KAN......, legatus Germaniae superioris a. 116 *III dipl. mil. 27.*

— Aurelius Canartha.

318 Candace, regina Aethiopum aetate Augusti anno 730 = 24 a. C. in Aegyptum hostiliter invasit, a Petronio praefecto Aegypti fugata et, postquam exercitum Romanum in Aethiopiam duxit, pluribus proeliis victa foedus facere coacta est a. 732 = 22 *Strabo 17, 1, 54 p. 820 sq., Dio 54, 5 cf. Plin. n. h. 6, 181. 182, Mommsen, Res gestae d. Aug. p. 108.* — Exploratores Neronis renuntiavere in Aethiopia regnare feminam Candacen, quod nomen multis iam annis ad reginas transiit *Plin. n. h. 6, 186.* — *Alia* Candace aetatis Tiberii *memoratur Act. Apostolorum 8, 27.*

— Macrobius Candidianus.

319 CANDIDVS, consul *(suffectus anno incerto aetatis imperatoriae)* .. non. Maias cum Frontone *VI 15847.*

320 Candidus, dux peditum Romanorum, qui una cum Vindice, qui equitibus praeerat, Langobardos et Olbios, cum bello Marcomanico Istrum traiecissent, reppulit *Petrus Patricius fr. 6 FHG. IV p. 106.*

— TI. CLAVDIVS CANDIDVS.

— Ti. Cl(audius) Candidus.

— L. COIEDIVS CANDIDVS.

— M. HATERIVS CANDIDVS.

— IVLIVS CANDIDVS.

— Iulius Candidus.

— TI. IVLIVS CANDIDVS.

— TI. IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX.

— (TI. IVLIVS) CANDIDVS CELSVS.

— TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS.

— M. PAPIRIVS CANDIDVS.

— SILVIVS CANDIDVS.

— L. VESPRONIVS CANDIDVS.

321/22 C. CANIANVS, vir clarissimus *V 5458 t. qui in agro Comensi repertus dicitur, semel descriptus atque interpolatus.*

323 Canidia, venefica, in quam scripsit Horatius *epod. 5. 17, sat. 1, 8, 24 sqq., memoratur epod. 3, 8, sat. 2, 1, 48; 2, 8, 95;* sub Canidiae nomine

Gratidiam Neapolitanam unguentariam intellegi vult *Porphyrio ad epod. 3, 8 p. 148 ed. Meyer cf. ad epod. 5, 43 p. 153, ad sat. 1, 8, 23 p. 231.*

324 CANIDIA ALBINA, clarissimae memoriae femina, mater Catinii Canidiani *II 111 t. Eborensis sepulcralis.*

— CATINIVS CANIDIANVS.

325 P. Caninius, C. f. sibi et L. Caninio Valenti filio posuit *t. V 7547 prope Aquas Statiellas repertum.*

326 Taurus Canin[ius] .... *memoratur in t. Tusculano XIV 2620; homo nobilis ex praenomine videtur, fortasse necessitate quadam coniunctus cum Caniniis Rebilis, quorum* Caninius C. f. Rebilus *invenitur in t. et ipso Tusculano 2622.*

327 Caninius Celer, rhetor graecus, magister M. Aurelii et L. Veri *vit. Marci 2, 4, Veri 2, 5. Vide et infra sub Celere rhetore.*

328 L. CANINIVS GALLVS *memoratur in actis Arvalium VI 2024 (1). 2025 (2). 2027 (3), in cippo terminali Notizie degli scavi 1889 p. 70 (4).— Nummi ab eo sub Augusto cusi Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 311 n. 1–3, quorum n. 1 in adversa exhibet* L. Caninius Gallus ob c(ives) s(ervatos) *scilicet a Parthis receptos cf. Eckhel VI p. 95. 101.*

Filius videtur L. Caninii Galli consulis a. 717 = 37 a. C. IIIvir monetalis sub Augusto a. 734 = 20 vel paulo post *nummi.* Consul (suffectus) a. 752 = 2 primum cum Augusto *Velleius 2, 100,* deinde cum Q. Fabricio *Monumentum Ancyranum lat. 3, 30 = graec. 9, 9, CIL I 799 in tessera gladiatoria.* Curator riparum et alvei Tiberis (sub Tiberio) *t. 4, ubi loco primo nominatur.* — Frater Arvalis a. 27. 35. 36 *t. 1. 2. 3;* quindecimvir sacris faciundis *Tac. a. 6, 12.*

Idem videtur L. Caninius Gallus *qui memoratur in t. libertorum servique VI 7987–7996,* pater Gallae *in t. libertorum filiae VI 14327.*

329 CANINIVS REBILVS, *(filius ut videtur Caninii Rebili consulis 742 = 12 a. C.)* consularis, homo eiusdem infamiae atque Fabius Persicus *(cos. a. 34 p. C.);* pecunias magnas ab utroque oblatas repudiavit · Iulius Graecinus *Seneca benef. 2, 21. Haec cum cadant necesse sit in aetatem Tiberii, Rebilus ille non potest esse consul a. 742, sed suffectus anno incerto sub Tiberio, filius ut videtur illius.* Ex primoribus peritia legum et pecuniae magnitudine cruciatus aegrae senectae misso per venas sanguine effugit anno 56, haud creditus sufficere ad constantiam sumendae mortis ob libidines muliebriter infamis *Tac. a. 13, 30 (ubi* C. Aminius Rebius *cod. Mediceus).*

330 C. CANINIVS REBILVS, consul suffectus anno 742 = 12 a. C.: [C. Caninius C. f.] C. n. Rebil(us) in mag(istratu) m(ortuus) e(st) *fasti Capitolini,* [C.] Caninius Rebilus *fasti minor. V CIL I² p. 62,* C. Caninius *fasti minor. VII p. 64. Filius C. Caninii C. f. Rebili consulis a. 709 = 45 cf. CIL I² p. 158, pater eius qui praecedit.* — C. Rebilus quindecimvir sacris faciundis a. 737 = 17 *acta saecularia.*

331 C. CANINIVS REBILVS, C. f., aedilis (Tusculi) collega C. Caelio C. f. Rufo *XIV 2622 t. Tusculanus. Titulus ad finem liberae rei publicae vel ad initium aetatis imperatoriae pertinere videtur; quis ex Rebilis intellegendus sit, non liquet.*

332 Caninius Rufus (*sic plene codex Asburnhamianus in indice l. III, ceterum* Caninius), Comensis, amicus Plinii, ad quem scripsit *epist. 1, 3; 2, 8; 3, 7; 6, 21; 7, 18; 8, 4; 9, 33;* bellum Dacicum versibus scribere paravit *ibd. 8, 4;* poeticum ingenium eius *ibd. 9, 33, 1. 11.*

— M. Cla(udius) Caninius Severus.

333 L. Caninius Valens, P. Caninii filius, procurator IIII publicorum Africae *V 7547 t. repertus prope Aquas Statiellas.*

334 CANINIA GALLA *memoratur in t.* L. Caninii, Gallae liberti, Anchiali et Caniniae, Gallae libertae, Philematii *VI 14327; filia igitur L. Caninii Galli (ut nomina liberti docent, qui more solito praenomen patris patronae accepit), consulis ut videtur a. 752 = 2 a. C.*

— CLAVDIA CANINIA SEVERA.

— M. ACILIVS CANINVS.

335 Canius Rufus, Gadibus oriundus *Martial. 1, 61, 9,* amicus Martialis, poeta *id. 1, 69, 2; 3, 20, 1; 3, 64, 6; 7, 69, 1; 7, 87, 2; 10, 48, 5,* Theophila uxor *7, 69, 1. — Dubium est num idem sit* Rufus, *quem Martialis alloquitur 2, 11, 1; 2, 29, 1; 2, 48, 7; 2, 84, 4; 3, 82, 33; 3, 84, 1; 3, 100, 1; 4, 13, 1; 4, 82, 1.*

336 Cannabas sive Cannabaudes, dux Gothorum ab imperatore Aureliano trans Istrum victus et interemtus *vit. Aureliani 22.*

337 CANNVTIVS MODESTVS, legatus legionis XXX Vlpiae victricis piae fidelis anno 223 *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 151 t. prope Cliviam repertus.*

— AEMILIVS SEVERVS CANTABRINVS.

338 Cantria Longina, uxor M. Pomponii Bassuli poetae, cui posuit *t. sepulcralem Aeclanensem IX 1164;* P. f., sacerdos divae Iuliae Piae Augustae *(scilicet Titi filiae) IX 1153 t. Aeclanensis ei publice positus.*

339 [C]ANVL[EIVS] *memoratur in t. mutilo Amastride reperto CIG 4152 d Addit. p. 1113:* [ὑπὲρ] .... [καὶ τῶν τέ]κν[ω]ν αὐτῶν καὶ τοῦ σ[ύμπαντος οἴκου ἐπὶ Κ]ανουλ[ηίου] τοῦ πρεσβευτοῦ καὶ ἀντ[ιστρατήγου ...ἐ]ν τῷ ..σ ἔτει, *qui titulus intra annos 200/300 aerae Amastridis positus est. Quae unde coeperit quamquam adhuc ignoratur, tamen probabiliter (cf. Marquardt, Staatsverwaltung I² p. 421 n. 1) initium statuitur circa a. 65 a. C., ita ut titulus intra a. fere 136/236 dedicatus sit. Atque propter liberos Augustorum veri simili est eum pertinere ad divos fratres. Canuleius igitur circa a. 161/169 Bithyniae praefuisse videtur.*

340 Canus, choraula celeberrimus ab imperatore Galba donatus *Sueton. Galba 12, Plutarch. Galba 16; memoratur Martial. 4, 5, 8; 10, 3, 8.*

— Iulius Canus.

— Sulpicius(?) Canus.

341 Q. CANVSIVS PRAENESTINVS *memoratur in dipl. mil. III 40 (1), ipse posuit in finibus Nomentanorum t. XIV 3932 (2); idem nominari videtur in tegulis XV 913 (3), in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria 41 (4), in marmore rudi Annali dell' Instituto 1870 p. 188 n. 236 (5).*

Plena nomina exhibent t. 1–4. Consul (suffectus) cum C. Lusio Sparso sub Pio circa a. 157 *t. 1.*

342 Canutia Crescentina, virgo Vestalis, cum a Caracallo incesti damnata esset, se ipsa a culmine domus praecipitavit *Dio 77, 16.*

343 Capella, poeta aetate Ovidii: 'cum — — clauderet imparibus verba Capella modis' *Ovid. ex Ponto 4, 16, 36; scripsit igitur metro elegiaco.*

— Antistius Capella.

— Caecilius Capella.

— C. NAEVIVS CAPELLA.

— Statilius Capella.

344 CAPELLIANVS (Καπελιανός *apud Herodianum 7, 9, 2 traditur cf. adn. Mendelssohnii, item* Capelianus *ex Herodiano Capitolinus*), τῶν ἀπὸ συγκλήτου, ἡγεῖτο δὲ Μαυρουσίων τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις, Νομάδων δὲ καλουμένων *Herodian. l. l. Vnde cum perperam Herodianus Mauros et Numidas conflasset, Capitolinus vel auctor eius latinus scripsit vit. Maximini 19, 1, Gordianorum 15, 1* Capelianum Mauros rexisse *narratione Herodiani ut semper fere haud accurate in brevius contracta. Capellianum legatum Numidiae fuisse cum inde quod ab Herodiano ordinis senatorii dicitur, tum ex rerum ab eo gestarum natura extra controversiam est.*

Legatus Numidiae anno 238 contra M. Antonium Gordianum proconsulem Africae filiumque eius, postquam contra Maximinum imperium sumpserunt, exercitum duxit et rebelles acie victos oppressit *Herodian. 7, 9, vit. Maximini 19, Gordianorum 15. 16. Nominatur vit. Maximini 20, 7. — In t. sepulcrali Numidico VIII 2170 memoratur qui* pro amore Romano quievit ab hoc Capeliano captus.

— C. IVLIVS GEMINVS CAPELLIANVS.

— Iulius Capellus.

— Flavius Caper.

345 CAPITO. *Nummi eius Cyrenaici ab altera parte inscripti* Imp(erator) Aug(ustus) tr(ibunicia) pot(estate) *ab altera a)* Capito q(uaestor) *Müller, Numismatique de l'ancienne Afrique I p. 168 n. 438, Cohen I² Augustus n. 799; b) eandem inscriptionem cum sella curuli exhibent nummi Müller Suppléments p. 30 n. 438 a, Cohen n. 798.*

Quaestor Cyrenarum sub Augusto *nummi.*

346 .... CAPITO, ... (tribu) [Cl]u. Capito .... [patr]on(us) municipi, [IIIIvir viarum curan]darum, trib(unus) [leg(ionis)] ...., quaestor ..... *IX 731 t. Larinas mutilus.*

347 Capito, rhetor aetate Augusti *Seneca controvers. 10 praef. 12;* sententiae eius *ibd. 7, 2, 5–7; 9, 2, 9. 10.*
348 Capito, centurio anno 66 *Ioseph. bell. 2, 14, 7.*
349 Capito, praefectus praetorio Probi a. 276 *vit. Probi 10, 6 in epistula ficta.*
— L. Antonius Capito.
— C. ATEIVS CAPITO.
— C. Ateius Capito.
— T. At(eius) Capito.
— (Betilienus?) Capito.
— Caecilius Capito.
— Claudius Capito.
— [CLODIVS] [CAP]ITO .... NVS.
— COSSVTIANVS CAPITO.
— EGNATIVS CAPITO.
— FONTEIVS CAPITO.
— C. FONTEIVS CAPITO.
— Herennius Capito.
— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.
— Insteius Capito.
— D. Iulius Capito.
— Lucilius Capito.
— SEX. NERANIVS CAPITO.
— Cn. Octavius Titinius Capito.
— M. OPPIVS CAPITO.
— Sinnius Capito.
— C. STATIVS CAPITO ARRIA[NVS].
— C. TVLLIVS CAPITO POMPONIANVS PLOTIVS FIRMVS.
— VALERIVS CAPITO.
— Cn. Vergilius Capito.
— Verginius Capito.
350 Capitolina, mulier honestissima Oeensis *Apuleius apolog. 61. 62, filius eius ibd. 62.*
— Aelia Flavia Egnat[ia] Capitolina.
351 CAPITOLINVS, consul a. 274 cum imperatore Aureliano II *fasti.* C. Iulius Capitolinus *dicitur in t. falso Panviniano VI 5, 3120*.*
351a Capitolinus cum Gabba componitur *Martial. 10, 101; fuit ergo scurra imperatoris Traiani.*
352 [Ca]pitolinus, proc(urator) offic(iorum) imp. Caes. M. Aur(elii) Ant(onini) Aug. *in fistula plumbea originis dubiae Lanciani, sylloge aquaria n. 205.*
— [CLA]VDIVS BASSVS [CAPI]TOLINVS.
— Cornelius Capitolinus.
— L. Fl(avius) Capitolinus.

— Q. MAMIL(IVS) CAPITOLINVS.

353 Capreolus, quem pro Herode (Attico) causam dicturum esse opinatur Fronto *ad M. Caesarem 3, 4 p. 43 N.*

354 Caprius ut acerrimus latronum delator memoratur *Horat. sat. 1, 4, 66. 70 cum schol.*

355 CARACYLAEA, stirpis regiae (ἀπόγονον βασιλέων, θυγατέρα τῆς μητροπόλεως *scilicet Ancyrae*), (C.) Iulii Severi *(consulis a. 155)* uxor *honorata t. Ancyrano CIG 4030.*

355a Caratacus, Britannus. Caratacus *apud Tacitum praeter ann. 12, 36 extr. ubi* Cataratacus *traditur,* Καταράτακος *Dio (Xiphil.) 60, 20,* Καράτακος *Zonaras 11, 10,* Καρτάκης *excerpta Vaticana Dion. V p. 191 ed. Dindorf;* Caratacus *recta forma probatur titulis nummisque cf. Holder, Alt-Celtischer Sprachschatz s. v.*

Cunobellini filius, rex Silurum ab A. Plautio victus captusque *Tac. a. 12, 33–37. 38–40, h. 3, 45, Dio l. l.*

— MANILIVS CARBO.

— P. MANLIVS CARBO.

— C. PAPIRIVS CARBO.

356 Carfinia, 'est moecha Fabulla, damnetur si vis etiam Carfinia, talem non sumet damnata togam' *Iuvenal. sat. 2, 68–70, ubi significatur matrona quaedam impudica aetatis fere Domitiani. Perperam Cuiacius mutare voluit,* Carfania *ex Vlpiano Digest. 3, 1, 1, 5 ubi memoratur* Carfania improbissima femina, quae inverecunde postulans causam dedit edicto *(scilicet ne feminae pro aliis postularent); at cf. Valer. Maxim. 8, 3, 2,*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARINVS AVGVSTVS.

357 P. CARISIVS. *Nummi ab eo cusi Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 318 sqq. in parte adversa caput Augusti exhibent cum inscriptione* Imp. Caesar Augustus *vel* Caesar Aug. tribun(icia) potest(ate), *in aversa* P. Carisius leg(atus) pro pr. *vel* leg. *n. 20. 30 vel* leg. Augusti *n. 26–29; in nummis n. 24–28 muri portaeque urbis Emeritae repraesentantur, in quibus inscriptum est* Emerita *vel* Augusta Emerita. *Similes nummi sine nomine Carisii Emeritae cusi apud Delgado, Nuevo método de clasificacion de las medallas autónomas de España II p. 10 n. 24 sqq.*

P. Carisius *nummi,* T. Carisius *Dio 53, 25, ceterum* Carisius; *Dio eum confudisse videtur cum T. Carisio triumviro monetali sub C. Caesare dictatore cf. Babelon I p. 318, qui fortasse idem est atque* T. Carisius T. f. pr(aetor) Volcar(um) *XII 1028. Huius potest filius esse P. Carisius.* — Legatus Augusti pro praetore in Hispania *nummi,* anno 729 = 25 a. C. contra Astures pugnavit et Lanciam urbem cepit *Dio 53, 25, Florus 2, 33, Orosius 6, 21.* Iussu Augusti finito bello milites veteranos in Augustam Emeritam coloniam deduxit *nummi, Dio 53, 26 cf. CIL II p. 52.* Cum anno 732 = 22 Astures

propter luxuriam et avaritiam Carisii rebellassent et cum iis Cantabri simul defecissent, Carisius adiutus a C. Furnio legato Augusti rebelles acie devicit *Dio 54, 5.*

358 C. CARISTANIVS FRONTO *uxori t. posuit graece scriptum Antiochiae Pisidiae Papers of the American school of classical studies at Athens II (1888) p. 134 n. 108 (1); ei positus est t. graece scriptus Cadyandae in Lycia repertus Bulletin de correspondance Hellénique X (1886) p. 46 (2).*

Γαίου Κ[α]ριστανίου Φρόντωνος *t. 1,* [Γά]ιον Καριστάνιον [Φ]ρόντωνα *t. 2.* — Legatus Augusti pro praetore Lyciae et Pamphyliae *t. 1, ubi nomen Augusti erasum est, Domitiani ut videtur;* πρεσβευτὴς αὐτοκράτορος .... *t. 2.* Maritus .... Paullae *t. 1; pater videtur C. Caristanii Paulini qui sequitur. — Plures* Gai Caristanii *enumerantur in t. Antiochiae Pisidiae III S. 6852, qui vel liberti eius fuisse vel civitatem opera eius accepisse videntur.*

359 C. CARISTANIVS PAVLINVS, Car[istanii] .... filius *publice honoratus t. Cadyandae in Lycia reperto Bulletin de correspondance Hellénique X (1886) p. 47. Videtur filius esse C. Caristanii Frontonis et Paullae.*

360 CARMINIVS ATHENAGORAS *memoratur in titulis Aphrodisiade repertis patris CIG 2782 (1), filii 2783 (2); item in t. Attudensi fratris Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 348 (3).*

Origine Attudensis *t. 3,* filius M. Vlpii Carminii Claudiani et Flaviae Appiae, nepos Carminii Claudiani per patrem, Flavii Athenagorae per matrem *(cf. stemma sub n. 365) t. 1. 2,* frater Carminii [Claudiani?] iunioris *t. 3;* pater M. Flavii Carminii Athenagorae Liviani, Carminii Claudiani, Appiae, (Carminiae) Livianae (Diotimae) *t. 1; ex cognominibus duorum liberorum veri simile est uxorem ei fuisse Liviam vel Livianam aliquam.* Vir clarissimus *t. 1,* consularis *t. 2,* proconsul Lyciae et Pamphyliae et Isauriae *t. 3.*

361 M. FL(AVIVS) CARM(INIVS) ATHENAGORAS LIVIANVS *publice honoratus t. Aphrodisiade reperto CIG 2783 (1), memoratur in t. avi CIG 2782 (2).*

Filius Carminii Athenagorae, nepos M. Vlpii Carminii Claudiani *(cf. n. 360),* vir clarissimus *t. 1. 2.*

362 CARMINIVS CLAVDIANVS, filius Carminii Athenagorae, nepos M. Vlpii Carminii Claudiani, vir clarissimus *CIG 2782 t. avi.*

363 Car(minius) Claudianus, ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας, pater M. Vlpii Carminii Claudiani *CIG 2782 cf. n. 365.*

364 [Car]minius [Claudianus?] ὁ νεώτερος, filius (M. Vlpii) Carminii Claudiani, origine Attudensis, frater Carminii Athenagorae *publice honoratus t. Attudensi Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 348. Cognomen in lapide periit; paternum propter* νεώτερος *restitui.*

365 M. Vlp(ius) Car(minius) Claudianus *publice a civitate Aphrodisiade honoratus CIG 2782 (1) memoratur in t. Attudensi filii Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 348 (2).*

Origine Attudensis cf. n. 360. Filius Carminii Claudiani, maritus Flaviae Appiae, pater Carminii Athenagorae *t. 1* et Carminii .... *t. 2;* curator Cyzicenorum *t. 1. 2.*

Clerc (Bulletin l. l. p. 349) ex collectione Waddingtonii duos nummos Attudenses sic descripsit: I) Τίτος Αἴλιος Καῖσαρ Ἀντωνεῖνος *(caput Antonini), in aversa* M. Οὐλ. Καρμίνιος Κλαυδιανὸς υἱ[ὸς τοῦ δήμου Ἀ]ττουδέων ἀνέθηκε *(Cybele cum leonibus). II)* Αὐρ. Κα. Ἀρ. Πα. Μη. Μ. Α. Ἀντωνεῖνος κ. Οὐῆρος *(M. Aurelius et L. Verus manus iungentes), in aversa* Διὰ Κ[αρμινί]ου Κλαυδιανοῦ Ἀσιάρχου Ἀττουδέων *(Cybele ut in n. I); inscriptionem partis adversae huius nummi haud accurate repetitam esse vel inde perspicitur quod* Ἀρ(μηνιακοὶ) Πα(ρθικοὶ) Μη(δικοί) *omnino falso loco posita sunt. Quos nummos cum Clerc ad Carminium Claudianum* ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας *rettulerit, mihi certe n. I ad filium eius M. Vlp(ium) Carminium Claudianum propter nomen Vlp(ii) pertinere videtur neque quidquam obstat, ne et hunc Asiarchen fuisse ponamus. De nummo autem altero dubitari potest, a quo cusus sit. Nam et ad eundem illum referri potest, ut qui in titulo quoque Attudensi simpliciter dicatur* Carminius Claudianus *omisso Vlpio, et de filio Carminio iuniore cogitare licet. Vtut est, ex nummo I apparet familiam illam Attudensem Carminiorum ad amplissimos honores inde ab aetate Antonini Pii pervenire coepisse. Cuius stemma subiecimus:*

Carminius Claudianus, *ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας* — Flavius Athenagoras, *procurator*

M. Vlpius Carminius Claudianus ⌣ Flavia Appia

Carminius Athenagoras *procos. Lyciae* ∾ [Livia(na)] — Carminius [Claudianus] *ὁ νεώτερος*

M. Fl. Carm. Athenagoras Livianus *c. v.* — Carm. Claudianus *c. v.* — (Carm.) Appia *c. f.* — Carm. Liviana Diotima *c. f.*

366 L. CARMINIVS LVSITANICVS, consul (suffectus) anno 81 XVIII k. Oct., III k. Nov. cum M. Petronio Vmbrino *VI 2060 acta Arvalium.*

367 M. Carminius Pudens *signo* [I]thacius, M. f., tribu Pap., equo publico, electus ad causas fisci tuendas in provincia Alpium Maritimarum; patronus rei publicae Tergestinorum, patronus plebis urbanae, patronus collegiorum dendrophorum et fabrum, curator rei publicae Mantuanorum, curator rei publicae Vicetinorum, patronus Catubrinorum; sacerdos Laurens Lavinas; maritus Inniae Valerianae, *quae ei posuit t. Bellunensem Notizie degli scavi 1888 p. 408.*

368 SEX. CARMINIVS VETVS, consul a. 116 cum L. Lamia Aeliano. *In consulatu:* Sex. Carmi(nius) Vetus *Bullettino comunale 1885 p. 150 n. 1076,* Σέξτου Καρμινίου Οὐέτερος *Phlegon fr. 38. 39 FHG III p. 619 loco corrupto, ubi duo verba priora ex fr. 38 falso in alium consu-*

latum fr. 39 intrusa sunt; ceterum Vetus *fasti. — Pater videtur consulis a. 150 qui sequitur.*

369 SEX. CARMINIVS VETVS, consul a. 150 cum M. Gavio Squilla Gallicano. *In consulatu:* Sex. Carminius Vetus *II S. 5942, ceterum* Vetus *fasti. — Filius videtur consulis a. 116 qui praecedit.*

370 (CARMINIA) APPIA, clarissima femina, filia Carminii Athenagorae, neptis M. Vlpii Carminii Claudiani et Flaviae Appiae *CIG 2782.*

371 CARMINIA LIVIANA DIOTIMA, clarissima femina *in fistula plumbea urbana Bullettino comunale 1886 p. 103 n. 1152. Sine dubio eadem atque* Liviana filia Carminii Athenagorae *CIG 2782, de qua vide in patre.*

372 Carnulus(?), reus sub Tiberio mortem anticipavit *Sueton. Tiber. 61.*

373 Carioviscus *memoratur ut dux quidam Romanorum vit. Aureliani 11, 4 in epistula ficta Valeriani.*

— Q. Fab[ius] Carpe ..... *vel* Caspe ....

— (Aurelius) Carpus.

— M. Aurel(ius) Stertinius Carpus.

374 Carpophorus, gladiator, in quem scripsit *Martialis epigr. lib. spect. 15. 23. 27.*

375 C. CARRINAS *memoratur in fastis minoribus VII CIL I² p. 64 (1), in senatus consulto Panamarensi Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 226 (2), in tabula triumphorum Barberiniana CIL I² p. 76 (3).*

C. Carrinas *t. 1. 2,* [C. Carr]inas *t. 3,* C. Carinas *(sic) Dio 51, 21,* Carrinas *apud Appianum.* — C. f. *t. 1. 2,* tribu Κο[υρίνα] *vel* Κο[λλίνα] *t. 2;* filius C. Carrinatis a Sulla occisi et proscripti *(cf. Appian. bell. civ. 1, 93),* unde lege Sullae iure honorum petendorum privatus erat *Dio l. l. (Restitutus lege Caesaris a. 706 = 48 a. C)* a Caesare a. 709 = 45 in Hispaniam contra Sex. Pompeium missus re minus bene gesta revocatus est *Appian. bell. civ. 4, 83. 84.* Sub finem anni 711 = 43 consul suffectus cum P. Ventidio Basso *t. 1 cf. Dio 47, 15, fasti min. VII CIL I² p. 64.* A. 713 = 41 legatus C. Caesaris Hispaniam rexit *Appian. bell. civ. 5, 26.* A. 715 = 39 Romae in senatu fuit *t. 2.* Bello Siculo, quod contra Sex. Pompeium gerebatur, tribus legionibus Caesaris praefuit *Appian. bell. civ. 5, 112.* Cum in Gallia Morinos vicisset, a. 726 = 28 ex [G]al[l]is prid. eid. Iu[n]. triumphavit *t. 3, Dio 51, 21.*

376 C. Carrinas .... *honoratus t. Attico mutilo* Δελτίον ἀρχαιολογικόν *1891 p. 62:* Γάϊον Καρρίναν Γαΐο[υ υἱὸν ...... φιλο]καίσαρα τὸν ἐπώνυμ[ον ἄρχοντα καὶ ἱερέα] Δ[ρού]σου .... *Propter sacerdotium Drusi (cf. Dittenberger Ephem. ep. 1 p. 116) t. ad aetatem imperatoris Claudii pertinere videtur. Lolling qui edidit l. l. supplevit* Σεκοῦνδον *et rettulit ad Carrinatem Secundum ministrum Neronis (v. infra), fortasse recte.*

377 CARRINAS CELER, senator accusante servo maiestatis inter reos non receptus est *Tac. a. 13, 10.*

378 Carrinas Secundus, rhetor a Gaio, quia contra tyrannos declamaverat, in exilium pulsus *Dio 59, 20;* — — 'exitus Secundi Carrinatis; et hunc inopem vidistis Athenae nil praeter gelidas ausae conferre cicutas' *Iuvenal. sat. 7, 204 sqq.*, Sec. Carrinas (*traditur* Socrates) veneno periit, cum fugeret paupertatem *schol. ibd.*

379 Carrinas Secundus, graeca doctrina ore tenus exercitus, a Nerone a. 64 cum Acrato in Asiam et Achaiam missus ad provincias spoliandas *Tac. a. 15, 45. Filius videtur eius qui praecedit. Cf. n. 376.*

380 CARSIDIVS SACERDOS, a. 23 reus tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuvisset, absolutus est *Tac. a. 4, 13;* [Cars]idius Sa[cerdos] [urb.] (praetor) a. 27 *fasti Arvalium CIL I² p. 71;* praetorius a. 37 ut minister stuprorum Albucillae in insulam deportatus *Tac. a. 6, 48.*

381 Cartilius, iure consultus, cui Proculus assensus est *Pomponius Digest. 28, 5, 70,* citatur *ab Vlpiano ibd. 13, 6, 5, 13.*

382 Cartimandua, regina Brigantum, uxor Venutii, quo spreto Vellocatum armigerum eius in matrimonium regnumque accepit; unde bellum intestinum ortum est *Tac. a. 12, 36. 40, h. 3, 45.*

383 Carvilius Pictor (Carbilius *traditur*), cuius est liber in Vergilium scriptus titulo Aeneomastix *Donati vit. Vergilii p. 65 Sueton. rel. ed. Reifferscheid;* Vergiliomastix citatur *Serv. ad ecl. 2, 23.*

384 Carus, poeta et amicus Ovidii, ad quem scripsit *Ovidius ex Ponto 4, 13;* magister filiorum Germanici *ibd. v. 46;* de Hercule carmen pepigerat *ibd. v. 11 et ex Ponto 4, 16, 7. Ad eundem scripsisse videtur Ovidius Trist. 3, 5 cf. v. 16 sq. et ex Ponto 4, 13, 9.*

385 Carus, poeta aetate Domitiani agone Albano coronatus *Martialis 9, 23. 24,* qui ad eum scripsit et *epigr. 9, 54; idem videtur* Carus (*pars codicum:* Carpus) maritus Norbanae *id. 7, 74, 7.*

386 Carus, qui febre periit *Martial. 10, 77; medicus fuisse videtur cf. quae adnotavit Friedländer.*

— Aemilius Carus.
— L. AEMILIVS CARVS.
— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARVS AVG.
— Iulius Carus.
— D. IVNIVS CARVS.
— Mettius Carus.
— C. POPILIVS CARVS PEDO.
— SALVIVS CARVS.
— L. SALVIVS CARVS.
— SEIVS CARVS.

387 CASCELLIVS. *Titulus ei positus est Marruvinus IX 3666 ab una parte hodie mutilus.*

Praenomen patris periit, tribu Sergia. — [II]IIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis VIII, [qu]aestor, praetor, [praefectus fru]menti dandi, [proconsul p]rovinciae Siciliae. — *Versu extremo* ..... I. DELAT. DEC. ET POPVLI *honor quidam municipalis ei delatus videtur memoratus esse.*

388 Cascellius, medicus *Martial. 10, 56, 3.*

389 A. CASCELLIVS *memoratur ut testis senatus consulti de Oropiis Inscriptiones Graeciae septentrionalis I 413.*

A. Cascellius *tit., Pomponius, Horatius, ceterum* Cascellius. A. f., tribu Romilia *tit.* — Fuit quaestorius nec ultra proficere voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret *Pomponius Digest. 1, 2, 2, 45. Quaestor certe ante annum 681 = 73 a. C., quo anno testis senatus consulti fuit.* Senex et orbus temporibus triumvirum *Valerius Maxim. 6, 2, 12. In vivis eum fuisse, cum Horatius de arte poetica scriberet, ex versu 371* 'nec scit quantum Cascellius Aulus' *nequaquam statuere necesse est.*

Volcatius Cascellium ius civile docuit *Plin. n. h. 8, 144;* 'A. Cascellius Quintus Mucius Volusius auditor' *corrupte traditur apud Pomponium l. l. cf. adnot. Mommseni, qui coniecit* 'Quinti Muci auditoris Volcacii anditor'; denique in illius honorem testamento Mucium nepotem eius reliquit heredem *ibd.* Iure consultus clarissimus *ibd., Valer. Maxim., Horat. l. l., Ammian. 30, 4, 12.* Cascellii scripta non extant nisi unus liber bene dictorum *Pomponius l. l.* Dicta eius *Quintilian. institut. 6, 3, 87 = Macrob. sat. 2, 6, 1 et ibd. § 2.* Sub triumviris compelli non potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, formulam componeret *Valer. Max. l. l. (cf. Macrob. l. l.* 'iure consultus urbanitatis mirae libertatisque'). *Perperam ex verbis Valerii Maximi iuris periti quidam, veluti Karlowa, Römische Rechtsgeschichte I p. 487 contra Pomponium statuerunt Cascellium tempore proscriptionum praetoris locum obtinuisse, cum Valerium non de praetore, qui formulas dabat, sed de homine privato, qui consulentibus componebat, agere manifestum sit. — Memoratur pluries in Digestis a Iavoleno et Vlpiano cf. Lenel, Palingenesia I p. 107.*

— M. ANTONIVS CASCELLIVS.

390 CASCONIA MARCELLINA, clarissima femina, quae vixit annis LVII; Casconia Marcellina filia, clarissima femina, posuit ei *t. sepulcralem III 1986 cf. III S. 8572 Salonitanum.*

— CN. PEDIVS CASCVS.

— Q. Fab[ius] Caspe ... *vel* Carpe ..

391 Casperius, centurio anno 51 sub Caelio Pollione praefecto castello Gorneis in Armenia praeerat *Tac. a. 12, 45. 46;* anno 62 a Domitio Corbulone ad Vologaesem regem Nisibim legatus missus est *ibd. 15, 5.*

392 Casperius Aelianus, praefectus praetorio sub Domitiano *Philostrat. vit. Apollonii Tyan. 7, 16–20. 22. 32. 40, Dio 68, 3;* denuo sub Nerva,

contra quem seditionem praetorianorum movit *Dio l. l., (Vict.) Epitome 12*; propterea a Traiano sub initium imperii occisus est *Dio 68, 5.* — Amicus Apollonii Tyanaei *Philostrat. l. l.*

393 L. Casperius Aelianus *Amisi in Ponto dedicavit t. bilinguem III S. 6976. Parentela coniunctus videtur cum Casperio Aeliano qui praecedit; num idem sit, plane incertum est neque minus ad quem pertineant tegulae Pompeianae inscriptae* Casperi Aeliani *Notizie degli scavi 1887 p. 251. — Ad familiam Casperii Aeliani praefecti fortasse pertinent et* L. Casperius Abascantus et Casperia Aeliane parentes L. Casperi Fauni *XIV 2336.*

394 Casperius Aemilianus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Septimii Severi 13, 4.*

395 Casperius Agrippinus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Septimii Severi 13, 3.*

396 Casperius Niger, e militaribus viris a. 69, cum Capitolium a Vitellianis expugnaretur, occisus *Tac. h. 3, 73.*

— IVLIA CASSIANA.

397 IMPERATOR CAESAR M. CASSIANIVS LATINIVS POSTVMVS AVGVSTVS.

Tituli in columnis miliariis: a) Britanniae VII 1161 (1), ad eundem fortasse pertinent frustula t. 1162, praeterea invenitur cohors I Aelia Dacorum Postumiana *VII 820. 822; b) Hispaniae Tarraconensis II 4919 (2). 4943 (3); c) Germaniae Brambach, Corpus inscriptionum Rhenanarum 1948 (4) admodum mutilus; d) Galliae Fabretti, Inscriptiones antiquae p. 413 n. 362 (5), duos edidit de Villefosse Revue archéologique ser. II t. XXXVII (1879) p. 265 (6). 267 (7), duos alios idem indicavit l. l. p. 265.*

Nummi extant plurimi descripti apud de Witte, Empereurs des Gaules p. 5 sqq., tab. 1–24, cf. de moneta Postumi Eckhel VII p. 445.

Plena nomina perscripta exhibent t. 1. 3. 7, reliqui breviata vel mutila. Imp. C. M. Cass. Lat. Postumus P. F. Aug. *sive* Imp. C. Postumus P. F. Aug. *in nummis.* — Cassius Labienus Postumus *traditur (Vict.) Epitom. 32, ceterum* Postumus *apud scriptores, nisi quod* Iulius Postumus *dicitur vit. trig. tyr. 6, 6, ubi* Iulii Atheriani *cuiusdam verba se afferre nescio an fingat biographus.*

Obscurissime natus *Eutrop. 9, 9.* Dux imperatoris Gallieni, qui ei curam riparum Rheni mandaverat, ut Germanos ab incursionibus in fines Romanorum arceret *(sic Zonaras,* ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς στρατιωτῶν ἐμπεπιστευμένος *Zosimus)*; cum Gallienus contra Gothos profectus filium maiorem *(scilicet P. Licinium Cornelium Valerianum Caesarem, male* Saloninum *Zosimus nec minus male Zonaras* παῖδα ἔχων ὁ αὐτοκράτωρ οὗτος (= Γαλιῆνος) ὁμώνυμον) sub tutela Silvani (Albani *Zonaras*) in Colonia Agrippinensi reliquisset, ut Galliis praeesset, Postumus inimicitiis inter eum et Silvanum ortis Coloniam obsedit, Agrippinenses, ut Silvanum et Valerianum dederent, coegit deditosque interfecit at-

que ipse imperium sumpsit *Zosimus 1, 38, Zonaras 12, 24, minus accurate vit. Gallieni 4, vit. trig. tyr. 3, Victor Caes. 33, Epitome 32, Eutrop. 9, 9. Agnitum eum esse in Galliis, Britannia, Hispania Tarraconensi docent tituli.*

Gallienum duas expeditiones contra Postumum rebellem iniisse *refert Zonaras l. l., sed nescio an altera, in qua Gallienus, cum urbem Gallicam obsideret, sagitta vulneratus esse perhibetur, inde solum orta sit, quod Zonaras, ut persaepe in hac operis parte, de eadem re ex diversis chronicis excerpta consarcinavit. Ad alteram Zonarae spectat et vit. Gallieni 4, 4 cf. vit. trig. tyr. 3, 5*; legatio Gallieni ad Postumum memoratur *Continuat. Dionis V p. 223 ed. Dindorf, confusa sunt quae praeterea afferuntur vit. Gallieni 7, 1, trig. tyr. 11, 3. Zosimus 1, 40 tantum memorat* Gallienum rebus Scythicis occupatum Aureolo mandasse, ut Postumum ne in Italiam transiret, prohiberet.

Postumus ita imperavit, ut consumptas paene provincias ingenti virtute et moderatione reparaverit *Eutrop. 9, 9*, restitutor Galliar(um) *in nummis 256 sqq.* Germanos devicit *Vict. Caes. 33, trig. tyr. 3, 6*; Germanicus *passim in nummis cf.* victoria Germanica *in numm. 331–335. Imperium quod tenebat Postumum, tamquam vere Romanum esset, instituisse tituli nummique indicant. Itaque et consul ipse se dixit quinquies* (cos. V *in nummis 239. 240*) *et invenitur in nummis aeneis 30–32. 37 etc.* s(enatus) c(onsulto). Periit tumultu militari cum contra (Vlpium Cornelium) Laelianum rebellem profectus Mogontiacum urbem, cuius incolae Laelianum iuverant, militibus diripiendam tradere noluerat *Victor, Eutrop. l. l.* Imperavit annos decem *Eutrop., quocum consentiunt nummi indicantes* trib. pot. X *n. 239. 240,* vo(ta) XX *240.*

Trebellium Pollionem, cuius indolem recte iam pridem perspectam habuit Eckhel, idem in historia Postumi plus semel mentiri iure monuit cf. p. 446. 448. Veluti Postumus iunior, qui a patre Caesar ac deinceps Augustus nuncupatus est *vit. trig. tyr. 4, 1 fictus est a Pollione ad numerum triginta tyrannorum explendum neque magis agnoscunt nummi (M. Piavonium) Victorinum a Postumo in participatum imperii vocatum. Cum Pollio propositum haberet, ut imperatores Galliarum summis laudibus vel ementitis efferret, contra consensum reliquorum scriptorum finxit* plerosque tradidisse filium Gallieni non a Postumo, sed a Gallis occisum esse *vit. trig. tyr. 3, 3. In huius 'auctoris totiens mendacis' testimonio unius positum est, quod viri docti usque adhuc regni spatium Postumi intra a. 258–268 statuerunt, quamquam Eckhel iure in dubium vocaverat. In actis enim fictis vit. Claudii 4, 4; 7, 4–5 auctor simulat Tetricum Gallias rexisse, cum Claudius imperium iniret, ita ut Postumum aliquanto ante sub Gallieno occisum esse ponere necesse esset. Quod mendacium quo probabilius efficeret, regnum Postumi in* septem annos *contraxit vit.*

Gallieni 4, 5, trig. tyr. 3, 4; 5, 4. At Victorinum, cui Tetricus successit, sub Claudio demum imperium sumpsisse *refert Epitome 34,* et biennium quidem *(Vict. Caes. 33, Eutrop. 9, 9)* imperasse *confirmat nummus inscriptus* trib. pot. III *de Witte Victorin. n. 69. Quocum consentit Zonaras 12, 26 p. 150, qui diserte* Postumum etiam imperasse refert quo tempore Claudius imperator salutatus est; distulisse autem Claudium bellum contra tyrannum, ut antea Gothos imperio expelleret. — *Accurate quando Postumus regnum inierit, quando fato functus sit, ideo definiri nequit, quod de tempore quo filius Gallieni obierit, non satis constat. Sed probabile est Postumum intra a. 259—269 imperium Galliarum tenuisse.*

Memoratur vit. Gallieni 9, 1, Claudii 7, 4, trig. tyr. 4, 1; 5, 5. 8; 8, 1; 10, 14; 31, 2, Aureliani 8, 2, Probi 13, 5, Ammian. Marcellin. 21, 16, 10.

398 .... CASSIANVS. *Titulus ei positus est urbanus mutilus VI 3830:* ..... fil(io) Cassian[o] *(sic supplendum est, non* Cassian[i], *ut editur in Corp. Inscr.)* .... o c(larissimo) v(iro) orato[ri] ..... [c]onsul[i].... *(suffecto aetate incerta). Fortasse aetatis posterioris.*

399 Cassianus, amicus quidam Martialis, ad quem scripsit *epigr. 3, 64*

400 Cassianus, sophista aequalis Flavii Philostrati Athenis docuit *Philostrat. vit. soph. 2, 33.*

— P. Antonius Cassianus.

— Q. ANTONIVS CASSIVS CASSIANVS.

— M. Aurelius Cassianus.

— M. AVRELIVS COMINIVS CASSIANVS.

— CLAVDIVS CASSIANVS.

— COCCEIVS CASSIANVS.

— C. EGGIVS AMBIBVLVS POM[PONIVS LON]GINVS CASSIANVS L. MAECIVS POS[TVMVS].

— IVLIVS CASSIANVS.

— TI. LICINIVS CASSIVS CASSIANVS.

— Cn. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.

401 CASSIVS, praetor ab (Titio) Aristone in decretis Fronti[ni]anis(?) memoratus *Pomponius Digest. 29, 2, 99.*

402 Cassius, mimus *Tac. a. 1, 73.*

403 Cassius inter medicos celeberrimos, quibus ducena quinquagena HS annua mercedes fuere apud principes *Plin. n. h. 29, 7.* Atimetum servum imperatori Tiberio legavit *Scribonius Larg. 120;* 'ingeniosissimus saeculi nostri medicus' *Celsus 1 praef. p. 11 ed. Daremberg;* medicamenta eius *Scribon. 120. 176, Celsus 4, 21; 5, 25, 12, Galen. XII p. 738, XIII p. 276. 286 ed. Kühn.*

404 Cassius quidam circa tempus necis imperatoris Gai Olympiam venit *Sueton. Caligul. 57.*

405 Cassius, miles insignis corporis robore anno 65 iussu Neronis Faenium Rufum vinxit *Tac. a. 15, 66.*

406 L. CASSIVS *publice honoratus t. Attico III 605, quem ad L. Cassium Longinum cos. a. 30 sine ulla idonea causa rettulit Dittenberger.*

407 L. CASSIVS ....., praefectus [aerari] [milit]aris imperatori Tiberio consuli IIII *(intra a. 21/30)* posuit *t. V 8845 Veronensem.*

408 L. CASSI[VS] ......, proconsul (Africae) *VIII 17329 t. Thabracenus mutilus.*

— AVIDIVS CASSIVS.

— D. PIVS(?) CASSIVS.

409 [CA]SSIVS AGRI[PPA?] (*vel* AGRI[PPINVS?]), consul (suffectus) anno 130: [Ca]ssio Agri[ppa] ..... Quarti[no] [c]os. XIIII k. [April.] *VI 2083 acta Arvalium.*

410 M. Cassius Agrippa, M. f., procurator Augusti, M. Cassii Pollionis frater *II 2112 t. Cordubensis.*

411 CASSIVS AGRIPPINVS. *Titulus sepulcralis eius versibus conceptus VI 1372:* ille ego qui quondam praetor paucisque diebus praetextatus agris iudex finisque regendi *etc.; fortasse significatur praetor is qui de finibus regendis iurisdictionem exercuerat.*

412 M. CASSIVS APOLLINARIS, consul (suffectus) cum M. Petronio Mamertino kal. Aug. a. 150 *dipl. mil. III S. p. 2213.*

413 (CASSIVS) APRONIANVS, legatus Ciliciae *sub Commodo Dio 69, 1; 72, 7,* Dalmatiae *(incerto tempore) id. 49, 36;* pater Cassii Dionis Cocceiani *l. l.*

414 Cassius Asclepiodotus, Nicaenus, qui magnitudine opum praecipuus erat inter Bithynos, Baream Soranum anno 66 accusatum non deseruit et ob id omnibus facultatibus exutus in exilium actus, sed postea a Galba restitutus est *Tac. a. 16, 33, Dio 67, 26.*

— T. IVLIVS MAXIMVS MA... BROCCHVS SERVILIANVS A. QVADRO-[NIVS] L. SERVILIVS VATIA CASSIVS CAM...

— Q. ANTONIVS CASSIVS CASSIANVS.

— TI. LICINIVS CASSIVS CASSIANVS.

415 CASSIVS CELER, C. f., IIIvir aere argento auro flando feriundo sub Augusto *in nummis Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 337.*

416 Cassius Chaerea, adulescens ferox animi a. 14 in exercitu Germanico militabat *Tac. a. 1, 32;* sub imperatore Gaio tribunus cohortis praetoriae, quem Gaius seniorem iam ut mollem et effeminatum omni probro denotare consuerat; cum aliis in Gaium coniuravit, imperatorem interfecit et ob id a Claudio occisus est *Sueton. Caligul. 56–58, Ioseph. ant. 19, 1, 3 sqq.; 19, 2, 2. 3; 19, 4, 4. 5, Dio 59, 29; 60, 3 (Zonaras 11, 7. 8).* Vt interfector Gai memoratur *Senec. dial. 2, 18, 3,*

epist. 4, 7, Tac. a. 1, 32, Victor Caes. 3, Zosim. 1, 6, Plutarch. Moral. p. 170 e.

417 CASSIVS CLEMENS, senator, cum Pescennii Nigri partes secutus reus factus esset, a Septimio Severo absolutus est dimidia parte bonorum concessa *Dio 74, 9 (Zonaras 12, 8).*

418 P. CASSIVS DEXTER *memoratur in senatus consulto a. 138 VIII 270 = VIII S. 11451 (1) et in t. Canusino uxoris IX 330 (2).*

Praenomen exhibent tituli. L. f., tribu Aemilia *t. 1.* — Quaestor a. 138 *t. 1;* proconsul, cui divus Pius rescripsit *Digest. 36, 1, 17, 17; 40, 5, 30, 6; 42, 1, 31.* VIIvir epulonum, maritus Anniae Rufinae t. *2.*

419 CASSIVS DIO COCCEIANVS, consul II anno 229 cum imperatore Severo Alexandro. — *In consulatu altero:* Cassius Dio Cocceianus *fragment. Vatic. 266 a,* Cassius Dio *III 3511. 5587, VI 2968, ceterum* Dio *fasti.* — Δίων ὁ Κάσσιος χρηματίσας, ὁ ἐπίκλην Κοκκήιος, οἱ δὲ Κοκκηιανός *Suidas s. v.* Δίων *p. 1410 ed. Bernhardy;* βιβλίον Κασσιανοῦ Κοκκιανοῦ ἢ Κοκκίου Δίωνος *Photius bibl. 71 p. 35, ceterum vulgo* Dio *apud posteriores.*

Patria ei fuit Nicaea urbs Bithyniae *Dio 75, 15* (Νικαιεύς *Suidas l. l.*), pater (Cassius) Apronianus *Dio 49, 36; 69, 1; 72, 7; cum Dione Cocceiano rhetore, qui et ipse Bithynus fuit, necessitudine quadam propter nomina coniunctus videtur, fortasse per matrem.*

Natus circa a. 155, cum patre fuit in Cilicia, cum pater ei provinciae praeesset *Dio 72, 7.* Anno 180 Romam translatus quaestura functus videtur, nam inde ab initio regni Commodi senator Romae fuit per totum eius imperium *Dio 72, 4 cf. 16. 17. 20. 21.* Ab imperatore Pertinace *(m. Ian.—April. a. 193)* cum aliis honoribus affectus tum praetor designatus est *Dio 73, 12. Consul I suffectus anno incerto, cf. 60, 2* ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες, *76, 16* ὑπατεύων εὗρον. Comes imperatoris Antonini (Caracalli) hieme a. 216/217 Nicomediae fuit *Dio 77, 17. 18; 78, 8.* Ab imperatore Macrino (a. 217/218) Smyrnaeis et Pergamenis praepositus *(scilicet curator vel legatus ad corrigendum statum civitatium);* hieme a. 218/219 Pergami fuit *Dio 79, 7.* Inde in Bithyniam profectus in morbum incidit, dein proconsul Africae nuncupatus *(sub initium imperii Alexandri)* in provinciam se contulit; unde in Italiam reversus recta paene in Dalmatiam cui legatus praeesset, postea in Pannoniam superiorem missus est *Dio 80, 1 cf. 49, 36.* Ex Pannonia reversum Alexander altero consulatu ornavit, quem extra urbem in Campania iniit *Dio 80, 5;* consul II a. 229 cum Alexandro *fasti.* Cum Alexandrum in Campania adiisset, ab eo in patriam dimissus statim in Bithyniam navigavit, ubi reliquum vitae se transacturum esse profitetur *80, 5 cf. 80, 1.*

Sub initium principatus Severi scripsit libellum περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων, δι' ὧν ὁ Σεβῆρος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤλπισε; qui cum imperatori placuisset, somnio monitus de rebus Commodi opus

confecit, quod cum item ab imperatore aliisque probatum esset, historiam populi Romani inde ab urbe condita usque ad Septimii Severi mortem scribere aggressus est additurus reliqua, quoad vita superesset *Dio 72, 23.* Ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις ὀγδοήκοντα, Περσικά, Γετικά, Ἐνόδια, τὰ κατὰ Τραϊανόν, βίον Ἀρριανοῦ τοῦ φιλοσόφου *Suidas l. l. Sed hic quoque Suidas ut solet diversorum opera confudisse videtur; nam ut Getica a Dione Chrysostomo scripta esse diserte testatur Philostratus vit. sophist. 1, 7, ita de reliquis libris quos praeter historiam Romanorum Suidas tribuit Cocceiano, ei fides vix habenda est.*

420 Cassius Festus, cui imperatores Severus et Antoninus rescripserunt *Vlpianus Digest. 48, 13, 5. Fortasse magistratus vel praeses.*

421 Cassius Hadrianus, cui divus Pius rescripsit *Marcianus Digest. 36, 1, 31.*

422 M. CASSIVS HORTENSIVS PAVLINVS, praetor urbanus, XVvir sacris faciundis *VI 318.*

423 C. CASSIVS INTERAMNANVS PISIBANVS PRISCVS, praetor a. 100 *VI 451.*

424 L. CASSIVS IVVENALIS, consul suffectus a. d. VI kal. Ian. a. 145/160 cum Q. Pomponio Musa *III dipl. mil. 42. 43 cf. III S. dipl. LXVIII. LXIX.*

425 Cassius Ligurinus, procurator Aug. (Septimii Severi ante a. 197) (Moesiae superioris) *III 6313 t. Moesiae sup.*

426 Cassius Longi[nus] *nescio quis memoratus esse videtur in t. evanido ancillae VI 22946.*

427 Cassius Longinus, vir gravissimus et sanctissimus, tutor Aemiliae Pudentillae uxoris Apulei *Apul. apol. 101.*

428 C. CASSIVS LONGINVS, consul suffectus anno 30 p. C. — *Nummi Antiocheni eius in adversa caput Claudii exhibent et inscriptionem* Imp. Ti. Claudius Aug. Ger(manicus), *in aversa* Ἐπὶ Κασσίου Ἀντιοχέων ἔτ(ους) ϛϙ *Eckhel III p. 280, Mionnet V p. 167 n. 175 uterque ex Morellio; similis descriptus est a Fiorellio, Catalogo di Museo di Napoli, Medagliere I n. 8875; alterum eiusdem nummi exemplum inscriptum* Δϙ *item ex uno Morellio afferunt Eckhel l. l., Mionnet n. 174, de quo dubitandum est, dum testis idoneus agnoverit. Nummus prior indicat a. 96 aerae Caesariensis = ab autumno a. 800/801 = 47/48.*

Filius (minor) L. Cassii Longini consulis suffecti a. 11 p. C. et filiae Q. Aelii Tuberonis *Pomponius Digest. 1, 2, 2, frater C. Cassii Longini consulis ordinarii a. 30.* Consul suffectus a. 30 cum L. Naevio Surdino *X 1233,* cum Quartino *falso Pomponius l. l.* Anno proconsulari 40/41 proconsul Asiae ab imperatore Gaio Romam adductus ut interficeretur, nece Gai servatus est *Dio 59, 29 (ubi praenomen positum est), Sueton. Calig. 57.* Legatus Syriae a. 47/48 *numm.,* a. 49 *Tac. a. 12, 11,* in qua legatione (Vibio) Marso successerat

Ioseph. ant. 20, 1, 1; res ab eo legato gestae *Tac. a. 12, 12. 13, Ioseph. ant. 15, 11, 4; 20, 1, 1.* Anno 58 delectus est Puteolanorum seditioni componendae *Tac. a. 13, 48;* sententiam in senatu dixit anno 58 *ibd. 13, 41,* anno 61 *ibd. 14, 43–44.* Cum L. Iunium Silanum filium fratris Lepidae uxoris educasset, ambo simul anno 65 a Nerone apud senatum imperium moliri insimulati sunt et Cassio quidem obiectatum est, quod inter imagines maiorum etiam C. Cassii *(percussoris Caesaris)* effigiem coluisset; senatus consulto Cassius in insulam Sardiniam deportatus est et senectus eius exspectabatur *ibd. 16, 7–9, Pomponius l. l., (male a Suetonio Ner. 37 dicitur occisus), Iuvenal. sat. 10, 16.* Revocatus a Vespasiano diem suum obiit *Pomponius l. l.* — Senex luminibus orbatus *Sueton. l. l.* — (Iunia) Lepida uxor *Tac. a. 16, 7.*

Ea tempestate Cassius ceteros praemiuebat peritia legum *Tac. a. 12, 12 (sub anno 49)*; prudentissimus vir, iuris auctor *Scriptores Gromatici I p. 17. 124. 399. 403.* Auditor Masurii Sabini *Paulus Digest. 4, 8, 19, 2,* cui successit *Pomponius l. l.,* Cassianae scholae princeps et parens *Plin. epist. 7, 24, 8.* Scripsit libros de iure civili: liber secundus *citatur ab Vlpiano Digest. 29, 2, 25, 3,* sextus *ab eodem ibd. 26, 1, 3, 2,* septimus *Paul. ibd. 37, 6, 2, 5,* octavus *Vlpian. ibd. 7, 1, 7, 3; 7, 1, 9, 5,* decimus *ab eodem ibd. 7, 1, 71 pr. Passim praeterea eius sententiae afferuntur a Gaio, in Digestis, in fragm. Vatic.; reliquias collegit Lenel, Palingenesia I p. 109 sqq.* Scripsit et notas ad Vitellium *Vlpian. ibd. 33, 7, 12, 27.*

429 L. CASSIVS LONGINVS, cousul suffectus anno 11 p. C. cum T. Statilio Tauro. — *In consulatu:* [e]x k. Iul. L. Cassius L. f. . . n Longinus *fasti Capitol.,* suf. L. Ca[ssius] *fasti Arvalium CIL I² p. 70,* X kal. Octobr. T. Statilio Tauro C. Cassio Longino cos. *XII 4333.*

Gener Q. Aelii Tuberonis, iure consulti *Pomponius Digest. 1, 2, 2, 51*; pater L. Cassii Longini consulis ordinarii a. 30 p. C., C. Cassii Longini consulis suffecti eiusdem anni. — Severa eius disciplina *Tac. a. 6, 15.*

430 L. CASSIVS LONGINVS, cousul (ordinarius) a. 30 p. C. cum M. Vinicio. — *In consulatu:* L. Cassius Longinus *X 1233 (fasti Nolani),* L. Cassius Long[inus] *VI 29681,* L. Cassius *fasti Arvalium CIL I² p. 71, Cassiodor., ceterum plerumque* Longiuus *fasti.*

Filius *(ex praenomine maior ut videtur)* L. Cassii Longini consulis suffecti a. 11 p. C., frater C. Cassii Longini consulis suffecti a. 30 p. C. Consul a. 30 *fasti,* consularis *Sueton. Calig. 24;* Seianus ei auctor fuit, ut contra Drusum Germanici filium ageret *Dio 58, 3.* Anno 33 Tiberius ei Drusillam filiam Germanici in matrimonium dedit; Cassius plebeii Romae generis, verum antiqui honoratique et severa patris disciplina educatus facilitate saepius quam industria commendabatur *Tac. a. 6, 15.* Anno 36 cum tribus aliis progeneris Tiberii delectus est aestimando

detrimento quod quisque ex Aventini incendio ceperat *ibd. 6, 45.* Imperator C. Caesar uxorem ei abduxit *Sueton. l. l.*

431 L. CASSIVS LONGIN(VS), C. f., IIvir (Polae) cum L. Calpurnio Pisone *V 54 t. Polensis; idem redit in t. liberti Tergestino V 583. Posse esse L. Cassium Longinum consulem a. 30 adnotavit Mommsen; at hunc fuisse L. f. paene certum est.*

432 Q. Cassius Longinus, iuris peritus, vir egregius *V 1026 cf. Additam. p. 1025 t. Aquileiensis, qui propter egregiatum non ante finem saeculi II positus videtur.*

433 Cassius Longus, praefectus castrorum anno 69 *Tac. h. 3, 14.*

434 L. CASSIVS MARCELLINVS, legatus Augusti pr. pr. (Pannoniae inferioris), consul designatus *t. Aquincensis III S. 10470. Cf. n. 440.*

435 CASSIVS MAXIMVS, proconsul Achaiae sub Traiano ante annum 118, cui successit Valerius Severus *CIG 1732 t. Phocicus.*

436 Cassius Mont[anus], procurator Augusti provinciae .... *(cuius nomen periit) memoratur in t. Arelatensi mutilo XII 671.*

437 L. Cassius Nomentanus (*sic plene Porphyrio, ceterum* Nomentanus) adeo sine respectu calculorum suorum prodigus, ut sestertium septuagies gulae ac libidini impenderit *Porphyr. ad Horat. sat. 1, 1, 101 p. 188 ed. Meyer*; ut nepos nominatur *Horat. sat. 1, 1, 101; 1, 8, 11 (ubi sepulcrum eius memoratur); 2, 1, 22; 2, 3, 175. 224,* ut homo gulosus cum Apicio componitur *Senec. dial. 7, 11, 1.*

438 CASSIVS PAPIRIVS, consul Avidii Cassii temporibus, iam prope exanimis *in epistula ficta imperatoris M. Aurelii vit. Clodii Albini 10, 11.*

438a Cassius Patavinus, homo de plebe cum convivio pleno proclamasset neque votum sibi neque animum deesse confodiendi Augusti, ab eo levi exilio punitus est *Sueton. August. 51.*

439 M. CASSIVS PAVLLINVS, IIIvir aere argento auro flando feriundo, tribunus militum legionis I Italicae, quaestor provinciae Macedoniae, ab actis senatus *VI 1373.*

440 CASSIVS PIVS MARCELLINVS, quaestor designatus, XVvir sacris faciundis anno 204 *acta saec.; ad eundem pertinere videtur t. Aquincensis III S. 13371 positus* pro s[alute] Casi *(sic)* Pi .... Marcellin[i] laticlavi *(tribuni)* leg. II Ad(iutricis) *etc. Potest idem esse atque L. Cassius Marcellinus n. 434.*

441 Cassius Salanus, praeceptor Germanici Caesaris *Plin. n. h. 34, 47* (Salan- *liber Vindobonensis,* Calan- *Bambergensis*). *Idem est* Salanus, ad quem scripsit Ovidius *ex Ponto 2, 5;* eloquium, facundia eius *ibd. v. 40. 69,* magister rhetoricus Germanici *v. 41 sqq.,* poeta *v. 63 sqq.*

442 P. CASSIVS SECVNDVS *memoratur in senatus consulto a. 138 VIII 270 = VIII S. 11451 (1) et in t. Lambaesitano VIII 2534 (2); ipse posuit legatus cippos terminales VIII S. 19132 (3). 19133 (4). 19134 (5).*

Plena nomina exhibent tituli omnes. — Legatus Augusti pr. pr. (Numidiae) sub Hadriano *t. 2–5.* Consul (suffectus) idibus Octobribus a. 138 cum M. Nonio Muciano *t. 1.*

443 Cassius Severus. Augustus commotus Cassii Severi libidine, qua viros feminasque illustres diffamaverat, cognitionem de famosis libellis specie legis maiestatis tractavit *Tac. a. 1, 73,* anno 12 p. C. *ut videtur ex Dione 56, 27.* Anno 24 in senatu relatum est de Cassio Severo exule, qui sordidae originis, maleficae vitae, sed orandi validus, per immodicas inimicitias ut iudicio iurati senatus Cretam amoveretur effecerat; atque illic eadem actitando recentia veteraque odia advertit, bonisque exutus interdicto igni atque aqua saxo Seripho consenuit *Tac. a. 4, 21. Vnde probabile est Severum ab Augusto circa a. 12 in Cretam exulatum esse et errasse Hieronymum, cum chron. ad a. Abr. 2048 = 785 = 32 p. C. adnotaret* 'Cassius Severus orator egregius — — XXV exilii sui anno in summa inopia moritur'. — *Immo, ut numero annorum exilii fides habenda sit, mortuus est sub finem imperii Tiberii.*

Orator insignis: iudicia de dicendi genere eius *Seneca controvers. 3 praef. 1–8, Quintilian. institut. 10, 1, 116. 117, Tac. dial. 19. 26.* Sub Augusto Nonium Asprenatem Torquatum veneficii accusavit *Quintilian. institut. 10, 1, 22; 11, 1, 57, Plin. n. h. 35, 164, Sueton. Aug. 56 (de tempore accusationis cf. quae supra adnotavi p. 165).* Multi ab eo accusati absoluti sunt, qua de re Augustus iocatus est *Macrob. sat. 2, 4, 9.* Publicam causam nunquam amplius agebat quam unam uno die; 'nec tamen scio, quem reum illi defendere nisi se contigerit' *Seneca l. l. § 5.* Accusatus est a Fabio Maximo *id. controvers. 2, 4, 11.* In causa privata contra M. Pomponium Marcellum egit *Sueton. de gramm. 22.* Orationes scriptas reliquit *cf. locos supra de dicendi genere allatos;* non ex his quae edidit aestimandus est, 'sunt quidem et haec quibus eloquentia eius *agnoscatur, auditus tamen (sic suppl. Bursian)* longe maior erat quam lectus *Seneca praef. l. l. § 3.* Dicta eius *Seneca controvers. 2, 4, 11; 3 praef. 16; 4 praef. 11; 7, 3, 8; 9, 3, 14; 10 praef. 8; 10, 5, 20, Quintilian. institut. 6, 1, 43; 6, 3, 27. 78. 79; 8, 2, 2; 8, 3, 89; 11, 3, 133, Sueton. l. l., Plutarch. Moral. p. 60 d.*

Cum declamaret, infra multos erat; itaque raro declamabat et nonnisi ab amicis coactus *Seneca controv. 3 praef. 7;* iudicium eius de declamatorum inanibus studiis *ibd. 8–18;* rixae eius cum Cestio *ibd. 16–17;* iudicium de Vario Geminо *id. suasor. 6, 11;* sententiae eius *id. controvers. 9, 2, 12; 10, 4, 2. 25,* color *ibd. 7, 3, 10.*

Praeter orationes eum alia scripta in iisque libellos famosos in homines illustres edidisse ex Tacito (v. supra) apparet; originem gentis Vitelliorum irriserat *Sueton. Vitell. 2.* Scripta eius senatus consulto abolita imperator Gaius requiri et esse in manibus lectitarique permisit *Sueton. Calig. 16.* Auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 35.* Cassius Severus ad Maecenatem citatur *Charis. Gramm. Lat. I p. 104 = Priscian. II p. 333,* Cassius Severus *(ex libro incerto) Diomed. I p. 371;*

dubium videtur num Severus significetur Diomed. I p. 373 (ubi traditur Accius Cassius ad Tiberium) = *Priscian. II p. 489 (ubi nude* Cassius ad Tiberium). — Cassius Severus inter historicos laudatur *Tertullian. ad nation. 2, 12 = apolog. 10, ubi collatis Minuc. Fel. Octav. 21 et Lactant. institut. 1, 13 errorem subesse Tertulliani inter omnes constat.*

Corporis magnitudine conspicuus *Seneca controv. 3 praef. 3,* ci Armentari murmillonis similitudo obiecta est *Plin. n. h. 7, 55 (inde Solin. 1, 82).* — Summus Publilii Syri amator *Seneca controv. 7, 3, 8.* — *Memoratur Quintilian. institut. 12, 10, 11. — Perperam in codicibus quibusdam Horatii epod. 6 inscriptum est* in Cassium Severum *cf. Kiessling ad l. l.*

— [STAT]ILIVS CASSIVS TAVRINVS.

444 CASTA, Caecilii Classici uxor, in causa mariti mortui a Plinio rea facta absoluta est *Plin. epist. 3, 9, 18–20. 29. 34.*

— Maria Casta.

445 Castellanus, libertus (L. Iunio) Gallioni simillimus *Plin. n. h. 7, 55.*

— C. IVLIVS SEPT(IMIVS) CASTINVS.

446 Castor, centurio in Aegypto, minister Avillii Flacci *Philo adversus Flaccum II p. 529 sq. ed. Mangey.*

447 Castor, cubicularius imperatoris Septimii Severi, optimus tunc omnium aulariorum *Dio 76, 14 (Zonaras 12, 10).*

— Antonius Castor.

— ACCIA ASCLEPIANILLA CASTOREA.

448 Castr.... (*fortasse* Castr[icius]), [procurator] provinciae Africae *memoratur in t. Arelatensi mutilo XII 671.*

449 Castricius, qui κηπουρικά scripsit, auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 19, aliunde non notus.*

450 Castricius e reorum numero ab Augusto precibus ereptus, quod de coniuratione Murenae indicium tulerat *Sueton. August. 56.*

451 T. Castricius, rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit Romae locum principem declamandi ac dicendi, summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in mores atque litteras spectatus *Gellius 13, 21, 1;* magister Gellii *1, 6, 4; 2, 27, 3; 11, 13, 1; 13, 22.* 'Castricius noster' *ut vivus memoratur Front. ad amic. 2, 2 p. 190 ed. Naber.*

451a Castricius Firmus, auditor Plotini philosophi *Porphyrius vit. Plot. 2,* cui dedicavit Porphyrius libros περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων *cf. 1, 1; 2, 1; 3, 1; 4, 1.*

452 A. CASTRICIVS MYRIO, Talenti filius, tribunus militum, praefectus equitum et classis, magister collegiorum Lupercorum et Capitolinorum et Mercurialium et paganorum Aventinensium, XXVIvir *XIV 2105 t. Lanuvinus a fine mutilus. — Propter vigintisexviratum homo pertinet ad finem liberae rei publicae vel ad initium imperii Augusti.*

453 Castricus, poeta et amicus Martialis, ad quem scripsit Martialis *epigr. 6, 43; 6, 68; 7, 4; 7, 37; 7, 42.*

454 Castrius Cinna, ὁ κράτιστος, procurator ducenarius, *publice honoratus t. Milesio Revue archéologique série II vol. XXVIII (1874) p. 109.*
— L. Artorius Castus.
— L. Fulvius Castus Ful[vianus?].
— IVL(IVS) CASTVS.
— M. TINEIVS OVINIVS CASTVS.
— Valerius Statilius Castus.
— L. Iul(ius) Cat...
455 C. CATELIVS MODESTINVS, frater Arvalis anno incerto imperatoris Marci *VI 2095 acta Arvalium.*
— AELIA CATELLA.
— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER.
456 Catellius Rufinus imperatori Gordiano et Furiae Sabinae Tranquillinae uxori posuit *VIII 9963 t. Mauretan. Caesariens.*; procurator eorum *tit.*
457 Catianus, ad quem Martialis scripsit *epigr. 6, 46.*
458 Catiena, scortum quoddam nobile *Iuvenal. sat. 3, 133.*
458a Catienus, actor tragoediarum nobilis *Horat. sat. 2, 3, 61 cum schol.*
459 Catilina (οὐχ ὁ συνωμότης, ἀλλ' ἕτερος) latine de re militari scripsit *Ioannes Lydus de magistr. 1, 47; ceterum ignotus.*
460 CATILIVS SEVERVS dictus est ex proavo materno *(cf. n. 463)* principio aevi sui qui postea fuit M. Annius Verus sive M. Aurelius Antoninus *vit. Marci 1, 9 cf. supra A 537 p. 71.*
461 CN. CATILIVS SEVERVS, frater Arvalis adfuit in collegio anno 183 *VI 2099 (anno incerto Marci VI 2098?) acta Arvalium.*
462 CN. CATILIVS SEVERVS, frater Arvalis a. 213. 218 adfuit in collegio *VI 2086. 2104 acta Arvalium; idem videtur* Catilius Severus, cognatus Alexandri Severi, vir omnium doctissimus qui fuit in consilio eius *vit. Alexandri Sev. 68, 1.*
463 L. CATILIVS SEVERVS, consul II anno 120 cum T. Aurelio Fulvo. — *Memoratur in t. Thyatireno CIG 3509; falso ad eum relatus est t. mutilus Lyciae Bulletin de correspondance Hellénique X (1886) p. 46 cf. infra sub D. Rupilio Severo.*

In consulatu altero: L. Catilius Severus *VI 2080. 9100. 27041, ceterum* Severus *fasti.* — Catilius Severus *tit., item apud scriptores.*

Consul I (suffectus) anno incerto sub Traiano. Autumno anni 117 Hadrianus eum legatum Syriae praeposuit *vit. Hadrian. 5, 10.* Consul II anno 120 *fasti cf. vit. Pii 2, 10, vit. Marci 1, 4.* Proconsul Asiae *(sub Traiano vel Hadriano) tit.* Praefectus urbi anno 138 *vit. Hadrian. 24, 6, vit. Marci 1, 4;* T. Aurelii Fulvi adoptionem tunc factam esse (die 25 mensis Februarii a. 138 *cf. supra p. 207*) speciatim doluit, cum sibi praepararet imperium; qua re prodita successore accepto dignitate privatus est *ibd.*; Hadrianus graviter eum insecutus est *ibd. 15, 7.*

Proavus maternus M. Annii Veri qui postea imperavit *vit. Marci 1, 4. 9, scilicet pater P. Calvisii Tulli, patris Domitiae Calvillae, matris M. Annii Veri cf. stemma supra p. 73; nam cum Domitiam Calvillam sive rectius Lucillam (minorem) filiam P. Calvisii Tulli et Domitiae Lucillae (maioris), per matrem Cn. Domitii Lucani neptem fuisse constet (cf. D 157. 158), L. Catilius Severus proavus maternus M. Aurelii dici non potuit, nisi fuit avus paternus Domitiae minoris, pater P. Calvisii Tulli. Neque vero hunc nomina paterna omnino abiecisse ponere necesse est, sed more illius aetatis ut homo polyonymus illa conflasse potest cum aliis ab uno ex maioribus maternis deductis. Quod autem coniecit Mommsen (apud Kaibel, Epigrammata graeca p. 536 n. 888a) hunc L. Catilium Severum intellegendum esse* Severum, patrem Vmmidi Qua[drati] ᾧ βασίλειον Ἁρμονίῃ θάλαμον πῆξατ' ἐπ' εὐγαμίῃ *(scilicet qui Asianorum regis alicuius filiam duxisset uxorem) in t. Ephesio Ancient Greek Inscriptions III p. 188 n. DXXXIX, ea coniectura a vero abhorrere mihi videtur. — Hic videtur proavus quem nominibus omissis laudat Marcus* εἰς ἑαυτόν *1, 4.* — Amicus Plinii, qui ad eum scripsit *epist. 1, 22; 3, 12.*

464 L. Catillius Livianus, procurator M. Iulii Philippi Augusti *memoratur in miliario Africano Ephem. ep. 7, 674. Idem videtur* Livian(us) proc(urator) qui pro salute et victoria et reditu Gordiani *(III)* Augusti posuit *t. Mauretaniae Caesariensis Ephem. ep. 5, 1044.*

— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLCINIANVS.

465 CATIN(IVS) CANIDIANVS, clarissimae memoriae vir, Canidiae Albinae filius, Catiniae Acilianae consobrinus *II 111 t. Eborensis a consobrina positus.*

466 CATINIA ACILIANA, M. f., clarissima femina, consobrina Catinii Canidiani, cui posuit *t. Eborensem II 111.*

467 T. Catius *memoratur in titulo Smyrnaeo Lebas-Waddington 33; fortasse magistratus Romanus.*

468 TI. CATIVS CAESIVS FRONTO, consul (suffectus) anno 96 a. d. VI id. Oct. cum M. Calpurnio .... co. — *Tituli: memoratur in actis Arvalium VI 2074 (1). 2075 (2), in t. vilici IX 3571 (3), fortasse et in t. mutilo IX 3578 v. 11.*

In consulatu: Ti. Catius [Fro]nto *III dipl. mil. 18 cf. III S. dipl. XXVI. Plena nomina extant in t. 1. 2,* Catius Fronto *t. 3. Apud scriptores* Catius Fronto *sive* Fronto.

Consul mense Octobri a. 96 *dipl. mil. et Dio 68, 1, ubi dictum eius consulis de imperiis Domitiani et Nervae refertur.* Defendit in senatu reos Marium Priscum a. 99/100 *Plin. epist. 2, 11, 3. 18;* a. 103/104 (C.) Iulium Bassum *ibd. 4, 9, 15;* a. fere 107 Varenum Rufum *ibd. 6, 13, 3.* — Frater Arvalis adfuit in collegio a. 101. 105 *t. 1. 2.*

'Clarum militiae, Fronto, togaeque decus' *quem alloquitur Martialis epigr. 1, 55, 2, quis significetur ignoramus; de Catio Frontone vix recte cogitatur, quippe qui in causis potissimum dicendis versatus esse videatur (cf. Plin. epist. 3, 11, 3* 'vir movendarum lacrimarum peritissimus').

469 T. CATIVS CATVLLINVS SESTIVS SECVNDINVS, praetor urbanus regionis XII *VI 760* (SESTL. *pro* SESTI *in lapide*) *cf. Mommsen, Staatsrecht II² p. 516.*

470 CATIVS CELER *memoratur in titulis graece scriptis Thraciae Bulletin de correspondance Hellénique VI (1882) p. 183 n. 6 (1), qui t. Gordiano III dedicatus est, et in t. miliarii sub eodem positi Revue archéol. sér. II vol. XVIII (1868) p. 441 (2), qui male descriptus corrigendus est ex t. 1.*

Κατίου Κελερ... *t. 2,* Καττίου Κέλερος *t. 1 (ut omnino non semel in eodem homine inveniuntur formae* Catius *et* Cattius *veluti cf. n. 473).* — Legatus Augusti pro pr. Thraciae sub Gordiano III *t. 1. 2.*

Cattius Celer *qui cum tribus aliis Cattiis in t. Cattiae mulieris cuiusdam memoratur in t. IX 2778 (cf. n. 480) reperto Boviano vetere, num idem sit, diiudicari nequit.*

471 SEX. CATIVS CLEMENTINVS PRISCILLIANVS, consul a. 230 cum L. Virio Agricola. *In consulatu:* Sex. Catius Clementinus *III dipl. mil. 51,* Sex. Catius C[lementi]nus *VI 1984;* Pricillianus *fasti graeci,* Priscilianus *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 231, ceterum* Clementinus *fasti.*

471a Catius Crispus, municipalis (rhetor quidam aetate Augusti) *Seneca suasor. 2, 16.*

472 Catius Lepidus *(nomen gentilicium servavit codex Asburnhamianus),* amicus Plinii, ad quem scripsit *epist. 4, 7.*

473 P. CATIVS SABINVS, consul II anno 216 cum P. Cornelio Anullino. *Tituli: ipse dedicavit urbanum versibus conceptum VI 313 (1), item carmen, quod pertinet ad ludos Castorum Ostiae celebratos XIV 1 (2); memoratur in t. urbano VI 364 (3).*

In consulatu: P. Catius Sabinus *III dipl. mil. 49,* Catius Sabinus *XIV 2596,* Cattius Sabinus *II 2221. 2663, ceterum* Sabinus *fasti.* — .. Catius Sabinus *t. 3,* Catius *t. 2 v. 5* Sabinus *v. 6,* Catius *t. 1.* — Vir clarissimus *t. 1.*

Praetor urbis *(= urbanus) t. 1, item ad praeturam urbanam spectat quod ipse se dicit t. 2* 'urbanis fascibus auctum'. *Consul I suffectus anno incerto saeculi II ineuntis.* Curator aedium sacrarum operumque publicorum anno 210 *t. 3.* Consul II anno 216 *fasti.* — *Potest idem esse* P. Catius Sabinus, *qui memoratur in t. servi V 7677.*

— L. CATTIVS SEVERVS *vide* Cattius.

474 TI. CATIVS SILIVS ITALICVS. Consul anno 68 cum P. Galerio Trachalo. — *Nummi a) Smyrnae b) Dorylaei c) Blaundi sub Vespasiano cusi, qui in parte aversa exhibent* Ἀνθυ(πάτῳ) Ἰταλικῷ *vel* Ἐπὶ Ἰταλικοῦ *Waddington, Fastes n. 98.*

In consulatu: plena nomina extant VI 1984. Silius *Frontin. de aquis 102,* Silius Italicus *Prosper, ceterum* Italicus *fasti.* — Italicus in *nummis;* Silius Italicus *apud Tacitum, Plinium et in codicum inscriptionibus Punicorum;* Silius *apud Martialem, ceterum* Italicus.

Consul anno 68 *fasti cf. Plin. epist. 3, 7, 9. 10, Martial. epigr. 7, 63, 9; 8, 66.* Sub Nerone credebatur sponte accusasse, sed in Vitellii amicitia sapienter se et comiter gesserat *Plin. l. l. § 3;* a Vitellio mense Decembri a. 69 ad colloquia de pace cum Flavio Sabino adhibitus *Tac. h. 3, 65.* Proconsul Asiae sub Vespasiano *nummi,* ex proconsulatu Asiae gloriam reportavit *Plin. § 3.* Deinde otiosus litteris operam dabat, cum esset inter principes civitatis sine potentia, sine invidia; novissime ita suadentibus annis ab urbe secessit seque in Campania tenuit; ibi in Neapolitano suo cum annum quintum et septuagensimum excessisset, anno fere 101 inedia vitam finivit *Plin. l. l.*

Orator et poeta: 'Silius Ausonio non semel ore potens' *Martial. 9, 86, 2,* 'hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum, hunc loquitur grata plurimus ore cliens' *id. 7, 63, 7–8 cf. 11, 48, 4.* Scribebat carmina maiore cura quam ingenio *Plin. l. l. § 5,* in iis Punica *Martial. 4, 14,* quae extant *(cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der römischen Literatur § 320[5]),* sub Domitiano *Sil. Punica 3, 594 sqq.* Cum a scribendo vacaret, doctissimis sermonibus dies transigebat *Plin. l. l. § 4,* cum Epicteto philosophatus est *Epictet. diss. 3, 8, 7.* Patronus Martialis poetae qui ad eum scripsit *epigr. 4, 14; 7, 63; 8, 66; 9, 86; 11, 48. 49,* praeterea eum laudat *6, 64, 10.* Annaeus Cornutus *(cf. A 450)* ad Italicum de Vergilio libro X *Charis. Gramm. Lat. I p. 125.*

Liberos duos habuit, ex quibus minorem Severum nomine amisit *Plin. l. l. § 2,* in cuius mortem Martialis scripsit *epigr. 9, 86;* sed maiorem melioremque florentem atque etiam consularem reliquit *Plin. l. l.,* in cuius consulatum Martialis scripsit *epigr. 8, 66.* — Plures in isdem locis villas possidebat *Plin. l. l. § 8 (ubi de Campaniae locis si minus solum at potissimum cogitandum esse ex contextu apparet, cum Plinius de secessu Campano Silii agat.)* Possidebat monumentum Vergilii Neapolitanum et fundum qui quondam Ciceronis fuerat *Plin. l. l. § 8, Martial. 11, 48. 49. Id fuisse Tusculanum de Rossi Bullettino comunale 1882 p. 141 sine idonea causa sibi persuasit, quod Tusculi t. mutilus XIV 2653 repertus est* D. M. Crescenti Sili Italici collegium salutarem ..., *qui t. sane ad poetam vel ad filium spectare potest.*

475 Catia, 'matronae praeter faciem nil cernere possis, cetera, ni Catia est, demissa veste tegentis' *Horat. sat. 1, 2, 95 sq.* Catia ob pulcritudinem crurum pudore neglecto alta veste utebatur; haec autem adeo vilis fuit, ut in aede Veneris theatri Pompeiani adulterium cum Valerio Siculo tribuno plebis admiserit *Porphyrio ad l. l. p. 196 ed. Meyer.*

476 Catia Cle[me]ntina, uxor Ialli Ba[ss]i, mater Ialliae Clem[en]tinae *in t. filiae inscripto sarcophago reperto in crypta Lucinae quae dicitur de Rossi, Roma sotterranea I p. 369, II p. 366 tab. I n. 31, fig. 12 cf. Bullettino di archeologia christiana III (1865) p. 78 sq.:* Ialliae Ialli Ba[ss]i et Catiae Cle[me]ntinae fil. pi[issim]ae matri Clem[en]tinae in pac[e] Ael. Cle[m]ens [f]ilius; *unde filiam quidem et nepotem Christianos fuisse patet, sed parentes quoque a maiorum fide defecisse sine causa statutum est. Catia Clementina necessitudine coniuncta videtur cum Sex. Catio Clementino Priscilliano supra n. 471.*

477 .... CATO, ... legatus Caes...... (Lusitaniao) *posuit II 608 t. Metellinensem Augusto nescio cui saeculi primi ut videtur.*

— M. PORCIVS CATO.

478 Catonius Iustus, primi ordinis centurio in exercitu Pannonico a. 14 *Tac. a. 1, 29;* praefectus praetorio a. 43 iussu Messalinae occisus *Dio 60, 18, Seneca apocolocynt. 13.*

— M. MACRINIVS AVITVS CATONIVS VINDEX.

479 Cattha, mulier fatidica, cui velut oraculo Vitellius adquiescebat *Sueton. Vitell. 14.*

480 L. CATTIVS SEVERVS, '[f]lorentissimus co(n)s(ulatus) L. Catti Severi' *memoratur in t. mutilo IX 2778 Cattiae mulieris cuiusdam et Cattiorum quattuor filiorum.*

481 Catualda, nobilis Gotonum iuvenis profugus olim vi Marobodui, anno 18 hunc regno expulit; paulo post ipse pulsus Hermundurorum opibus et Vibilio duce receptus a Romanis et in coloniam Forum Iulium missus est *Tac. a. 2, 62. 63.*

— Blitius Catulinus.

482 Catulla, moretrix *Iuvenal. sat. 2, 49; 10, 322.*

483 Catulla, ...ninia et Catulla ... filiae et here[des] *parentibus, quorum nomina perierunt, t. posuerunt VI 2121 mutilum, ubi pater dicitur* pontifex maior, *id quod ante Aurelianum non inveniri nescio num recte vulgo statuatur.*

— Octavia Catulla.

— L. CAELIVS PLAVTIVS CATVLLINVS.

— T. CATIVS CATVLLINVS SESTIVS SECVNDINVS.

— Q. FABIVS CATVLLINVS.

— SEX. TEIDIVS CATVLLINVS.

— VALERIVS CATVLLINVS.

— Valerius Catullinus.

484 Catullus, mimographus *Iuvenal. sat. 13, 111 cum schol.;* Laureolus mimus eius pridie ante Gai imperatoris necem in scaenam ductus *Tertullian. adversus Valent. 14, Iuvenal. l. l. cf. Sueton. Calig. 57, Ioseph. ant. 19, 1, 13, Martial. lib. spect. 7;* Phasma Catulli *Iuvenal. 8, 186;* facundi scaena Catulli *Martial. 5, 30, 3 cf. 12, 83, 4.*

485 Catullus, τῆς Πενταπόλεως Λιβύης ἡγεμών Iudaeos quosdam in Cyrenaica rebellantes a. 73 oppressit, deinde alios innocentes et Cyrenaicos et Alexandrinos et Romae degentes in iisque Iosephum criminibus falsis frustra apud Vespasianum accusare studuit; paulo post mortuus est *Ioseph. bell. 7, 11 cf. vit. 76.*

486 Catullus, amicus Iuvenalis *Iuvenal. sat. 12, 29. 37. 93.*

— Clodius Catullus.

— L. VALERIVS CATVLLVS.

— L. Valerius Catullus.

— [VALERIV]S CATVLLVS MES[SALINV]S.

— L. VALERIVS CATVLLVS MESSALINVS.

487 Catulus, 'vivant Artorius istic (= *Romae*) et Catulus' *Iuvenal. sat. 3, 29. 30; homo ceterum ignotus.*

488 Catulus, Memmia uxor Alexandri Severi, Sulpicii consularis filia, neptis Catuli fuit *vit. Alexandr. 20, 3; Memmia uxor Alexandri neque in titulis neque in nummis invenitur.*

488a Catulus; epistrategus Thebaidis (ταγὸς ὁ Θηβαΐδος) *in carmine inscripto in Memnonis statua CIG 4745.*

— Cinna Catulus.

— M. IVNIVS SILANVS LVTATIVS CATVLVS.

— Otacilius Catulus.

— Q. TARQVITIVS CATV[L]VS.

— Q. TREB[ELL]I[VS] CATVLVS.

— L. VOLVSENVS CATVLVS.

— Q. IVNIVS CATVRICVS FAVSTINVS.

489 Catus Decianus, procurator Britanniae anno 61 post Camulodunum coloniam a Britannis expugnatam et dirutam odiis provinciae trepidus in Galliam transiit *Tac. a. 14, 32. 38, Dio 62, 2.*

— .. CATVS? P. VALERIVS PRI[SCVS?] *v.* P. VALERIVS PRI[SCVS?].

— SEX. AELIVS CATVS.

— Q. EGNATIVS CATVS.

— FIRMIVS CATVS.

— L. IVLIVS CATVS.

— L. MVMMIVS NIGER QVINTVS VALERIVS VEGETVS SEVERINVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.

— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.

— APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA.

490 CAVDINA, clarissima femina [C]n. Octavio praefecto classis avunculo posuit *X 6320 t. Tarracinensem.*

— P. CALPVRNIVS MACER CAVLIVS RVFVS.

491 T. CAVNIVS PRISCVS, legatus Augusti pro pr., consul designatus *VIII 2588 t. Lambaesitanus;* Vera uxor, Firminus et Prisca liberi *ibd. — Eadem extabant in altero eiusdem tituli exemplo hodie mutilo*

VIII 2583; coniectura plane incerta nomina eius restituta sunt a Reniero in t. mutilo VIII 2697 anni 186.

491a Cebes, puer Vergilii, quem ei donaverat Maecenas *Donati vit. Vergil. p. 57 Suet. reliq. ed. Reifferscheid, Servius in Vergil. ecl. 2, 15.*

492 CECROPIVS, vir clarissimus *VI 836 fortasse aetatis posterioris.*

493 Cecropius sive Ceronius, dux Dalmatarum, coniurationis in Gallienum particeps imperatorem telo percussisse dicitur *vit. Gallieni 14. — Cecrops Maurus, qui in editionibus antiquioribus Zosimi 1, 38 invenitur, a Zosimo alienus est; nam liber Vaticanus non* Κέκροπός γε τοῦ Μαυρουσίου, *ut vulgo legebatur, sed* μεμορος *exhibet cf. Mendelssohn ad l. l., qui et apud continuatorem Dionis V ed. Dindorf p. 220 dicitur* Μέμωρ Μαυρούσιος.

494 Cecropius, dux ex disciplina militari imperatoris Probi *vit. Probi 22, 3.*

495 Ceionius *(sic apographum Amerbachii,* C. Eionius *editio princeps),* praefectus castrorum Quinctilii Vari a. 9 p. C. in clade Variana turpe exemplum prodidit, qui, cum longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis supplicio quam proelio mori voluit *Velleius 2, 119, 4.*

496 L. CEI[ONIVS] anno 91 cooptatus *(in collegium sodalium Augustalium Claudialium ut videtur) VI 1988;* Cei[onius] *restitui, quia alia gens nobilis illius aetatis, cuius nomen a litteris* CEI *incipiat, non invenitur. Potest esse consul a. 106.*

497 CEIONIVS ALBINVS, praefectus urbi sub Valeriano *vit. Aureliani 9, 2 in epistula ficta;* Nummius Albinus praefectus urbi anno 256 *Chronographus. Vide infra sub M. Nummio Ceionio Annio Albino.*

498 Ceionius Albinus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 3.*

— M. NVMMIVS CEIONIVS ANNIVS ALBINVS.

499 CAEIONIVS CAMENIVS, vir clarissimus et Caeionia Fusciana clarissima femina *memorantur in t. nutritoris VI 21787 saeculi IIII potius quam III.*

500 M. (CEIONIVS) CIVICA BARBARVS, consul anno 157 cum M. Metilio Regulo. *In consulatu:* M. Civica Barbarus *VI 376, XIV 2410, ceterum* Barbarus *fasti.*

Medio belli Parthici tempore *(a. 164)* imperator M. Aurelius Civicam patruum Veri et Lucillam filiam ad Verum in Syriam misit *vit. Marci 9, 4.* Barbarus patruus Veri *Galen. XIV p. 613. 619 K. — Frater ergo L. Aelii Caesaris, filius L. Ceionii Commodi cos. a. 106.*

501 L. CEIONIVS COMMODVS, consul anno 78 cum D. Novio Prisco. — *Memoratur in t. soceri VI 1348 (1), uxoris 1349 (2).*

In consulatu: L. Ceionius [Com]modus *VI 2056,* Καιωνίῳ Κομόδῳ ὑπα. *in amphora picta Pompeiis reperta Sogliano, Di due epigrafi amforarie Pompejane p. 5; ceterum* Commodus *fasti.* — Ceionius Commodus *t. 1. 2.*

Consul a. 78 *fasti;* VIIvir epulonum *t. 2.* Maritus Appiae Severae *t. 1. 2,* gener Sex. Appii Severi *t. 1. Pater L. Ceionii Commodi consulis a. 106, avus L. Ceionii Commodi qui postea L. Aelius Caesar, proavus L. Veri Augusti. — Vel hic vel filius intellegendus est Frontin. de aquis 70, ubi memoratur* ager suburbanus qui nunc est Ceionii Commodi. — *Familiam huius ex Etruria originem duxisse apparet ex vita Veri 1, 9:* origo eius (= *Veri*) paterna pleraque ex Etruria fuit.

502 (L.) CEIONIVS COMMODVS, consul a. 106 cum Ceriale. *In consulatu* Commodus *fasti.* 'Huic (= L. Aelio Caesari) pater Ceionius Commodus fuit, quem alii Verum, alii L. Aurelium, multi Annium prodiderunt' *vit. Aelii 2, 7 perperam, ut idem biographus in nominibus Aelii Caesaris et L. Veri eadem ratione titubat. Filius sine dubio L. Ceionii Commodi cos. a. 78 et Appiae Severae, pater naturalis L. Ceionii Commodi qui ab Hadriano adoptatus L. Aelius Caesar dictus est, et M. (Ceionii) Civicae Barbari. — Ex t.* Avidiae Plautiae (C. Avidii) Nigrini filiae L. Aurelii Veri Aug. amitae *X 6706 sequitur uxorem Commodi nostri post mortem huius nupsisse Nigrino v. supra A 1169. Vxori fortasse nomen Plautia erat, quod nomen praeter filiam eius et Nigrini etiam in* Ceionia Plautia *recurrit.*

Hic magis quam pater, qui VIIvir epulonum fuit, potest esse L. Cei[onius] .... cooptatus a. 91 *VI 1988 cf. n. 496.*

503 L. CEIONIVS COMMODVS = L. AELIVS CAESAR. *Tituli: ipse posuit a. 137, cum Pannoniis praeesset, Hadriano t. in Hungaria repertum III 4366 (1), ei positi sunt t. Ostiensis Ephem. ep. 7, 1197 (2), t. Vmbricus XI 5957 (3) a. 137, Britannicus VII 748 (4) a. 136/137), graece scripti a. 137 Mysicus Lebas-Waddington 1053 (5) et Pisidicus CIG 4380 b¹ Add. p. 1167 = Lebas-Waddington 1215 (6); t. sepulcralis eius in mausoleo Hadriani VI 985 (7); una cum parentibus adoptivis ei dedicatus Africanus mutilus VIII 799 (8), post mortem Hadriani ei positus Numidicus VIII S. 17848 (9). Memoratur in t.* Ceioniae Plautiae *filiae VIII S. 14852 (10), in t. Tomitano* T. Flavii Longini Q. Marcii Turbonis *(cf. F 199)* quaestoris *Arch.-Epigr. Mitth. aus Oester. VIII p. 20 n. 50 cf. p. 240 (11), in t. Ostiensi XIV 376 (12),* P. Lucilii Gamalae IIviri praefecti L. Caesar. Aug. f., *in t. Castrimoeniensi ancillae XIV 2486 (13), in t. urbano* L. Aurelii Nicomedis cubicularii *VI 1598 (14), in t. Laodiceno graece scripto Anzeig. d. Wiener Akad. Phil.-Hist. Kl. 1893 p. 13 (15), in cippo terminali Mauretaniae Bulletin d'Oran 1895 p. 67 (16), ubi editur* auspiciis L. Aeli C[aes.] imp. imp. fil. cos.; *sed cum L. Aelius nunquam imperator fuerit, necesse est errorem aut quadratarii aut eius qui descripsit subesse.*

Nummi Eckhel VI p. 525 sqq., Cohen II² p. 258 sqq. Nummum Alexandrinum, qui in parte adversa inscriptus est Λ. Αἴλιος Καῖσαρ, *in aversa* Εἰρήνη (ἔτους) γ', *unus descripsit Zoega cf. Eckhel p. 525,*

von Sallet, die Daten der Alexandrinischen Kaisermünzen p. 33, qui iure mihi de hoc nummo dubitasse videtur. Pariter enim offendimur eo quod annus Caesaris, non Augusti, ut semper alias fieri solet in Alexandrinis, adscriptus esse dicitur atque tertio anno, unde adoptionem factam esse ante mensem Septembrem a. 136 efficeretur.

In consulatu I anno 136 dicitur L. Ceionius Commodus *VI 975. 10242, III 720, XIV 2852 etc. sive* Ceionius Commodus *sive* Commodus *fasti; plane dubium est, num recte suppletum et ad a. 136 relatum sit* [L. Ael]io Caesare cos. *VI 2377. In consulatu II a. 137 semper* L. Aelius Caesar *fasti; item post adoptionem in nummis et titulis plerisque* (L. Caesar *t. 11. 13. 14. 15*). *Apud Dionem* L. Commodus *69, 17. 20; 70, 1; 71, 1,* L. Aelius Caesar *Victor 14. Mira confusione scriptores qui dicuntur historiae Augustae in nominibus huius afferendis usi sunt: recte* L. Ceionius Commodus *vit. Marci 4, 5; 6, 2 vel* Ceionius Commodus *vit. Hadrian. 23, 10, Aelii 2, 1 vel* L. Caesar *Marci 5, 1. Contra* Ceionius Commodus Verus *vit. Hadr. 23, 11,* Aelius Verus Caesar *ibd. 23, 11. 24, 1 (in codicibus plerumque traditur* Helius, *vita 2, 1* Elius), L. Aelius Verus *vit. Veri 1, 6,* Aelius Verus *sive* Verus *passim in vita,* L. Aurelius Verus *vita 2, 6,* L. Ceionius Commodus Verus Aelius Caesar *vita 6, 6. Neque nummi neque tituli, dummodo exceperis male suppletos, cognomen* Veri *in Ceionio Commodo aut L. Caesare agnoscunt. Accedit quod L. Commodum filium, qui postea imperavit, Veri cognomen non ut paternum habuisse, sed eo demum tempore quo imperium iniit, a M. Antonino fratre accepisse constat. Reiciendum est igitur testimonium biographorum, qui nomina privati et Caesaris, patris et filii, Veri et Marci foede conflarunt.*

Huic pater Ceionius Commodus fuit, quem alii Verum, alii L. Aurelium, multi Annium prodidere *vita 2, 7, immo L. Ceionius Commodus consul a. 106 cf. stemma. De cursu honorum quae afferuntur vita 3, vit. Hadrian. 23 plane eodem modo confusa sunt; utrobique narratur* post adoptionem praetura honoratum et Pannoniis impositum esse decreto consulatu cum sumptibus, deinde secundo consulem designatum. *Sed Commodus filius eius natus est d. 15 mensis Decembris* in praetura patris sui *vit. Veri 1, 8,* a. 130, *ut apparet inde quod dicitur* post septimum annum in familiam Aureliam traductus *ibd. 2, 10*; praetor ergo pater fuit a. 130. Consul I a. 136 *fasti.* Ab Hadriano adoptatus est *vita passim, vit. Hadrian. 23, Dio 69, 17 (Zonaras 11, 24)*, anno 136. *Qui annus inde emergit, quod Commodus consulatum primum privatus, alterum Caesar iniit, et comprobatur eo quod in t. 1. 2. 3 dicitur* L. Aelius Caesar trib. potest. cos. II, Hadrianus trib. potest. XXI *(d. 10 mens. Decembris a. 136/137)* cos. III imp. II. *Cum veri sit simile Commodum eodem fere tempore et adoptatum esse et tribuniciam potestatem accepisse, quae in titulis nummisque semper sine iterationis nota invenitur, probabiliter sub finem a. 136*

adoptatus est. Consul II a. 137 *fasti.* Eodem anno Pannonias pro consule rexit *nummi in aversa inscripti* Pannonia *Cohen n. 24–33 t. 1 cf. t. 15, vita 3, vit. Hadrian. 23, id est imperio proconsulari, quale fuerat Tiberio et Germanico Borghesi opp. VIII p. 457 cf. titulum* [T. Statilii] Maximi iuridici pro praetore utriusque Pannoniae *III S. 10336, quem eo munere insolito functum esse sub Aelio Caesare vidit O. Hirschfeld.* Cum de provincia (eodem anno) redisset atque orationem parasset, qua kalendis Ianuariis Hadriano patri gratias ageret, accepta potione, qua se aestimaret iuvari, kalendis ipsis Ianuariis a. 138 periit iussusque ab Hadriano, quia vota interveniebant, non lugeri *vita 4, 7–8.* Sepultus est in mausoleo Hadriani *vit. Veri 11, 1 cf. t. 6.* Hadrianus statuas ei per totum orbem colossas poni iussit, templa etiam in nonnullis urbibus fieri *vita 7, 1.* — Quindecimvir sacris faciundis *t. 1.*

Gener (C. Avidii) Nigrini *vit. Hadriani 23, 10 falso ut videtur cf. supra A 1169.* Liberi: L. Ceionius Commodus qui postea L. Aurelius Verus Augustus, Ceionia Fabia, Ceionia Plautia.

Subiecimus stemma Ceioniorum Commodorum:

L. Ceionius Commodus
cos. a. 78
∾ Appia Severa

L. Ceionius Commodus ‿ [Plautia?] ‿ C. Avidius Nigrinus
cos. a. 106

L. Ceionius Commodus = L. Aelius Caesar | M. Ceionius Civica Barbarus | Avidia Plautia

L. Ceionius Commodus = L. Verus Aug. ∾ Annia Lucilla | Ceionia Fabia | Ceionia Plautia ∾ Q. Servilius Pudens.

504 L. CEIONIVS COMMODVS = L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS = IMP. CAESAR L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS, filius L. Ceionii Commodi qui ab Hadriano adoptatus L. Aelius Caesar dictus est *vita 1, vit. Aelii 2, 9; 5, 12; 7, 1, vit. Pii 4, 5, Dio 69, 21; 71, 1. Ante adoptionem L. Ceionii Commodi patris dicitur* Ceionius Commodus *vit. Pertin. 10, 2 (quamquam ibi etiam de patre cogitari potest),* L. Commodus *vit. Marci 5, 1; 7, 6. Post adoptionem patris eadem ratione atque Ceioniae Fabia et Plautia sorores nomen gentilicium non mutavit, sed a. 138 in tegula urbana inscriptum est* ex pr(aedis) L. Ce(ionii) Com(modi) C(aesaris) f(ilii) Nigro et Camerin(o) cos. *XV 732. Itaque aut pater liberos ante adoptionem emancipavit aut Hadrianus, ut coniecit Mommsen l. l., patrem lege singulari ita adoptavit, ut liberi eum non sequerentur. Adoptatus ab Antonino Pio* L. Aelius Aurelius Commodus *in t. II 47. 1643, III 3843, VIII 50. 228, X 5051 etc. item in consulatu primo a. 154 IGI 1052, altero a. 161, VI 1984. Imperium adeptus* Imp. Caesar

L. Aurelius Verus Augustus *passim in titulis et nummis Eckhel VII p. 89 sqq., Cohen III² p. 171 sqq.*

Vt in patre (cf. n. 503), ita in nominibus huius mire hariolantur scriptores qui dicuntur historiae Augustae: L. Aurelius Ceionius Commodus Verus Antoninus *vit. Aelii 2, 9,* L. Ceionius Aelius Commodus Verus Antoninus, qui ex Hadriani voluntate Aelius appellatus est, ex Antonini coniunctione Verus et Antoninus *vita 1, 3;* Annius Verus *vit. Hadriani 24, 1, vit. Pii 6, 10;* Marcus imperium adeptus fratrem sibi participem in imperio designavit, quem L. Aurelium Verum Commodum appellavit — — Antonini mox ipse nomen recepit et, quasi pater L. Commodi esset, et Verum eum appellavit addito Antonini nomine *vit. Marci 7, 5–7.* Antonini nomen falso ei tribuitur *vit. Aelii 5, 12, Macrini 3, 4; 7, 7, Diadumen. 6, 6; 7, 4, Alexandri 10, 5.* L. Annius Antoninus Verus, Verus Annius Antoninus *Eutrop. 8, 9. 10,* L. Annius Verus *Epitome 16, 5. Ceterum apud scriptores plerumque* L. Verus *vel* Verus.

Natus est Romae in praetura patris sui (= a. 130) d. 15 mensis Decembris, die quo et Nero *(cf. Sueton. Nero 6) vita 1, 8, fasti Philocali et Silvii I² p. 278. 279.* Origo eius paterna pleraque ex Etruria fuit, materna ex Faventia *vita 1, 9;* avi et proavi et item maiores plurimi consulares *ibd. 1, 7 cf. stemma ad n. 503.* Patre ab Hadriano a. 136 adoptato in familiam Aeliam devenit mortuoque patre kal. Ianuariis a. 138 in Hadriani familia remansit *ibd. 2, 1; id quod minus accurate dictum videtur, certe ita interpretandum est, ut Commodus non iure adoptionis in gentem Aeliam transierit (v. supra), sed in domo imperatoria usque ad adoptionem T. Aurelii Fulvi moratus sit.* Die 25 mens. Februarii a. 138 Hadrianus T. Aurelium Arrium Antoninum ea lege in adoptionem elegit, ut ille M. Annium Verum et L. Commodum sibi adoptaret *vita 2, vit. Pii 4, 5–6, Marci 5, 1, Severi 20, 1, Dio 69, 21; nominibus vel adoptionibus confusis vit. Hadriani 24, 1, Aelii 5, 12; 6, 9; 7, 2.* Post septimum annum in familiam Aureliam traductus Marci moribus et auctoritate formatus est *vita 2, 10.*

Educatus est in domo Tiberiana, educatorem habuit Nicomedem *(cf. A 1281) vita 2, 5. 9.* Audivit Scaurinum grammaticum Latinum, Scauri filium, qui grammaticus Hadriani fuit, Graecos Telephum atque Hephaestionem, Harpocrationem, rhetores Apollonium, Celerem Caninium et Herodem Atticum, Latinum Cornelium Frontonem *(cf. Veri et Frontonis epistulas),* philosophos Apollonium Chalcedonium *(cf. vit. Marci 3, 7)* et Sextum Chaeronensem *(cf. vit. Marci 3, 2);* hos omnes amavit unice atque ab his in vicem dilectus est, nec tamen ingeniosus ad litteras fuit *vita 2.* Quo die togam virilem accepit, Antoninus Pius ea occasione, qua patris templum dedicabat, populo liberalis fuit *vita 3, 1. Quo pertinent nummi Pii cusi a. 145, qui* liberalitatem IIII *praedicant Cohen II p. 318.* Ante tempus a Pio quaestor de-

signatus est *vit. Pii 6, 10* mediusque inter Pium et Marcum resedit, cum quaestor populo munus daret *vita 3, 2.* Post quaesturam a Pio consul factus est *vit. Pii 10, 3,* cum (T.) Sextio Laterano *vita 3, 3;* consul I a. 154 *fasti.* Interiectis annis cum Marco fratre iterum factus est consul *vita 3, 3;* consul II a. 161 *fasti.* Diu autem et privatus fuit et ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur; nam neque in senatu ante quaesturam sedit neque in itinere cum patre, sed cum praefecto praetorio vectus est nec aliud ei honorificentiae adnomen adiunctum est, quam quod Augusti filius appellatus est *vita 3, 4–5. Id quod comprobatur titulis veluti II 1643, III 3843, ubi dicitur* L. Aelius Aurelius Aug. f. Commodus; *per abusum vivo Pio dictus est* Caesar *in t. Novariensi V 6573 et in tegulis a. 148 XV 733a. 150, 735 cf. 734.* Augur vivo Pio fuit *X 5051.*

Antonino Pio die 7 mensis Martii a. 161 defuncto cum Marco soli senatus detulisset imperium, Marcus fratrem in imperii consortium vocavit Caesaremque atque Augustum dixit, tuncque primum Romanum imperium duos Augustos habere coepit *vita 3, 8 sqq., Marci 7, 5 sqq., Aelii 5, 13, Eutrop. 8, 9, Victor Caes. 16, Epitome 16.* Dato imperio et indulta tribunicia potestate Marcus eum Verum vocari praecepit suum in eum transferens nomen, cum ante Commodus vocaretur *vita 4, 1 recte, perperam vit. Marci l. l. cf. supra.* A. 169 non longe ab Altino subito in vehiculo morbo, quem apoplexin vocant, correptus depositus e vehiculo detracto sanguine Altinum perductus, cum triduo mutus vixisset, apud Altinum periit *vita 9, 11, vit. Marci 16, 8, Victor Caes. 16, Epitome 16, Eutrop. 8, 10, Aelian. fr. 206 ed. Hercher (= Suidas s. v.* ἀποπληξία*), Galenus XIV p. 649 K.* Corpus Hadriani sepulcro inlatum *est vita 11, 1, ubi fuit titulus sepulcralis VI 991:* imp. Caesari L. Aurelio Vero Aug. Armeniaco Medico Parthico pontifici tribunic. pot. VIIII imp. V cos. III patri patriae.

Vixit annis quadraginta duobus, imperavit cum fratre annis undecim *vita 11, 1;* regnavit annis undecim *Eutrop., Epitome l. l.;* annos IX *Eusebius Arm. ad a. Abr. 2186, unde Hieronymus chron. ad a. 2185 Eutropio simul adhibito scripsit* anno regni nono sive ut quidam putant, decimo extinctus; regnavit annis VII mensibus VIII diebus XII *Chronographus. Verum intra d. 10 mens. Decembris a. 168 et d. 10 m. D. a. 169 obiisse docet t. sepulcralis, ubi dicitur* tribunic. pot. VIIII *(nam nona tribunicia potestas Veri incipiebat d. 10 mens. Decembris 168), et confirmant nummi Alexandrini, qui non ultra nonum annum procedunt cf. von Sallet, Daten der Alexandrinischen Kaisermünzen p. 40; media autem hieme mortuum esse cum scribat Galenus l. l., Verus mense fere Ianuario a. 169 mortuus est.*

Vxor: Annia Lucilla *A 555, ubi vide de filia Veri ex Lucilla sublata.*

505 Ceionius Postumianus, adfinis Clodii Albini *vit. Clodii Albini 6, 1.*

506 Ceionius Postumus, maritus Aureliae Messalinae, pater Clodii Albini qui imperavit *vit. Clodii Albini 4.*

507 C. Ce(ionius?) Si(lvanus?) *in t. dispensatoris VI 9354.*

508 M. CEIONIVS SILVANVS, consul anno 156 cum C. Serio Augurino. *In consulatu:* M. Ceionius Silvanus *VI 222 et in t. graece scripto Borghesi opp. VIII p. 276, ceterum* Silvanus *fasti.*

— Marcia Aurelia Ceionia Demetrias.

509 CEIONIA FABIA. *Tituli: ipsa posuit* Aeliae Ap..eliae alumnae *t. urbanum VI 10643, ubi editur* CHONIA FABIA, *sed ex exemplis antiquis restituendum esse* CEIONIA *vidit Dessau (cf. Addenda ad CIL VI); memorantur* horti Ceioniae Fabiae *in fragmento formae urbis Romae tab. XII 58 ed. Iordan cf. adn. p. 60, ubi dubium est in codice Vaticano utrum sit* CEIONIAE *an* CELONIAE. — *Apud scriptores semper* Fabia.

Soror (naturalis) L. Veri Augusti *vit. Veri 10, filia ergo L. Ceionii Commodi qui postea L. Aelius Caesar nuncupatus est, soror Ceioniae Plautiae. Haec mihi videtur* filia L. Ceionii Commodi, quae ab Hadriano a. 135/136 M. Annio Vero *(= M. Aurelio Augusto)* desponsata est *vit. Marci 4, 5;* quae sponsalia post mortem Hadriani soluta sunt *ibd. 6, 2 cf. supra A 537.* Postquam Faustina uxor Marci mortua est *(anno 176),* Fabia ut a Marco in matrimonium duceretur, frustra enixa est *ibd. 29, 10.* Verus frater ei nimium indulsit, cuius potentiam Lucilla *(uxor)* ferre non posset; tanta sane familiaritas inter Lucium et eam fuit, uti hoc quoque usurpaverit rumor, quod inierint consilium ad Marcum e vita tollendum *vit. Veri 10, 3–4. Eadem videtur* soror *(scilicet L. Veri),* cui Marcus Lucillam filiam, cum ad nuptias Veri in orientem *(a. 164)* proficisceretur, commisit *vit. Marci 9, 4.* Sub Pertinace servus quidam, quasi filius Fabiae esset, Palatinam domum ridicule vindicavit *vit. Pert. 10, 2 (loco graviter corrupto).*

510 CAEIONIA FVSCIANA, clarissima femina *VI 21787 v. supra sub Caeionio Camenio.*

511 Ceionia Laena, uxor L. Aurelii Nicomedis *VI 1598.*

512 CEIONIA PLAVTIA. *Tituli ei positi sunt urbanus CIG 5883 cf. Additam. p. 1262 = IGI 1036 (1) et Tuccaburitanus VIII S. 14852 (2).*

Κειωνία Πλαυτία *t. 1,* [C]eion[ia] Plautia *t. 2.* — L. Aelii Caesaris (= L. Ceionii Commodi) filia, Q. Servilii Pudentis *(cos. a. 166)* uxor *t. 2;* ἀδελφὴ αὐτοκρατόρων *t. 1, scilicet soror naturalis L. Veri Augusti, quamquam nulla consanguinitate cum M. Aurelio fratre eius adoptivo coniuncta.*

513 Celadus, ut grammaticus una cum (Remmio) Palaemone memoratur *Iuvenal. sat. 7, 215.*

514 Celadus memoratur in iis libertis, quos Augustus in honore et usu maximo habuit *Sueton. August. 67;* libertus Augusti *Ioseph. ant. 17, 12, 2, nominatur id. bell. 2, 7, 2. Accuratius* Augustae libertus *dicitur in t.* Octaviae P. f. Catullae Celadi divae August. l. uxoris *VI 23338 et*

in t. in agro Tiburtino reperto XIV 3524, quem posuit M. Iulius Celadi Augustae l. l. Celer; *at t. apud aquas Albulas repertum XIV 3908, quem* [C]eladus Aug. lib. *dedicavit, non ad hunc, sed magis ad* T. Flavium Aug. l. Celadum *VI 8484 rettulerim.*

515 CELER, de quo Martialis scripsit *epigr. 7, 52. Ex v. 3 sq.* 'illo meas gentis et Celtas rexit Hiberos, nec fuit in nostro certior orbe fides' *apparet aut legatum pro praetore Hispaniae citerioris fuisse aut legatum citerioris Hispaniae (cf. Ephem. ep. 4 p. 224).*

516 Celer, tribunus militum in Iudaea sub Ventidio Cumano ab Vmmidio Quadrato legato Syriae Romam missus a Claudio morte punitus est *Ioseph. ant. 20, 6, 1. 2, bell. 2, 12, 6. 7.*

517 Celer, architectus Neronis *Tac. a. 15, 42.*

518 Celer, eques Romanus ob incestum Corneliae virginis Vestalis a Domitiano necatus *Plin. epist. 4, 11, 10.*

519 Celer, ad quem Plinius scripsit *epist. 7, 17;* Nonio Celeri *inscribunt exempla ante Aldum expressa sine ulla auctoritate.*

520 Celer, rhetor, τεχνογράφος *id est qui artem rhetoricam scripserat,* aequalis et inimicus Dionysii Milesii sophistae, βασιλικῶν ἐπιστολῶν ἀγαθὸς προστάτης *Philostrat. vit. sophist. 2, 24 = ab epistulis (graecis) Hadriani ut videtur.* Celer ὁ γραμματεὺς ὁ βασιλικός *memoratur Aristid. orat. 26 I ed. Dindorf p. 519. Idem est* Celer Hadriani superstes, cuius meminit *Marcus* εἰς ἑαυτόν *8, 25. — Eundem esse atque Caninium Celerem (cf. supra) coniecit Friedländer, Darstellungen I⁶ p. 187.*

521 Celer, primipilaris *Galen. XIII p. 1031 K.*

522 P. Celer, eques Romanus, procurator rei familiaris principis in Asia a. 54 M. (Iunium) Silanum proconsulem interemit *Tac. a. 13, 1;* a. 57 reum ex provincia Asia Nero, quia absolvere nequibat, traxit, senecta donec mortem obiret *ibd. 13, 33.*

523 ...VS CELER. *Titulus eius ab una parte mutilus Allifanus IX 2335. —* M. f., tribu Ter.

... [Xvir stli]tibus iudicandis, quaestor .... lli co(n)s(ulis), legatus missus .... [c]um A. Plautio in Apulia ... [ad servos to]rquendos, aedilis Cerialis, ... [legatus] .... avunculi sui provincia ...., [legatus] .... Camilli in provincia ...., [proconsul pro]vinciam Cretam et Cyrenas [sortitus, legatus Ma?]rciani consobrini sui in provincia [Hispani]a ulteriore *tit. — A. Plautius est is qui consul suffectus fuit a. 29 et postea Britannos devicit;* q. [L. Rube]lli cos. *(ord. a. 29) supplerit Hirschfeld apud Mommsen, Staatsrecht II³ p. 1075 n. 3.*

524 ... CELER ... [M]AXIMVS CORNELIVS ... L. SINVS, Cn. f., tribu Clu., [tribunus legionis] V Macedonicae, Xvir [stlitibus iudicandis, quaestor pr]ovinciae Achaiae, [aedilis?] Cer[ialis?], [praetor, praefectus frum?]ento [dando?] ... *VI 3831 t. mutilus, semel descriptus.*

524a Celer Verianus *(sic libri,* Venerianus *scripsit Peter),* ad quem epistula *(ficta)* Gallieni *vit. trig. tyr. 9, 5–7.*

— SEX. ASINIVS CELER.
— CN. AVIDIVS CELER.
— L. Bovius Celer.
— Caecilius Celer.
— L. CAECILIVS CELER RECTVS.
— TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROCVLVS L. MARCIVS CELER M. CALPVRNIVS LONGVS.
— Caninius Celer.
— CARRINAS CELER.
— CASSIVS CELER.
— CATIVS CELER.
— Corvinus Celer.
— Domitius Celer.
— P. Egnatius Celer.
— Insteius Celer.
— TI. [L]ARTIDIVS CELE[R].
— M. MAECIVS CELER.
— MAGIVS CELER VELLEIANVS.
— METIVS CELER *v.* M. MAECIVS CELER.
— Nonius Celer.
— C. Petronius Celer.
— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER.
— PROPERTIVS CELER.
— Ragonius Celer.
— L. ROSCIVS AELIANVS MAECIVS CELER.

525 .... [C]elerianus, praefectus vehiculorum *in t. urbano mutilo Notizie degli scavi 1884 p. 308:* [mancipes et i]unctores [iumentarii viar]um Appiae Anniae .... [Aur]eliae novae cum [ramulis a]gentes sub cura [C]eleriani .... tiani [praefff. vehiculorum], *qui titulus certe suppletur ex t. integro eodem loco reperto et plane eodem modo concepto, dedicato anno 214 Notizie 1883 p. 457; in tertio eiusdem generis titulo mutilo ibd. p. 458 dedicato anno 226 extat* ... sub cura... ..pi Celer..., *fortasse fuit* Celer[iani], *quamquam et* Celer[is] *vel* Celer[ini] *suppleri potest.*

— Calpurnius Celerianus.

526 CELERINA (*in lapide* Caelerina) *memoratur in t. liberti Puteolano X 2088 cf. Add. p. 972, quem posuerunt* C. Prastina Pacatus *(consul a. 147)* et Celerina patroni; *soror vel uxor Prastinae videtur, certe arta necessitudine cum eo coniuncta.*

527 CELERINA. Bonae ..... L. Venuleius ..... et L. Venuleius Aproni[anus], Laetilia et Celerina uxores *XI 1735 t. mutilus inter Pisam et Florentiam repertus, unde Celerina uxor L. Venulei Aproniani (consulis II a. 168) videtur.*

— FONTEIA CELERINA.
— Munia Celerina.
— NVMISIA CELERINA.
— POMPEIA CELERINA.

528 Celerinus, 'quondam Meroen iussus Nilumque tueri' *(scil. praefectus Aegypti)* post obitum Cari imperium a militibus oblatum respuit; avus Celerinae uxoris Palladii *Claudian. epithalamium Palladii et Celerinae v. 71–75.*

— Cuspidius Celerinus.
— L. POMPONIVS DEXTER CELERINVS.
— NONIA CELSA.
— P. ATTIVS PVDENS RVFINVS CELSIANVS.
— PLOTIVS GALLVS CELSIANVS.

529 Celsina, potens femina; dictum (Cn.) Domitii Afri oratoris in eam *Quintilian. institut. 6, 3, 85.*

— SABINIA CELSINA.
— CLODIVS CELSINVS.
— Clodius Celsinus.
— Iulius Celsinus.

530 Celsus, amicus Ovidii et (Paulli Fabii?) Maximi, de cuius morte Ovidius ad Maximum scripsit *ex Ponto 1, 9. — Sine idonea causa vulgo idem putatur atque Albinovanus Celsus.*

531 Celsus, eques Romanus fine a. 32 coniurationis *(scilicet Seiani)* crimine cecidit *Tac. a. 6, 14.*

532 Celsus, cui Balbus gromaticus *(v. supra B 34)* librum de expositione et ratione omnium formarum dedicavit *Balbus praef. Schriften der Römischen Feldmesser I p. 91 sqq. cf. Mommsen ibd. p. 147.* Inventum Celsi *nescio quod gromaticum memoratur ibd. p. 92, 16.*

533 Celsus, defectio Celsi sub imperatore Pio *memoratur in epistula ficta vit. Avidii Cassii 10, 1.*

534 Celsus, stipator Gallieni *trig. tyr. 10, 11 in epistula ficta.*

535 Celsus, qui privatus et ex tribunis in Africa positus in suis agris vivebat auctoribus Vibio Passieno proconsule Africae et Fabio Pomponiano duce limitis Libyci contra Gallienum imperator creatus septimo imperii die occisus est *vit. trig. tyr. 29; nominatur vit. Claudii 7, 4. Quarum rerum fides, quippe quae per unum Trebellium Pollionem tradantur, est nulla.*

536 Celsus, philosophus Epicureus aetate Neronis *Origenes adversus Celsum 1, 8.*

537 Celsus, amicus Luciani, qui ei libellum de vita Alexandri Abonoteichitae dedicavit *Lucian. Alex. 1. 61;* sectator Epicuri *ibd. 61;* eius κατὰ μάγων συγγράμματα *ibd. 21. Eundem memorat Origenes adversus Celsum 1, 8. 68 cf. n. 538.*

538 Celsus contra Christianos librum edidit, qui inscriptus fuit Ἀληθὴς λόγος, adversum quem Origenes octo libros scripsit, *Orig. adv. Cels. passim, Eusebius hist. eccles. 6, 36, schol. ad Luciani Alex. 1 (Lucian. ed. Jacobitz IV p. 139).* Philosophus Epicureus *Origenes adv. C. 1, 8, qui* duos philosophos Epicureos fuisse unum aetate Neronis, alterum Hadriani καὶ κατωτέρω *memorat. Ex verbis Origenis adv. C. 1, 68 ed. Lommatzsch XVIII p. 127* οὐκ οἶδα εἰ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γράψαντι κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα *et ibd. 4, 36 XIX p. 50* Ἐπικούρειος Κέλσος (εἴ γε οὗτός ἐστι καὶ ὁ κατὰ Χριστιανῶν ἄλλα δύο βιβλία συντάξας) *satis apparet Origenem ipsum de persona Celsi nihil certi compertum habuisse atque tantummodo propter nomen coniectura ut facili ita levi libros adversarii illius Christianorum dubitanter rettulisse ad amicum Luciani, unde pendent schol. Luciani et Eusebius. Origenes autem, qui coniecturam tantum in cognomine admodum vulgari posuerat, ipse dubitare coepit, cum adversarium Christianorum non Epicureum, sed Platonis sectatorem fuisse magis magisque recte intellegeret. Itaque cum amicum Luciani ut Lucianum ipsum Epicuri doctrinis plane deditum fuisse constet, Origenis coniectura reicienda est cf. Zeller, Philosophie der Griechen III 2*[3] *p. 214, O. Heine Philologische Abhandlungen für M. Hertz p. 197 sqq.*

539 . . VS CELSVS. *Titulus eius mutilus Pedemontanus originis incertae V 7153:* . . f. tribu Cam., ... aed(ilis) pleb(is) Cerial(is), q(uaestor), adlect(us) . . . [in amplissim]um senatus ordinem ab [imp. Caes. Nerv]a Traiano Aug. Germ(anico) Dacic(o), praef(ectus) coh(ortis) Breuco[r](um), [omnibus honoribus functus in muni]cipio suo Alba Pompeia, patronus coloniarum . . . . [it]em municipior(um) Albae Pompeiae, Aug(ustae) Bagiennorum . . . . . . ens. Genuens(ium), Aquens(ium) Statiel(lorum) . . . *Sine idonea causa titulum ad Publilium Celsum consulem II a. 113 rettulit Borghesi opp. V p. 34.*

540 . . . IVS CELSVS, frater Arvalis, adfuit in collegio anno incerto imperatoris M. Aurelii *in fragmento actorum Arvalium Ephem. ep. 8 p. 336.*

541 CELSVS AELIANVS, collega Claudii Iuliani *memoratur in epistula ficta,* „quae scripta est a consule sui temporis de Puppieno et Balbino" (a. 238) *vit. Maximi et Balbini 17, ubi et consulatus et nomina ficta sunt.*

542 CELSVS PLANCIANVS, consul suffectus a. d. pr. non. Mai. intra a. 161/164 cum Avidio Cassio *III dipl. mil. 47.*

— AELIVS CELSVS.

— Albinovanus Celsus.

— Apuleius Celsus.

— Arruntius Celsus.

— Aurelius Celsus.

— Clodius Celsns.

— A. Cornelius Celsus.

— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS.
— Flavius Celsus.
— Furius Celsus.
— Iulius Celsus.
— C. Iulius Celsus.
— (TI. IVLIVS) CANDIDVS CELSVS.
— TI. IVLIVS CANDIDVS MARIVS CELSVS.
— C. IVLIVS CELSVS MAXIMIANVS.
— TI. IVLIVS CELSVS POLEMAEANVS.
— (Iuventius) Celsus.
— P. IVVENTIVS CELSVS.
— P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS [H]OENIVS SEVERIANVS.
— T. LORENIVS CELSVS.
— MARIVS CELSVS.
— P. MARIVS C[EL]S[VS].
— Q. MAR[I]VS CELSVS.
— Q. Munatius Celsus.
— L. PVBLILIVS CELSVS.
— L. PVBLIVS CELSVS PATRVINVS.
— ... [QV]ADRATVS MAESIANVS CELSVS.
— RAGONIVS CELSVS.
— L. SEMPRONIVS CELSVS [SERVI]LIVS FABIANVS.

542a Censenuia, adultera praedives *Iuvenal. 6, 136 sqq. Num nomen ficticium sit, dubium videtur.*
— M. Naevius Censitus.
— VICTORIANVS CENSITVS.

543 CENSOR. *In t. Britannico VII 287, cuius litteras ad initium saeculi III rettulit Hübner, scriptum est* XI kal. Septem. Censore II et Lepido II cos., *quos suffectos esse anni incerti statuit Hübner. At prorsus inauditum esset illa aetate, qua homines privati suffectorum nominibus uti dudum desierant, in oppido remotissimo Britanniae annum per suffectos indicatum esse, cum vel ordinarii in t. Britannicis semper fere singulis tantum nominibus significentur. Non sine probabilitate coniecit Dessau (L 100) illos consules ab imperatore Postumo nuncupatos et ob id fastis ignotos esse.*

544 CENSORINVS, vir plane militaris et antiquae iu curia dignitatis, bis consul; bis praefectus praetorii, ter praefectus urbi, quarto pro consule, tertio consularis, legatus praetorius secundo, quarto aedilicius, tertio quaestorius, extra ordinem quoque legatione Persica functus, etiam Sarmatica; hic post Valerianum captum imperator nuncupatus paulo post occisus est; extat eius sepulcrum circa Bononiam *vit. trig. tyr. 33; nominatur ibd. 31, 12; 32, 8. Haec omnia a Trebellio Pollione in epilogo libri de vitis triginta tyrannorum, ubi pro duabus* 'tyran-

nidibus' *tyrannos duos substituere voluit, summa et impudentia et imperitia ficta sunt.*

545 Censorinus, dictum eius a Cassio Severo laudatum *Seneca controv. 3 praef. 12.*

546 Censorinus, grammaticus anno 238 ad Q. Caerellium scripsit librum de die natali qui extat *Cens. 1. 18, 12. 21, 6,* qui liber memoratur *Sidon. Apollinar. carm. 14 praef. p. 233, 7 ed. Lütjohann et Cassiodor. de musica p. 573 ed. Garetii.* Censorinus doctissimus artis grammaticae *Priscian. Grammat. Lat. II p. 13, 19,* in grammaticis nobilibus ('ut Palaemon, Phocas, Probus et Censorinus') memoratur *Cassiodor. Grammat. Lat. VII p. 214, 25;* liber eius de accentibus *Priscian. III p. 27, 23,* unde verba afferuntur *ibd. p. 45 sqq. cf. Cassiodor. l. l. p. 577. Praeterea citatur Priscian. II p. 13, 9.*

— Q. AIACIVS CENSORINVS.

— M. Licinius C. Lucretius Censorinus.

— C. MARCIVS CENSORINVS.

— L. MARCIVS CENSORINVS.

— [Ma]rius Censo[rinus].

547 C. Censorius Niger, procurator Augusti (Norici) *memoratur in t. Noricis III 5174. 5181; idem videtur* Niger Censorius, amicus Frontonis, de cuius testamento egit *Fronto ad Pium 3 p. 164 sqq. ed. Naber;* 'familiarissimus Turboni Marcio et Erucio Claro — — postea vero ex tuis (= *Pii*) etiam iudiciis ei plurimum et honoris et auctoritatis accesserat' *ibd. p. 165; ad superiora igitur munera equestria a Pio promotus videtur.*

548 M. CENSOR(IVS) PAVLLVS, legatus Augusti pro pr. provinciae Aquitanicae, consul designatus, maritus Cl(audiae) Varenillae *in t. uxoris Espérandieu, Épigraphie Romaine de Poitou p. 217 = XIII 1129; in lapide scriptum esse* PAVLLVS *confirmavit Hirschfeld qui vidit.*

549 C. CENTVLLIVS FORTVNATVS, adulescens clarissimus, filius M. Aur(elii) Dubitati, nepos M. Aur(elii) Dubitati *V 4870 t. Toscolanensis.*

— [CERB?]ONIVS TAVRVS *vide* TAVRVS.

— Cl(audia) Cerbonia.

— C. LVTATIVS CERCO.

550 Cercopithecus Paneros, faenerator prope regio funere a Nerone elatus *Sueton. Nero 30.*

551 Cercyllius (Κερκύλλιος), cuius puerum Galenus sanavit *Galen. XI p. 105 K.*

552 CEREIVS MAECIANVS, senator aetate imperatoris Taciti, patruus Claudii Sapiliani *vit. Taciti 19, 3 in epistula ficta.*

553 Cerellius Apollinaris, praefectus vigilum anno 212 *VI 1063.*

554 Cerellius Faustinianus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 6.*

555 Cerellius Iulianus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 6.*
556 Cerellius Macrinus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 6.*
557 CER[E]LLIA [PA]VLI[N]A, clarissima femina *t. in oppido Reims repertus Bulletin épigraphique de la Gaule II (1882) p. 289.*
558 CERIALIS, consul a. 106 cum L. Ceionio Commodo *fasti.*
559 Cerialis, ad quem Plinius scripsit *epist. 2, 19; fortasse idem atque* Velius Cerialis, ad quem scripsit *epist. 4, 19.*
559a Cerialis a censibus, cui Antoninus (Severi filius) rescripsit *Vlpianus Fragm. Vatic. 204.*
560 C. Cerialis *memoratur in inscriptione marmorum massae incisa Annali dell' Instituto XLII (1870) p. 172 n. 1:* ex m(etallo) n(ovo) Caesaris n(ostri) r(ationis) d(ominicae) A(ugustae) sub cur(a) C. Cerialis pr(ocuratoris) subseq(uente) Sergio Longo (centurione) leg(ionis) XXII Primig(eniae) *etc.; non ante imperatorem Claudium. — In titulo legendum esse* Cl(audius) Cerialis *coniecit Hirschfeld, Untersuchungen aus der Römischen Verwaltungsgeschichte p. 79 adn. 4.*
— C. ANICIVS CERIALIS.
— Iulius Cerialis.
— C. IVL(IVS) CERIALIS.
— M. MVNATIVS SVLLA CERIALIS.
— Q. PETILLIVS CERIALIS CAESIVS RVFVS.
— C. STATIVS CERIALIS.
— TVCCIVS CERIALIS.
— Turullius Cerialis.
— Velius Cerialis.
— SEX. VETTVLENVS CERIALIS.
— C. VETTVLENVS CIVICA CERIALIS.
— Ceronius *vide* Cecropius.
561 Cerrinius, amicus Martialis, poeta epigrammatarius *Martial. 8, 18.*
562 CERRINIVS GALLVS (Gallus Terrinius *libri; correxit P. von Rohden propter titulum L. Cestii Galli Cerrinii X 3722*), senator, quem mori destinantem Augustus consolando revocavit ad vitam *Sueton. Aug. 53.*
— L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS.
563 Cerronius Bassus, dux Aureliani *vit. Aureliani 31 in epistula ficta.*
— EGNATIA CERTIANA.
— C. EGNATIVS CERTVS.
— PVBLICIVS CERTVS.
— Quintius Certus.
564 Cervarius Proculus, eques Romanus particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50. 66,* qua patefacta festinatum indicium eius Nero impunitate remuneratus est *ibd. 15, 71.*
565 Q. Cervidius Scaevola, iure consultus. *Plena nomina extant Digest.*

28, 6, 38, 3, Cervidius Scaevola *index Florentinus*, *Digest. 27, 1, 13, 2; 40, 5, 50, ceterum* Scaevola.

Imperator M. Aurelius in iure constituendo eo praecipue usus est *vit. Marci 11, 10.* Magister Septimii Severi et Papiniani *vit. Carac. 8, 3.* Iure consultus clarissimus *Modestinus Digest. 27, 1, 13, 2,* magno ingenio de iure aperto respondit *Tryphoninus ibd. 35, 1, 109.* Scripsit Digestorum l. XL, quaestionum l. XX, responsorum l. VI, regularum l. IV, de quaestione familiae l. singularem *index Flor.*; praeterea memorantur liber singularis quaestionum publice tractatarum, notae ad Iuliani Digesta et ad Marcelli Digesta *cf. Lenel, Palingenesia II p. 215 sqq., Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 369 5.*

— ATTIA CERVIDIA VESTINA.

566 Cervius iratus leges minitatur et urnam *Horat. sat. 2, 1, 47*; Cervius *Ascanii libertus calumniator accusavit Cn. Calvinum *(consulem a. 701 ut videtur)* lege de sicariis *schol. Cruquian. — Diversus est* Cervius vicinus Horatii *sat. 2, 6, 77.*

567 Cerulus, libertus praedives ingenuum se et Lachetem mutato nomine coepit ferre, de quo iocatus est Vespasianus *Sueton. Vespasian. 23.*

568 C. CERVONIVS PAPVS, consul anno 243 cum L. Annio Arriano; *plena nomina exhibet dipl. mil. III 52, ceterum* Papus *fasti.*

— Ti. Claudius Proculus Cervllianus.

— Fabius Ceryllianus.

— AELIVS CESETTIANVS.

— ... [PO]MPONIANVS SECVNDVS P. CEST ..... IVS PRISCVS DVCENIVS PROCVLVS.

— ..... Quintius Cestianus Ducenius Proculus.

569 C. CESTIVS, L. f., tribu Pob., epulo, praetor, tribunus plebis, VIIvir epulonum *VI 1374 t. monumenti Cestii. In honorem C. Cestii mortui item scripti sunt tituli duo VI 1375, unde apparet eum ante a. 742 = 12 a. C. mortuum esse, cum inter heredes eius esset M. Agrippa;* L. Cestius frater C. Cesti *ibd. — Num idem sit* C. Cestius praetor a. 710 = 44, qui provinciam ab Antonio oblatam repudiavit *Cic. Philipp. 3, 26, dubium videtur, quod Cestius quidam etiam in proscriptis fuit Appian. bell. civ. 4, 26. — Quod in t. sepulcrali Cestii sacerdotium bis enuntiatur, mihi inde explicandum videtur, quod priore loco cognominis instar nomini adhaeret, ut eadem ratione non semel* 'augur' *vel* 'pontifex' *ponitur (cf. Calpurnios, Cornelios) distinctionis causa hominum cognominum eiusdem aetatis.*

570 L. CESTIVS. *In nummis aureis cusis circa finem anni 710 = 44 a C.:* L. Cestius C. Norban(us) pr(aetores) s(enatus) c(onsulto) *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 340 cf. Mommsen, Römisches Münzwesen p. 652. 658. 741. — Idem videtur* L. Cestius L. f. frater C. Cestii *(cuius monumentum extat) VI 1375. — Vel idem vel filius*

potest esse L. Cestius testis senatus consulti d. 23 mens. Mai a. 737 = 17 a. C. *acta saecularia.*

— .... SA........DVS P. CESTI[VS] .... [VM]BRIVS DEXTER ... DVCENIVS .....

571 C. CESTIVS GALLVS, consul a. 35 cum M. Servilio Noniano. *In consulatu:* C. Cestius *Notizie degli scavi 1893 p. 280, Plin. n. h. 10, 124, Tac. a. 6, 31,* C. Gallus *Dio 58, 25, ceterum* Gallus *fasti.* — C. Cestius *apud Tacitum.*

Anno 21 senator de fictis maiestatis criminibus in senatu questus est *Tac. a. 3, 36.* Anno 32 Tiberius admonuit C. Cestium patrem (praetorem *coniecit Lipsius*) dicere senatui quae sibi scripsisset, suscepitque Cestius accusationem in Q. Servaeum et Minucium Thermum maiestatis reos *ibd. 6, 7.* Consul a. 35 *fasti.* — *Cum* pater *addatur nominibus, a. 32 filium cognominem senatorem habuit, qui videtur C. Cestius Gallus consul suffectus a. 42.*

572 C. CESTIVS GALLVS. *Nummi eius Antiocheni sub Nerone cusi in adversa caput Neronis et inscriptionem nominis exhibent, in aversa inscripti a)* Ἐπὶ Κεστίου Ἀντιοχέων ἔτ(ους) ΔΙΡ *collectio Imhoof, Mionnet V p. 169 n. 189, b)* Ἐπὶ Γαίου Κεστίου Ἀντιο(χέων) ἔτ(ους) ΕΙΡ *Mionnet Suppl. VIII p. 131 n. 144;* Ἐπὶ Γαίου Κεστίου Ἀντιοχέ(ων) ἔτο(υς) ΕΙΡ *Leake, Numismata Hellenica p. 16, Mionnet V p. 169 n. 190, c)* Ἐπὶ Κεστίου Ἀντιοχέων *Mionnet V p. 169 n. 191. In nummo ceterum simili numm. a, sed qui inscriptus esse dicitur* ET.ΛΙΡ *Fiorelli, Medagliere n. 8878, dubium videtur an* Λ *male lectum sit pro* Δ. — *Anni inscripti sunt aerae Caesariensis 114 = ab autumno a. 65/66 et 115 = 66/67.*

[C. C]estius Gallus *in consulatus indicatione VI 2095,* C. Cestius *sive* Cestius *nummi;* Cestius Gallus *Tac. h. 5, 10,* C. Cestius *Plin. n. h. 34, 48,* Cestius Gallus *sive* Cestius *apud Iosephum.*

Filius videtur C. Cestii Galli consulis a. 35. — Consul *(suffectus)* ... [A]pr. cum C. [Caecina] Largo a. 42 *VI 2095 fasti feriarum Latinarum,* consularis *Plinius l. l.* Legatus Augusti pro praetore provinciae Syriae a. 66—67 *nummi;* res ab eo aestate et autumno a. 66 male contra Iudaeos gestae *Ioseph. bell. 1 praef. 7. 8; 2, 14–19; 3, 2, 4; 3, 9, 2; 5, 1, 6; 5, 6, 3; 5, 7, 1; 6, 9, 3.* Hieme a. 66/67 in Syria fuit *Ioseph. vit. (5. 6. 7.) 8. 43. 65. 67. 71;* vere a. 67 ei revocato Vespasianus successit *id. bell. 3, 4, 2. Quando legationem inierit, non satis constat;* 'Syriae executio Citio *(sic codex Mediceus)*, copiae militares Corbuloni permissae' *Tac. a. 15, 25 sub anno 63, ubi num vulgo recte corrigatur,* C. Cestio, *nonnihil dubii movent nummi, qui incipere videntur ab autumno a. 65.* In legatione ipsa 'fato aut taedio occidit' *Tac. h. 5, 10;* a Iudaeis occisus *male dicitur a Lydo de mens. 4, 69.*

573 L. CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS NATALIS AEM[I]LIANVS, L. f., tribu Pompt., patronus municipii (Gaulitanorum) *X 7506 cf. Add. p. 994 t. Gaulitanus. Cf. n. 574.*

574 L. CESTIVS GALLVS CERRINIVS IVSTVS LV[T]ATIVS NATALIS, IIIIvir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis VIII Augustae, quaestor urbanus, ab actis [se]natus, aedilis curulis, praetor, legatus Augustorum legionis XX Valeriae Victricis, proconsul provinciae Narbonensis, praefectus aerari Saturni, cos. [II]; patronus coloniae (Volturni) *X 3722 t. Volturnensis. — Si minus idem at arta necessitudine coniunctus cum L. Cestio Gallo Varemiano Lutatio Natale Aemiliano.*

575 L. Cestius Pius, rhetor *Sueton. ind. l. de rhetor. 7 Sueton. rel. ed. Reifferscheid p. 99, ex Suetonio Hieronym. chron. ad a. Abr. 2004* Cestius Smyrnaeus rhetor latine Romae docuit; graecus homo *Seneca controv. 7, 1, 27,* nunquam graece declamavit *ibd. 9, 3, 13.* Scripsit declamationes contra orationes Tullianas *ibd. 3 praef. 15,* contra Milonianam *Quintilian. institut. 10, 5, 20 cf. Senec. controv. 3 praef. 16;* ideo a M. Tullio Ciceronis filio punitus *id. suasor. 7, 12.*

Homo nasutissimus *id. suasor. 7, 12,* mordacissimus *controv. 7 praef. 8;* rixae eius cum Albucio Silo *controv. 7 praef. 8. 9,* Argentario *ibd. 9, 3, 12,* Cassio Severo *ibd. 3 praef. 16. 17,* Votieno Montano *ibd. 9, 6, 10. 11.* Dicta et iudicia eius *Seneca suasor. 1, 5; 7, 12; controv. 1, 1, 22 sqq.; 1, 3, 9; 1, 5, 3; 1, 6, 11; 2, 6, 8; 7, 7, 19; 9, 3, 12;* narrationes, sententiae, divisiones, colores *passim apud Senecam cf. indicem Kiesslingii.*

Auditores eius: Alfius Flavus *id. controv. 1, 1, 22; 2, 6, 8,* Aietius Pastor *ibd. 1, 3, 11,* Argentarius *ibd. 9, 3, 12,* Quinctilius Varus *ibd. 1, 3, 10,* Surdinus *suasor. 7, 12;* imitatores: Argentarius *l. l.,* Murredius *contr. 9, 6, 12,* Triarius *ibd. 9, 6, 11.*

576 CESTIVS PROCVLVS, proconsul Cretae anno 56 a Cretensibus accusatus repetundarum absolutus est *Tac. a. 13, 30.*

577 CESTIVS SEVERVS, senator, delator famosus sub Nerone in senatu fuit anno 70 *Tac. h. 4, 41.*

578 Cestus, servus Instantii Rufi *Martial. 8, 51, 18 sqq.,* in quem Martialis scripsit *epigr. 8, 46.*

— Cl(audia) Cethegilla.

— CORNELIA CETHEGILLA.

— CORNELIA CETHEGILLA AEMILIA PLANCINA.

— PVPIENIA SEXTIA PAV[LINA] CETHEGILLA.

579 .... CETHEGVS, salius Palatinus obiit *(anno incerto) VI 1981 fasti Saliorum.*

580 CETHEGVS LABEO, legatus legionis V (Alaudae) anno 28 *Tac. a. 4, 73.*

581 Cethegus Scipio *in anulo Notizie degli scavi 1893 p. 280 'in belli caratteri del secondo secolo'; fortasse ad eundem pertinet inscriptio tegulae IX 6078, 15 descriptae a Garruccio, ubi traditur* Cethegi et Scipionis. *Homo nobilis videtur.*

— TI. CLAVDIVS SAETHIDA CETHEGVS FRONTINVS.

— CORNELIVS CETHEGVS.
— M. CORNELIVS CETHEGVS.
— SER. CORNELIVS CETHEGVS.
— (CORNELIVS) LENTVLVS CETHEGVS.

582 M. Cetius Faventinus, auctor epitomae librorum Vitruvii Pollionis quae extat *Vitruv. ed. Rose p. 285; fuit certe ante Palladium, qui epitoma usus est cf. Nohl Commentat. Mommsen. p. 64 sqq.*

583 Cetrius Severus, tribunus praetorianorum anno 69 *Tac. h. 1, 31. Fortasse idem memoratur in t. Pisaurensi XI 6343* Sex. Cetri Severi spec(ulatoris) beneficiari *(Lusii?)* Getae *(pr. pr. 48–51)* ab comentaris custodiaru(m).

584 Chabrias *(sic codex Vaticanus,* Χαυρίας *vulgo) memoratur ita, ut arta quadam necessitate cum Hadriano coniunctus fuisse videatur, a Marco* εἰς ἑαυτόν *8, 37.*

— Cassius Chaerea.

585 Chaeremon, celeberrimus augur; libri eius de auguriis memorantur *a Galeno XV p. 144 K.*

586 Chaeremon Aelium Gallum praefectum Aegypti Alexandria in Aegyptum ascendentem comitatus est, homo astronomiae scientiam professus, γελώμενος δὲ τὸ πλέον ὡς ἀλαζὼν καὶ ἰδιώτης *Strabo 17, 1, 29 p. 806. Ex temporum ratione sequitur hunc non posse non diversum esse a Chaeremone magistro Neronis.*

587 Chaeremon, Alexandrinus, philosophus, magister Neronis qui imperavit et Dionysii Alexandrini, quem scholae successorem reliquit *Suidas s. v.* Διονύσιος *I p. 1394 ed. Bernhardy et* Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος *ibd. p. 204;* philosophus Stoicus *Porphyrius de abstin. 4, 6, Origenes contra Celsum 1, 51.* Scripsit Aegyptiaca, περὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, περὶ τῶν κομητῶν et grammatica quaedam; *fragmenta collegit Müller FHG. III p. 495 sqq. cf. Zeller, Philosophie der Griechen III[a], 1 p. 688.* — Chaeremon Stoicus *Martial. 11, 56, 1 nomen fictum videtur.*

588 Chaerippus *memoratur Iuvenal. sat. 8, 95; ex contextu non satis dilucido aut ex iis fuisse videtur, qui Cossutianum Capitonem et Numitorem(?)* 'piratas Cilicum' *(v. 94) repetundarum accusarerunt, aut ex accusatoribus Pansae vel Nattae v. 96.*

589 Chaeron *(pro* Χαίρωνος *traditur* Χάρονος), filius Plutarchi Chaeronensis et Timoxenae, cuius mortem uxorem summa constantia tulisse praedicat *Plutarch. consol. ad uxorem c. 5 (p. 609 d).*

590 Charax, Περγαμηνός, ἱερεὺς καὶ φιλόσοφος, rerum scriptor, multo post Augustum fuit *Suidas s. v.* Χάραξ; *idem memorari videtur a Marco* εἰς ἑαυτόν *8, 25:* οἱ δὲ δριμεῖς ἐκεῖνοι, ἢ προγνωστικοὶ ἢ τετυφωμένοι, ποῦ; δριμεῖς μὲν Χάραξ κτλ. *(scilicet diu ad inferos abierunt). Vnde ad aetatem fere Hadriani pertinere videtur.* Scripsit Ἑλληνικά, Ἰταλικά, Χρονικά, *fragmenta collegit Müller FHG. III p. 636 sqq.*

— Oppius Chares.

591 Charicles, medicus Tiberii arte insignis *Tac. a. 6, 50, Sueton. Tiber. 73; nescio num idem memoretur Galen. XII p. 556. 558. 579. 581; XIII p. 94. 109. 282. 329 K.*

592 Charidemus sub Domitiano apro proiectus *Martial. 1, 43, 14.*

593 Charidemus, pater Hermogenis medici et historici *in t. filii Milesio CIG 3311;* medicus et ipse citatur *a Caelio Aureliano de morbis acutis 3, 15 p. 227 ed. Amman.*

594 Charilas, libertus imperatorum Marci et Veri *Fronto ad Verum 1, 4 p. 118 ed. Naber.*

595 Chariomerus, rex Cheruscorum a Chattis propter amicitiam Romanorum regno pulsus sociis quibusdam adiunctis primum in recuperando regno superior extitit, postea ab illis derelictus, cum Romanis obsides misisset, Domitianum supplex adiit; auxilio denegato accepit pecuniam *Dio 67, 5 (excerpta de leg.).*

596 Chariovalda, dux Batavorum in exercitu Germanici contra Cheruscos pugnans anno 16 cecidit *Tac. a. 2, 11.*

597 Charmis, Massiliensis, medicus celeberrimus aetate Plinii Romae magnam famam adeptus *Plin. n. h. 29, 10;* a Claudio damnatus in Gallia exulavit, sed postea restitutus est *ibd. 29, 22.*

— Betuus Chilo.

— Mallius Chilo.

— IVLIA CHILONIS.

598 Chione, vestitum scortum *(id est nobilius quoddam) Iuvenal. sat. 3, 135–136. Nomen obvium in meretricibus (cf. Friedländer ad Martial. 1, 34, 7) hoc quoque loco fictum videtur.*

— Aufidius Chius.

— Chosrhoes *vide* Osrhoes.

— M. Vlpius Chresimus.

— Plinia Chreste.

599 Chrestus, praefectus praetorio sub initium imperii Severi Alexandri collega Flaviano, quibus Domitius Vlpianus iure consultus a Mamaea praepositus est *Zosimus 1, 11;* cum Flaviano ab Vlpiano occisus *Dio 80, 2 (Zonaras 12, 15).*

600 Chrestus, scriptor Romanus, ex quo de Nili, Libyae, Aegypti natura plura exscripsit *Ioannes Lydus de mensibus 4, 68;* ἐγὼ δέ, φησὶν ὁ Χρῆστος γενόμενος ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς Μαυρουσίας ἐν τῷ στόμῳ τοῦ Ὠκεανοῦ κτλ. *Certe non ante imperatorem Claudium fuit.*

601 Chrysippus, propinquus Postumii Marini, Mithridatis filius, maritus Stratonicae, pater Epigoni et Mithridatis, cui Plinius a Traiano civitatem petiit *Plin. ad Traian. 11.*

602 Chrysogonus a Scythis aetate imperatoris Valeriani honoratus, quia iis auctor fuerat, ut Nicomediam invaderent *Zosimus 1, 35.*

603 Chrysogonus, citharoedus aetate Iuvenalis *Iuvenal. sat. 6, 47; 7, 176.*

604 *Chumstinctus, 'bellum adversus transrhenanas gentes a (Ti. Claudio) Druso *(a. 742 = 12 a. C. et sqq.)* gestum — — in quo inter primores pugnaverunt *Chumstinctus et Avectius tribuni ex civitate Nerviorum' *Livius periocha l. 141. Nomen corruptum est cf. Holder, Alt-Celtischer Sprachschatz s. v.*

— CI... EGNATIANVS *v.* EGNATIANVS.

— P. Cornelius Cicatricula.

— CN. PINARIVS AEMILIVS CICATRICVLA POMPEIVS LONGINVS.

— M. TVLLIVS CICERO.

— Messius Cicirrus.

605 Cilix, gladiator *Iuvenal. sat. 4, 121. Cf. A 1200.*

— Cilnius Maecenas *vide infra sub* C. Maecenate.

606 C. CILNIVS PAETINVS, P. f. tribu Pomp., tribunus militum, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus Ti. Caesaris Aug., proconsul *VI 1376; in t. qui honores ordine inverso exhibet,* proconsul *versu ultimo positum postea esse additum videtur.*

— L. Caecilius Cilo.

— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLCINIANVS.

— Iunius Cilo.

— SEX. PV[L]FENNIVS SALVTARIS M. LVCCIVS VALERIVS SEVERVS PLOTIVS CILO.

— (Quinctius) Cincinnatus.

607 CINCIVS SEVERVS *ita memoratur Tertull. ad Scapulam 4, ut ex contextu appareat eum proconsulem Africae fuisse;* a Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 9. — Idem videtur* Cincius (Cingius *traditur*) Severus, qui pontifex post Commodi necem nomine collegii in senatu dixit *vit. Commodi 20, 3.*

608 CINGONIVS VARRO anno 61 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 14, 45;* anno 68 Nymphidio Sabino imperium contra Galbam molienti orationem composuit *Plutarch. Galba 14;* consul designatus, Nymphidio oppresso et ipse ut socius Nymphidii a Galba in via occisus est *Tac. h. 1, 6. 37, Plutarch. Galba 15.*

609 Cinna Catulus, philosophus stoicus, magister imperatoris M. Aurelii *vit. Marci 3, 2;* Catulus *memoratur a Marco* εἰς ἑαυτόν *1, 13.*

— Castrius Cinna.

— L. CORNELIVS CINNA.

— CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS.

610 Cinnamus *ut medicus memoratur Martial. 6, 64, 25.*

— Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus.

— M. (CEIONIVS) CIVICA BARBARVS.

— M. Helvius Rufus Civica *v.* M. Helvius Rufus.

— C. VETTVLENVS CIVICA CERIALIS.

— SEX. VETTVLENVS CIVICA POMPEIANVS.

— Iulius Civilis.
611 Civis, causidicus *Martial. 3, 38, 5.*
612 M. CL...., ... aed. p[l.] .... trib. mil. [leg.] V Maced[onicae] .... *V 4326 t. Brixianus mutilus.*
613 Cladus (*an* Cladius?), 'ad Cladi mensam' *(scilicet argentarii) Martial. 2, 57, 7.*
— AEMILIA CLARA.
— DIDIA CLARA.
614 Claranus, condiscipulus et amicus Senecae philosophi *Seneca epist. 66, 1–4. Potest idem esse grammaticus qui sequitur.*
615 Claranus ut doctus grammaticus memoratur *Martial. 10, 21, 2, Sidon. Apollin. epist. 18, 27; idem videtur* Claranus, qui citatur *Porphyr. ad Horat. sat. 2, 3, 83 et Serv. ad Vergil. Aen. 11, 316, ubi traditur* Clanarius.
616 *Clarius, oratio Plinii pro Clario *(sic vulgo editur,* proclamo *vel* pro Damo *traditur) Plin. epist. 9, 28, 5.*
— C. ERVCIVS CLARVS.
— M. Erucius Clarus.
— SEX. ERVCIVS CLARVS.
— GAVIVS CLARVS.
— Q. IVL(IVS) CLARVS.
— C. IVLIVS ERVCIVS CLARVS.
— Ragonius Clarus.
— L. Rufius Clarus Gallus.
— C. Septicius Clarus.
— Sicinius Clarus.
— C. SICINIVS CLARVS PO...
— TREBATIVS CLARVS.
617 CLASSETIV[S] .... RATVS, clarissimus puer *IX 1574 t. Beneventanus sepulcralis mutilus.*
— Iulius Classicianus.
— CAECILIVS CLASSICVS.
— Iulius Classicus.
— T. IV(LIVS?) CLATIVS(?) SEVERVS *an* T. I. VELATIVS SEVERVS? *vide sub Iuliis.*
618 CLAVDIANA EVSEBIA, clarissimae memoriae femina, necessaria L. Ovinii Curii Proculi Modiani Africani *VI 1479.*
— TERENTIA CLAVDIANA.
— Vibia Severa Claudiana.
619 Claudianus, Galeni amicus *Galen. XII p. 423 K.*
620 CLAVDIANVS (?) IVLIANVS *(sic liber Florentinus,* Claudius *libri deteriores),* praefectus urbi sub Alexandro Augusto *Paulus Digest. 31, 87, 3; vide infra sub Appio Claudio Iuliano.*

621 ...VS CLAVDIANVS *posuit t. Xanthi in Lycia repertum Benndorf, Reisen in Lycien und Karien p. 92 n. 76 (1) cf. Nachträge post p. 156; idem memorari videtur in fragmento t. ibidem reperti n. 74 (2) v. 5:* [Κλα]υδιανοῦ.

...ος Κλαυδιανὸς τὰς ἐν ἱππικῇ τάξει ἀρχὰς διελθὼν μέχρι ἐπιτροπικ..... πρῶτος συνκλητικὸς γενόμενος τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων καὶ πρεσβευτὴς ἀντιστράτηγος ἐπαρχειῶν Ἀχαίας καὶ Ἀσίας .... λεγιῶνος δευτέρας Τραιανῆς ἰσχυρᾶς καὶ ἀνθύπατος Μακεδονίας τῇ πατρίδι ... *tit. 1. — Quae verba ante* πρῶτος *perierint, quod nude positum ferri nequit, non constat, quamquam sententia vix dubia est Claudianum primum gentis suae in ordinem amplissimum adlectum esse. Item dubitatur de iis quae ante* [λεγεῶν]ος δευτέρας Τραιανῆς *fuerint. Nam quod O. Hirschfeld suppleverat* [καί], *ita ut Claudianus esset legatus pro praetore provinciarum Achaiae et Asiae, item legionis II Traianae, Mommsen contra dixit legionem illam semper in Aegypto tetendisse eique praefuisse praefectum ordinis equestris. Itaque scribere maluit* [ἔπαρχος]. *At credi vix potest in hoc titulo, qui munera equestria, utpote inferiora, consulto non enumerat, in mediis honoribus senatoriis munus equestre insertum esse, ita ut cursus honorum plane confusus esset. Immo veri videtur similius fuisse* [καί], *sive ponimus legionem illam per aliquantum temporis extra Aegyptum castra habuisse sive titulum pertinere ad illam aetatem, ubi ab imperio fere Elagabali (cf. veluti VI 3839) distinctiones munerum equestrium et honorum ordinis senatorii non eodem rigore quo antea observabantur et praefecti praetorio viri clarissimi non semel inveniuntur.*

Fuit ergo Claudianus origine Xanthius, ordinis equestris; postquam ad munera procuratoria pervenit, in ordinem senatorium adlectus legatus pr. pr. provinciarum Achaiae et Asiae, item legionis II Traianae, deinde proconsul Macedoniae fuit.

— Asellius Claudianus.

— CARMINIVS CLAVDIANVS.

— Carminius Claudianus.

— CL(AVDIVS) ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— TIB. CLAVDIVS CLAVDIANVS.

— FL(AVIVS) ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— T. FLAVIVS ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— T. FLAVIVS CLAVDIANVS.

— T. F(LAVIVS) CLAVDIVS CLAVDIANVS.

— M. Vlp(ius) Carminius Claudianus.

— IVNIA CLAVDILLA.

622 CLAVDIVS *in aedificio aliquo filiae extructo t. versibus conceptum inscripsit X 1688 Neapolitanum* '[qui dedit A]eneadum fastis ex ordine consul [nomina], progenies Claudius Appiadum, [al]ta Sabinillae dat dulci moenia natae ....anus genitor' *etc. Ad Appium*

Claudium Iulianum consulem a. 222 t. rettulerat Borghesi et suppleverat [Iuli]anus, *quod ferri posse propter metrum negavit Bücheler, neque certe ex verbis* progenies Appiadum *colligitur huic Claudio fuisse praenomen Appium. Immo vel quivis Claudius homo nobilis aetatis imperatoriae credere vel fingere potuit se ex Appiis Claudiis illis antiquis originem ducere. Itaque incertum est, quis fuerit hic consul ordinarius.*

623 Claudius, avunculus Helvidii Prisci generi Thraseae Paeti ut videtur *schol. Vallae ad Iuvenal. 5, 36 loco non satis perspicuo.*

624 Claudius, cui divus Pius rescripsit de poena eorum, qui apud iudices instrumenta protulerunt, quae probari non possint *Callistratus Digest. 48, 10, 31. Magistratus vel praeses videtur.*

625 Claudius, latro aetate Septimii Severi, qui Iudaeam et Syriam praedabatur, quamquam studiose exquisitus, nunquam captus est *Dio 75, 2.*

626 Claudius. Elagabalus fecit praefectum annonae Claudium tonsorem *vit. Elagab. 12, 1* (censorem *traditur*).

627 AP. CLAVDIVS, adulter Iuliae ab Augusto punitus *Velleius 2, 100. Fortasse idem memoratur in t.* Claudiae Appi libertae Primae *VI 4378.*

628 TIB. CL[AVDIVS?], [leg. leg.] XIII G(eminae) *sub Hadriano, ut videtur III 953 t. Dacicus mutilus.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS AVGVSTVS.

— M. Aur(elius) [Cl]audius.

629 CL(AVDIVS?) A.... N[AT]ALIANVS *memoratur in t. Bulgarico graece scripto Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich 1892 p. 211 n. 86, quem posuit civitas Nicopolis ad Istrum imperatori cuius nomen erasum est,* ὑπατεύοντος ΚΛ/ΑΥ. Ν//ΑΛΙΑΝΟΥ πρεσβ. Σεββ. ἀντιστρ. *De nomine gentilicio vel nominibus non constat neque certum est, utrum quarta littera ab initio fuerit* Ν *an* Υ. — Legatus Augustorum pro praetore provinciae Thraciae *tit.*

630 CL(AVDIVS) ACILIVS CLEOBOLES, filius Tib. Claudii Cleobolis cos., maritus Aciliae Manliolae, gener M.' Acilii Faustini cos. *(a. 210)*, pater Aciliae Gaviniae Frestanae *memoratur in t. Allifano filiae IX 2334 cf. 2333.*

631 Claudius Aelianus, Αἰλιανὸς ἀπὸ Πραινεστοῦ τῆς Ἰταλίας, ἀρχιερεὺς καὶ σοφιστής, ὁ χρηματίσας Κλαύδιος *Suidas I 2 p. 31 ed. Bernhardy;* Αἰλιανὸς Ῥωμαῖος *Philostrat. vit. sophist. 2, 31, 1;* ipse Romanum se dicit *var. hist. 2, 38; 12, 25; 14, 45; pontifex ut videtur municipalis Praenestinorum.* Vixit Romae tertio saeculo ineunte, cum in Gynnida *(= Elagabalum)* mortuum *(a. 222 p. C.)* quaedam composuisset *Philostr. l. l. § 3.* Discipulus Pausaniae graecis litteris impense operam dedit et, cum declamando impar esset, ad scribendum conversus libris gloriam adeptus est; vixit ultra sexaginta annos neque liberos reliquit, *Philostr. l. l. De scriptis cf. Christ, Geschichte der griechischen Litteratur p. 608*[2].

632 CL(AVDIVS) AELIVS POLLIO, legatus Augusti pro pr. G(ermaniae) s(uperioris) *Brambach, Corpus inscript. Rhen. 982 t. Mogontiacensis.*

633 Claudius Agathemerus, medicus Lacedaemonius, amicus Persii *vit. Persii Sueton. rel. ed. Reifferscheid p. 74 (ubi pro* Agathemeri *traditur* Agathurrini *vel* Agaturrini); Κλαύδιος ἰητὴρ Ἀγαθήμερος *CIG 6197 = IGI 1750 t. urbanus sepulcralis eius versibus conceptus.*

— MARC(IVS) CLAVD(IVS) AGRIPPA.

634 CLAVDIVS AGRIPPINVS, vir clarissimus (συνκλητικός), maritus Aeliae Platonidis *memoratur in t. mausolei Rhodiopolitani, Benndorf, Reisen im südwestl. Kleinasien II p. 113 XVII A 7* (Κλαυδ[ίου Ἀγρι]ππείνου), *p. 114 XVIII D 12* (Κλαυδίου [Ἀγριππε]ίνου). *Potest idem esse* Ti. Claudius Agrippinus, Ti. Claudii Iasonis filius, tribu Quirina Ῥωμαῖος καὶ Παταρεὺς καὶ Ξάνθιος καὶ Μυρεύς, πολιτευόμενος δὲ καὶ ἐν ταῖς κατὰ Λυκίαν πόλεσι πάσαις, ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν καὶ γραμματεὺς Λυκίων τοῦ κοινοῦ κτλ. *honoratus t. Lyciis ibd. I p. 117 n. 89, p. 122 n. 93.*

635 TI. CLAVDIVS AGRIPPINVS, frater Arvalis adfuit in collegio anno 155 *VI 2086 acta Arvalium. Cf. n. 634.*

— T. Ant(onius) Cl(audius) Alfenus Arignotus.

636 [Ti. Claudius] Alpinus *V 3356* = L. Bellicius Sollers *v. supra B 85.*

637 CL(AVDIVS) [A]POLLIN[ARIS], [l]eg(atus) leg. I M[inerviae] *memoratur in t. mutilo Germaniae inferioris edito Jahrbücher der Alterthumsfreunde im Rheinlande L. LI (1871) p. 188, posito* [pro salute] im[p. M.] Aur. Com[modi] Aug. F[usciano II et Silano I]I (?) cos. (*= a. 188?*).

638 Claudius Apollinaris, praefectus classis Misenensis anno 69 *Tac. h. 3, 57. 76. 77.*

639 Claudius Apollinaris, cui divi fratres rescripserunt *Scaevola Digest. 22, 3, 29.*

640 TI. CL(AVDIVS) APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS *sive* M. ATILIVS ATTICVS BRADVA REGILLVS. *Tituli: Atticus a civibus Piraei positus Athenische Mittheilungen VI (1881) p. 309 n. 1 (1), Olympicus publice ab Eleis positus (cf. infra n. 655) D p. XII n. 2 (2), memoratur in laterculo ephebico CIA III 1145 (3). Idem intellegendus est is filius, cuius mentio fit in carmine Triopeo IGI 1389 (4) et in t. urbano ab Herode patre in honorem Anniae Regillae dedicato IGI 1392 (5). Si recte tradatur in t. Spartano mutilo CIG 1256* συν[έ]φηβος Ἀττικοῦ τοῦ Ἡρώδου, *hic quoque noster intellegendus sit; at titulus omnino male descriptus est.*

In consulatu: Atticus *VIII S. 14683, Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 101, ceterum semper* Bradua *fasti.* — Ti. Claudius Appius Atilius Bradua Regillus Atticus *t. 1,* M. Atilius Atticus Bradua Regillus *t. 2,* Ti. Claudius Bradua Atticus *t. 3. Plene nominatus esse videtur* Ti. Claudius Atticus M. Appius Atilius Bradua Regillus, *quorum nominum priora a patre, reliqua a stirpe matris deducta sunt, et eadem insigni libertate, cui et uxorem et reliquos liberos Herodis*

indulsisse ex titulis dispicimus, et ipse in nominibus componendis usus esse. — Atticus *apud Philostrat. vit. soph. 2, 1, 22.*

Filius Ti. Claudii Attici Herodis sophistae et Anniae Regillae *t. 2, filiorum duorum (cf. infra n. 655) natu maior, ut ex nominibus apparet.* Marathonius, *id est e demo Atheniensium Marathonio oriundus t. 2. 3.* Infans dicitur quo tempore mater mortua est *(id est a. 160/161) t. 4 v. 15 sq.* δοιὼ δ' ἔτι παῖδε λιπέσθην νηπιάχω, ἀγνῶτε κακῶν, ἔτι πάμπαν ἀπύστω κτλ. *(Sed haec a poeta an minus accurate certe de puero dicta sint, dubitari potest; nam in causa gravissima quam Pio regnante contra Herodem Cornelius Fronto egit (vide infra in patre),* ei 'dicendum (erat) de filio impio et paternarum precum immemore' *Fronto p. 42 ed. Naber, quae verba ut de filio Herodis intellegenda sint, cum ad nostrum pertineant necesse sit, docent eum ante mortem matris infantiam certe egressum esse; quamquam et de Herode ipso impietatis in patrem mortuum insimulato cogitare licet cf. Philostr. vit. soph. 2, 1, 6.)* Matre mortua imperator Pius eum εἰς τοὺς εὐπατρίδας ἐν Ῥώμῃ ἐνέγραψεν ἀνεγκὼν εἰς τὴν βουλὴν συνκλήτου δόγματι *t. 5 cf. t. 4 v. 23 sqq.* αὐτὰρ ὁ *(scilicet* βασιλεύς*)* ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα δῶκεν ἔχειν κτλ., *ubi lunae ipsa mentio (scilicet eburneae adsutae calceo senatorio, quod patriciorum erat insigne senatorum) satis docere poterat filium Herodis ab imperatore Pio inter patricios adlectum esse;* εὐπατρίδης *t. 3.* Cum puer indocilis esset, adulescens nimis vino et veneri indulgeret, odio erat patri, qui mortuus tantum materna bona ei reliquit. *Philostr. vit. soph. 2, 1, 22, 23.* Consul anno 185 cum Materno *fasti.* Archon Athenis sub Commodo *t. 3.* — Κλαύδιος Ἀττικὸς Μαραθώνιος κῆρυξ βουλῆς καὶ δήμου *in plebiscito Attico CIA III 10 a. 209 ut videtur fortasse filius est consulis a. 185.*

641 Claudius Arabianus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 7.*

642 CL(AVDIVS) ARCHELAVS CLAVDIANVS, consularis *(consul suffectus anno incerto) publice honoratus t. Philadelphiae reperto* Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς Ηερ. *I p. 119.*

643 CLAVDIVS ARISTOCLES *honoratus t. Olympico:* Κλαύδιον Ἀριστοκλέα ῥήτο[ρα] ὑπατικόν *Archäologische Zeitung XXXVII (1879) p. 36 n. 266.* — *Apud scriptores* Aristocles.

Pergamenus a consularibus originem ducens cum adulescentiam studio disciplinae Peripateticae dedisset, postquam Romae Herodem Atticum audivit, scholis eius interfuit et ad sophistas transiit; Pergamum reversus rhetor et rhetoricae magister inclaruit *Philostrat. vit. soph. 2, 3 (inde eadem fere repetiit Synesius Dio 35).* Romam epistula imperatoris *(M. Aurelii ut videtur)* evocatus in senatum adlectus est *Phot. bibl. cod. p. 100 b ed. Bekker;* consularis *tit.* *(Cum adlectio inter consulares nonnisi tertio saeculo inveniatur, necesse est Aristocles consul*

suffectus fuerit sub Marco vel Commodo.) Decessit in ipso limine senectutis *Philostr. l. l.*

Scripsit Τέχνην ῥητορικήν, Ἐπιστολάς, Περὶ ῥητορικῆς βιβλία ε', Μελέτας, Πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανεμήσει τοῦ χρυσίου *Suidas s. v.* Ἀριστοκλῆς *I p. 728 ed. Bernhardy. Ex libro rhetorico nescio quo quaedam afferuntur in anonymi schol.* εἰς στάσεις *Rhet. gr. VIII p. 246 ed. Walz.*

Magister Aelii Aristidis *Philostrat. vit. soph. 2, 14, 1, Suidas s. v.* Ἀριστείδης *I p. 721*, Euodiani *Philostrat. l. l. 2, 16*, Rufi *id. 2, 17, 2*, Heraclidis *id. 2, 26, 6.*

644 Claudius Ariston, princeps Ephesiorum, homo munificus et innoxie popularis; inde invidia et a dissimillimis delator immissus; apud imperatorem Traianum causam dixit et absolutus est *Plin. epist. 6, 31, 3.*

645 CL(AVDIVS) ARRIANVS, vir clarissimus (συνκλητικός), maritus Cl(audiae) Balbinae *memoratur in t. uxoris Ancyrano graece scripto Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich IX (1885) p. 127 n. 92. Potest idem esse qui sequitur.*

646 L. CLAVDIVS ARRIANVS, consul *(suffectus anno incerto), cui t. Neapolitanum IGI 743 posuerunt* Κρητόνδαι. — *Cf. n. 645.*

647 TI. CLAVDIVS ARTEMIDORVS, proconsul (Asiae), consobrinus Claudiae Caniniae Severae, quae ei posuit *t. Ephesium graece scriptum Bulletin de correspondance Hellénique I (1877) p. 293 n. 82.*

648 Claudius Athenodorus, praefectus annonae *VI 8470. Fortasse idem patronus memoratur in t. Puteolano* Ti. Claudii Athenodori liberti Hygini *Ephem. ep. 8, 396.*

649 CLAVDIVS ATTALVS. *Nummus eius Pautaliae in adversa caput Commodi exhibet cum inscriptione* Αὐτ. Και. Μ. Κόμοδος, *in aversa inscriptus* Ἡγε(μονεύοντος) Κλ. Αττάλου Οὐλπίας Παυταλίας *Eckhel catalog. musei Vindobonensis I p. 73 n. 10 (inde Mionnet Suppl. II p. 373 n. 1008).*

Legatus pro praetore Thraciae sub Commodo *num., Dio 79, 3;* a Septimio Severo tempore belli Nigriniani senatu motus, a Caracalla restitutus a. 218 ex sortitione provinciae Cypri proconsul ab Elagabalo occisus est, quod aliquando in Thracia Comazontem offenderat *Dio l. l.*

650 CLAVDIVS ATTALVS. *Titulus acephalus nuper Trallibus repertus communicatus nobis a Mich. Pappaconstantino per O. Kern: .....* Φιλίππου τοῦ κρατίστ[ου] ὑπατικοῦ, ἀδελφιδῆν Φλαβίου Ἀντωνείνου ὑπατικοῦ ἀνθυπάτου Ἀφρικῆς καὶ Φλαβίου Φαίδρου ὑπατικοῦ, καὶ συνγενῆ *(duae tresve litterae quae sequuntur incertae sunt)* [Κλα]υδίου Ἀττάλου ὑπατικοῦ ἀνθυπάτου Ἀσίας, ἀνεψιαδῆν Κλαυδίου Ἀττάλου Πατερκλιανοῦ ὑπατικοῦ ἡγεμόνος Βειθυνίας.

Proconsul Asiae *(saeculo III ut videtur) tit. Potest idem esse L. Claudius Attalus n. 651 aut Ti. Claudius Attalus n. 652.*

651 L. CLAVDIVS ATTALVS. *Tituli Aphrodisienses: publice honoratus a civitate Aphrodisiade CIG 2781b Addend. p. 1111 corr. Lebas-Waddington 1596 (1); fratri posuit CIG 2805a = Lebas-Waddington*

1615 (2), qui in vicem ei dedicavit CIG 2805 b (3); memoratur in t. consobrinae CIG 2819 b Add. p. 1115 = Lebas-Waddington 1597 (4).

L. Claudius Attalus *t. 1, ubi cum Boeckh exemplum Fellowsii secutus edidisset* Τιβέριον, *Waddington ex exemplo Deeringii emendavit* Λούκιον; Attalus *t. 2. 3. 4.*

Origine Aphrodisiensis *t. 1*, filius L. Antonii Claudii Dometini Diogenis *t. 1*, senator *t. 1. 3*, frater Claudii Diogenis *t. 2. 3. 4*, consobrinus Claudiae Antoniae Tatianae *t. 4. Cf. n. 650.*

652 TI. CL(AVDIVS) ATTALVS, συνκλητικός, pater Achillis mariti Tatianae *CIG 2831 t. Aphrodisiensis. Cf. n. 650.*

653 CLAVDIVS ATTALVS PATERCVLIANVS, consularis, praeses Bithyniae *in t. graece scripto Trallibus reperto cf. n. 650.*

654 TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES, pater Ti. Claudii Attici Herodis consulis a. 143. *Tituli patris et filii cognominis quomodo distinguendi sint, cum antea viri docti de ea re multum erraverint, nunc t. Olympicis et Eleusino (infra n. 15) repertis ita constat, ut de paucis tantum iisque mutilis dubium maneat, ad utrum referendi sint. Et ii quidem tituli, ubi quattuor nomina posita sunt, quamquam per se ad utrumque referri possunt, tamen aliis rebus aut patri aut filio attribuuntur. Ceterum autem in t. graece scriptis pater dicitur* Ti. Claudius Atticus *sive* Claudius Atticus *sive* Atticus; *contra filius* Ti. Claudius Herodes *sive* Claudius Herodes *sive plerumque* Herodes, *ita ut illi Graecorum more nomen principale* Atticum, *huic* Herodem *fuisse appareat. Neque omnino illi tituli, quibus consules a. 143 ad annum significandum afferuntur, ulla ratione hic in censum veniunt, ubi de titulis graecis hominis utriusque agitur.*

Patri positi sunt: CIA III 3 (1) decretum publicum Atheniensium in honorem eius et Vibulliae uxoris factum; phylae Atticae ei et uxori posuerunt titulos eodem modo conceptos, quorum ipsius extant t. CIA 669 (2), quem dedicavit ἡ Π[τολε]μαίς, *670 (3), quem* ἡ Οἰνηίς, *671 (4) quem* ἡ Κεκροπίς, *672 (5), quem* ἡ Ἀντιοχίς, *673 (6), quem phyle cuius nomen periit, uxoris 674 (7), quem* ἡ Πανδιονίς; ἡ ἐξ Ἀρείου πάγ[ου βο]υλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων *(ante a. 126)* καὶ ὁ δῆμος *ei posuerunt CIA III 665 (8); Gythiatium civitas ei posuit Gythii t. Lebas-Foucart II 243 d (9), Athenis CIA III 668 (10); Megarensium civitas Megaris Inscript. Graeciae Sept. I 88 (11);* τὸ κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλήνων τῶν εἰς Πλαταιὰς συνιόντων *Thebanum ibd. I 2509 (12). — Memoratur in t. Attico CIA III 476 (13)* ἐπὶ ἱερέως Κλ(αυδίου) Ἀττικοῦ αὐτοκράτορα Ἀδριανὸν Σεβαστὸν Ὀλύμπιον, *qui t. propter agnomen Olympii non ante a. 129 positus est cf. Dürr, die Reisen des Kaisers Hadrian p. 44, in t. Herodiani filii, quem* ἡ πόλις Ἰουλιητῶν *in Cea insula dedicavit CIG 2371 (14), in t. Eleusino Herodis filii* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *1894 p. 206 a (15).*

Dubium est, utrum ad patrem an ad filium pertineant hi tituli: CIA III 485 Hadriano positus ἐπὶ ἱερέως Τι. Κλ........, *ibd. 675* ἡ βουλὴ καὶ ὁ [δῆμος τὸν ὑπατι]κὸν Τιβέρι[ον Κλαύδιον] Ἀττικὸν Ἡρώ[δην Μαραθώνιον τὸν [εὐεργέτην]. *Ephesius CIG 2978* .... Ἀττικὸν Ἡρώδην ......, *Troade repertus incertae lectionis CIG 3579* .. Τι. Κ..... τικον ...., *ubi num omnino alter uter memoratus sit, prorsus incertum est.*

Ti. Claudius Atticus Herodes *dicitur vel dicebatur t. 1–8*, Ti. Claudius Atticus *9. 12. 14*, Claudius Atticus *10. 11. 13. 15;* Atticus *passim in iis titulis filii, ubi hic nuncupatur* Ἡρώδης Ἀττικοῦ *v. infra sub filio. Apud scriptores* Atticus.

Filius (Ti. Claudii) Hipparchi *Philostrat. vit. soph. 2, 1, 3, perperam* Plutarchi *Suidas s. v.* Ἡρώδης. Μαραθώνιος *t 1. 2–6. 7. 8. 12. 15, id est e demo Atheniensium Marathonio oriundus.* Cum bonis patris publicatis pauper factus esset, immensum thesaurum invenit, de quo ad Nervam imperatorem scripsit; inde homo praedives *Philostrat. l. l. Fortasse hic intellegendus est Iuvenal. sat. 11, 1* 'Atticus, eximie si cenat, lautus videtur'. *Quomodo quando latum clarum adeptus sit, nihil traditur, sed probabiliter ponitur eum ab imperatore Nerva vel Traiano in amplissimum ordinem adlectum esse.* Consul *t. 10 cf. Sopatr. prolog. Aristid. III p. 739 ed. Dindorf* (Ἡρώδης) ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο. *suffectus anno incerto sub Traiano ut videtur;* ὁ σοφιστὴς Ἡρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς δισυπάτους *Philostr. l. l. 2, 1, 1.* ὁ αὐτοῦ *(= Herodis)* πατὴρ τοῖς δισυπάτοις συγκατελέχθη *Suidas l. l. Quamquam tali in re auctoritati verborum perplexorum Philostrati haud ita multum tribuerim, nihil Suidae, verum esse potest Atticum consulem iterum suffectum esse sub Hadriano.* Proconsul Asiae *Suidas l. l.; at cum praeterea reliqua quae recte de rebus familiaque Herodis eo capite Suidae traduntur, omnino e vita Philostrati derivata sint, qui et nominatim laudatur, illa autem quae a Philostrato discrepant, non tam ex alio fonte hausta quam ex narratione Philostrati neglegenter adhibita et corrupta per Suidam vel potius per auctorem unde pendet, orta esse videantur, proconsulatus ille Attici, qui unius Suidae testimonio fertur, satis infirmo, vereor, fundamento nititur. Est sane cur suspicemur proconsulatum Attici in nulla alia re positum esse quam in male intellecta earum rerum enarratione, quae a Philostrato de correctura civitatium Asiae, qua Herodes filius functus est, in medium prolatae sunt.* Ἀρχιερεὺς τῶν Σεβαστῶν *t. 2–6. 8. 10. 12. 15* (ἱερεύς *t. 13*), διὰ προγόνων *t. 15*, διὰ βίου *t. 8*, post annum 128 *t. 13.* Fuit in vivis, cum Herodes filius corrector civitatium liberarum Asiae, Arrius Antoninus (qui postea Pius Augustus) proconsul eiusdem provinciae esset *(id est circa a. 135 cf. supra A 1257) Philostr. l. l. § 4. 17. Cum Herodes filius sacerdotium iure hereditario iussit viro Hadriano cf. CIA III 478, sequitur Atticum diem obiisse sub finem imperii Hadriani.*

Hegesippus apud Euseb. hist. eccl. 3, 32 (ab Eusebio pendet Chronicon Paschale p. 471 ed. Bonnensis) narravit Simeonem alterum *(qui fertur)* episcopum Hierosolymitanum centum viginti annos natum martyrium passum esse ἐπὶ Τραιανοῦ Καίσαρος καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ, *unde vulgo pro certo statuitur Atticum patrem Herodis Syriae vel Iudaeae Palaestinae praefuisse. Atticus ille qui dicitur* consularis *scilicet legatus, nonnisi Syriae praeses esse potuit, cum Iudaeam tunc temporis praetorii regerent. Sed ut incertum est in cognomine satis vulgari (vide supra p. 178), num apud Hegesippum intellegendus sit Ti. Claudius Atticus, ita auctor, cuius tota narratio de illo martyrio prorsus a vero abhorrere videtur, nescio an nullam mereatur fidem. Quae non potest non denegari verbis fortasse ab auctore ipso corruptis Martyr. Ignatii p. 307 acta Ignatii ed. Zahn* ἐν ἔτει πέμπτῳ (ἐννάτῳ *liber Oxon.*) τῆς βασιλείας Τραιανοῦ Καίσαρος καὶ δευτέρῳ ἔτει ἐνυπατίας (ἐν ὑπατίᾳ *Oxon.*) Ἀττικοῦ καὶ Σουρβανοῦ *(sic Oxon.,* καί Σουρβινόν *Vatican,* Ἀττικοῦ Σουβουρανοῦ *scripsit Zahn)* καὶ Μαρκέλλου; *nam ut omnino auctor praeter consules a. 104 (Sex. Attium) Suburanum et (M. Asinium) Marcellum etiam legationem Attici memorare voluerit, hanc ex Eusebio, cuius historiam eum expilasse constat (cf. adnot. Zahnii ad l. l.), alieno loco eum intrusisse probabiliter coniecit Zahn. Falso igitur Asbach Jahrbücher des Vereins der Alterthumsfreunde in den Rheinlanden LXXII (1882) p. 39 loco pro arbitrio mutato uti studuit ad annos consulatus et legationis accuratius constituendos. — Neque probari potest sententia Dittenbergeri Hermes XIII (1878) p. 77 conicientis in t. 10, quo honorat civitas Gytheatium Atticum* κηδεμόνα τοῦ ἔθνους *(scil. Eleutherolaconum), significari his verbis proconsulem Achaiae vel legatum ad corrigendum statum; neque enim omitti potuit* ἀνθύπατος *et requireretur omnino pro* ἔθνους *voce* ἐπαρχεία.

Vibullia Alcia uxor *t. 1. 7. 15*, liberi: Ti. Claudius Atticus Herodes, Ti. Claudius Atticus Herodianus. Claudia Athenais *soror ut videtur v. infra sub Claudia.* Homo summae liberalitatis, qua praecipue in cives Athenienses usus est *Philostr. l. l. § 4–5.* — Scopelianum sophistam hospitio excepit *id. 1, 21, 13.*

655 TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES, consul anno 143. *De titulis eius et patris cognominis distinguendis et de titulis, qui ad utrum pertineant dubium est, in universum conferenda sunt quae supra n. 654 exposui. Titulos autem Olympicos, qui ad Herodem familiamque eius spectant, edidit et illustravit Dittenberger, De Herodis Attici monumentis Olympicis, Index scholarum Halensis a. 1892, unde quos infra attulimus, D littera et paginarum numeris adscriptis significavimus.*

I) Ipse posuit a) Atticos: CIA III 69 (1), quo templum Athenae dedicavit; III 403 (2), quo monumentum nescio quod; Δελτίον ἀρχαιολογικόν *1888 p. 189 (3), quo* τὸ ἀγορανόμιον; *posuit Anniae Regillae uxori vivae t. Eleusinum* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *III (1885) p. 152 n. 28 (4),*


mortuae sepulcralem CIA III 1417 (5); Flavio Dorotheo decreto publico CIA III 663 (6); Vibullio Polydeuci matris liberto III 811. 813. 814 (7–9) una cum matre, quae eidem 815. 816 (10. 11), qui tituli ex Olympicis et Eleusino n. 23 corrigendi sunt; (Marciae) Claudiae Alciae Eleusinum Ἐφημερίς ἀρχαιολογική *1894 p. 207 b (12). b) Olympicos hominibus domus imperatoriae, quorum quattuor supersunt D p. XVI sq. n. I–III 2 (13–16), ubi in 13 aperto errore omissum est* Ἡρώδης. *c) In Cercyra insula ephebo cuidam filio amici posuit CIG 1883 (17). d) Romae in honorem Regillae uxoris defunctae IGI 1389 carmen Triopei (18) et 1390 (19), qui et ipse ad Triopeum spectat, 1392 (20), bilinguem 1391 = CIL VI 1342 (21).*

II) Herodi dedicati sunt: a) Atticus CIA III 666 (22) ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων *(ante a. 126)* Ἡρώδην [Ἀττικοῦ τὸν ἑαυτοῦ] εὐεργέτην, *qui titulus quamquam non certe, tamen probabiliter ad hunc Herodem refertur; Eleusinus* κατὰ τὸ δόγμα τῆς Κορινθίων βουλῆς *positus* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *1894 p. 206,a (23). b) Olympicus publice ab Eleis positus D p. V (24), cuius frustula supersunt* [Τιβέριον Κλαύδ]ιον Ἀττικὸν Ἡρώδ[ην] Μαραθώ[νιον] ..... *c) Smyrnaeus admodum mutilus CIG 3187 (25).*

III) Memoratur a) in t. Atticis ut agoranomus CIA III 160 (26), ut archon ibd. Add. p. 483 n. 69 a (27) et ibd. 735 (28). 736 (29) ephebicis, quorum n. 29 versibus conceptus est, ut ἱερεὺς *vel* ἀρχιερεύς *ibd. 478 (30). 1132 (31); nomina extant in fragmento ibd. 667 (32); deinde memoratur in t. Regillae uxoris Athenische Mittheilungen VIII (1883) p. 287 (33), in t. sepulcrali Elpinices filiae CIA III 1333 corr. a Dittenbergero p. XV l. l. (34), in t. Marciae Claudiae filiae CIA III 894 a (35). b) In t. Olympicis Vibulliae matris D p. VI (36), quattuor liberorum D p. XII n. 1–4 (37–40), patris et avi materni Regillae D p. VI. VIII (41. 42).*

In titulis dicitur Ti. Claudius Atticus Herodes *t. 17. 23. [24]. 34;* Ti. Claudius Herodes *t. 25. 28. 31;* Τιβερίου [Κλαυ]δίου Ἡρώδου νε(ωτέρου) *t. 27;* Claudius Herodes *t. 6. 30. 33. 35, in viginti novem aliis* Herodes. *Prorsus singularis esse traditur t. 12, quem sic edidit Skias l. l.* [Τ]ιβέριος Κλαύδιος Ἡρώδου [υἱὸς] ἵππαρχος Μαραθώνιος τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Κλαυδίαν Ἀλκίαν μυηθεῖσαν κτλ. *Hic titulus quin ad Herodem nostrum spectet, primum ideo dubitari nequit, quod in altero eiusdem basis latere inscriptus est t. 23 Herodi a Corinthiis dedicatus. Deinde Herodes et uxori Eleusine posuit t. 4 et recte dicitur* ἐξηγητής, *quippe qui fuerit e Cerycum gente t. 18 carm. Triop. v. 33 (cf. Dittenberger Hermes XX (1884) p. 2, 10 sqq.), quo pertinet quod* imperator M. Aurelius ad eum scripsit se cupere μυηθῆναι, εἴη δὲ καὶ σοῦ μυσταγωγοῦντος *Philostr. vit. soph. 2, 1, 31. Denique Claudia Alcia non potest non intellegi Marcia Claudia Alcia Athenais filia illa Herodis. At* [Τ]ιβέριος Κλαύδιος Ἡρώδου [υἱός] *nullo modo potest ferri neque Graecorum more, quo*

Stemma familiae Ti. Claudii Attici Herodis.



ipse dicitur Ἡρώδης *vel* Ἡρώδης Ἀττικοῦ, *pater uno nomine semper* Ἀττικός, *neque Romanorum, quo nemo unquam quisquam altero post Christum natum saeculo appellatus est Ti. Claudius cognomine omisso, sed hic appellari debuit* Ti. Claudius Ti. f. Atticus Herodes *sive* Ti. Claudius Atticus *sive* Ti. Claudius Herodes. *Itaque non dubito, quin in lapide fuerit* [Τ]ιβέριος Κλαύδιος Ἡρώδ[ης]; *num quid praeterea in fine versus perierit veluti* ἱερεύς, *nisi lapide denuo examinato non potest diiudicari.*

In consulatu: Ti. Claudius Atticus Herodes *VI 20217. 24162, XIV 3692,* Ti. Claudius Atticus *VI 29335, ceterum* Atticus *fasti. — Apud scriptores:* Ἡρώδης Ἰούλιος χρηματίσας *perperam Suidas s. v.* Ἡρώδης *I p. 896 ed. Bernhardy;* Herodes Atticus *apud Gellium ubique, vit. Marci 4, 2, Veri 2, 5;* Claudius Herodes *Dio 71, 35, ceterum semper* Herodes.

Atheniensis *Philostr. vit. soph. 2, 1 init. (quod caput inde abhinc indicabimus infra per vocem 'vita' paragrapho adscripta ed. Westermann), Suidas l. l., Pausan. (v. infra);* Marathonius *t. 1. 4. 12. 27. 28. 34, epigramma sepulcrale vita 37, Suidas l. l.* Filius Ti. Claudii Attici Herodis et Vibulliae Alciae *t. 23 cf. t. 36;* filius Attici, nepos Plutarchi *(sic) Suidas l. l.;* filius Attici, nepos (Ti. Claudii) Hipparchi *recte vita 3 cf. stemma p. 355;* Ἡρώδης Ἀττικοῦ *(casu genetivo* Ἡρώδου τοῦ Ἀττικοῦ) *t. 1. 3. [22]. 24. 26. 32, epigramma sepulcrale l. l. Natus est circa a. 101/102, ut sequitur ex iis quae de mortis tempore traduntur v. infra.*

Romae in domo P. Calvisii (Tulli), avi M. Aurelii qui imperavit, eruditus est *Marcus ad Frontonem 3, 2 p. 41 ed. Naber.* Athenis Scopeliano magistro usus est *Philostr. vit. soph. 1, 21, 7, vita 14.* Praeterea eum docuerunt Secundus Atheniensis sophista *(Philostr. sophist. 1, 26),* Theagenes Cnidius, Munatius Trallianus, (Calvisius) Taurus philosophus *vita 31,* inprimis Favorinus, quem Herodes magistri et patris loco habebat *vita ibd., Philostr. 1, 8, 4, Suidas l. l.* (Antonium) Polemonem Smyrnae audivit, quo tempore corrector civitatium Asiae erat, eiusque discipulum se professus est, cum ipse alios doceret *Philostr. 1, 25, 13–18, vita et Suidas l. l.* Adulescens in Pannonia coram imperatore oratione cecidit *vita 31, scilicet Hadriano anno 118 vel a. 122 in Pannonia agente cf. Dürr, Die Reisen des Kaisers Hadrian p. 19. 35.*

Athenis agoranomus fuit *t. 26,* archon *t. 29,* τρίτου ἀπὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ μεγίστου αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραιανοῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ *id est a. fere 127/128 cf. Dürr p. 43.* Postea hipparchus *t. 12.* Iam ante a. 126 publice ab Atheniensibus honoratus videtur *t. 22.* Ἀρχιερεύς *(scilicet* τῶν Σεβαστῶν) *t. 31. 33,* ἱερεύς *t. 30* sub finem imperii Hadriani *(cf. t. 30)* post mortem patris factus *v. supra in patre.*

Herodes cum filius viri clarissimi iure senatorii ordinis esset, prae-

torius utrum factus sit praetura functus an ab imperatore Hadriano adlectus inter praetorios, neque ex titulis neque ex scriptoribus perspicitur. Certe praetorius ἦρχε τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐλευθέρων πόλεων eodem tempore, quo T. Arrius Antoninus (qui postea imperavit) proconsul Asiae praeerat *vita 4. 17 cf. Philostr. 1, 25, 13;* legatus igitur missus ad corrigendum statum civitatium liberarum provinciae Asiae circa a. 132/135. Consul a. 143 cum C. Bellicio Torquato *fasti, Philostr. 1, 25, 13, t. 4*, consularis *t. 34, Gellius 1, 2, 1; 9, 2, 1; 19, 12, 1.* Morte Regillae uxoris commotus dicitur δευτέραν κλήρωσιν τῆς ὑπάτου ἀρχῆς ἀναβαλέσθαι *vita 19, quae verba minus perspicua ad iteratam sortitionem proconsulatuum consularium Asiae et Africae spectare videntur.*

Imperator Pius Herodem magistrum M. Aurelii et L. Veri instituit *Dio 71, 35, vit. Marci 4, 2, Veri 2, 5, M. Aurelius ad Frontonem 1, 6 p. 17.* Romae sub Pio causam dixit atrocissimam, 'in qua dicendum (erat) de hominibus liberis crudeliter verberatis et spoliatis, uno vero etiam occiso, dicendum de filio impio et precum paternarum immemore' *Fronto p. 42;* causam egit Cornelius Fronto (patronus ut videtur Demonstrati Petiliani, pro quo tertiam orationem in Asclepidotum scriptam memorat *Fronto p. 111*), acturi Frontoni videbantur Capreolus et Marcianus et Villianus *id. p. 43;* qua de causa M. Aurelius et Fronto in vicem litteras scripserunt *ad M. Caes. 3, 2–6.* Quamquam Fronto de ea causa orationem in publicum emiserat, postea Herodes ei reconciliatus est *Fronto ad M. Aurel. Caes. 4, 2 p. 61, ad eundem imp. 2, 8 p. 111, ad L. Verum 2, 9 p. 138. Vnde veri similis est coniectura Niebuhrii ad Herodem consolandum scripsisse Frontonem epistulam graecam, cuius extant fragmenta p. 243.*

Cum Pio imperante in Graeciam reversus esset, inimicitiae inter eum et Quinctilios ortae sunt *vita 24. 25,* ὁπότ' ἄμφω τῆς Ἑλλάδος ἠρχέτην, *scilicet cum Sex. Quinctilio Condiano et Sex. Quinctilio Valerio Maximo fratribus, quorum hic legatus provinciae Achaiae fuit CIL XIV 2609, illum proconsulem fuisse ponendum est.* Atheniensium, qui dominatione Herodis pressi sibi videbantur, Demostratus Praxagoras Mamertinus aliique plures adversarii Herodi extiterunt et eum apud proconsulem accusaverunt, cum apud eundem Herodes in vicem illos populum in se concitasse insimularet; adversarii autem, quorum primas partes agebat Demostratus, ad imperatorem Marcum in oppido Pannoniae Sirmio (a. 170/171) agentem se contulerunt, quo Herodes causam dicturus et ipse profectus est *vita 25–27. At haec narratio Philostrati minime accurata esse potest, quippe qui res ita rettulerit, quasi inimicitiae inter Herodem et Quinctilios Atheniensesque paulo ante a. 170 ortae essent. Quamquam enim per se poni potest Condianum post consulatum Achaiam rexisse (cf. quae adnotavi ad A 934) et Maximum propter necessitudinem, quamvis consularem,*

suscepisse legationem, ut Gordianus filius post consulatum legatus fuit patris, tamen credi non potest utrumque sub initium belli Marcomanici quindecim fere annis post consulatum, quo ambo anno 151 functi sunt, illa munera praetoria iniisse. Itaque cum Philostratus res longo tempore diiunctas poetarum more in breve spatium contraxerit necesse sit, coniciam causam, quam Quinctilio Condiano proconsule adversarii Herodi intendere coeperunt, eandem esse atque causam, de qua Marcus et Fronto consilia communicaverunt (v. supra), actam imperante Pio, et Demonstratum *(sic ter traditur)* Petilianum, *qui in ea a parte accusatorum stabat, eundem esse atque Demostratum, qui a Philostrato memoratur. Quod si verum sit, ponendum est inimicitias tunc quidem nescio quo modo in tempus compositas esse, sed multo post denuo exarsisse.* Cum Sirmii coram M. Aurelio Demostratus acerrime in Herodem invectus esset, Herodes autem iratus imperatori ipsi crimina obiecisset, M. Aurelius satis habuit in libertos Herodis animadvertere *vita 28–29.*

Post res in Pannonia actas Herodes in Atticam reversus circa Marathonem et Cephisiam pagos degere solebat *vita 30;* villa Cephisia Herodis memoratur *Gell. 1, 2, 2; 1, 10, 1; 18, 10, 1.* Ad (Avidium) Cassium rebellantem *(aestate a. 175)* scripsit nihil nisi Ἡρώδης Κασσίῳ ἐμάνης *vita 32.* Ex castris hibernis imperator Marcus ad eum de morte Faustinae uxoris litteras dedit *vita 31, id est hieme a. 175/176. Paulo post ut videtur* decessit Marathone anno fere septuagesimo sexto; corpus Athenienses in Panathenaico sepelierunt *vita 37;* epigramma sepulcrale *ibd.;* Hadrianus sophista Herodi orationem funebrem habuit *Philostr. 2, 10, 3.*

Vxorem duxit Appiam Anniam Regillam Atiliam Caucidiam Tertullam, filiam Appii Annii Galli consularis *cf. A 557,* quam a fere 160/161 amisit; nam Appius Annius Atilius Bradua consul (anno 160) vel consularis (εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν τοῖς τότε ὑπάτοις), frater Regillae Herodem uxorem interemisse accusavit, cuius criminis absolutus est; defunctam immodice luxit *(cf. Lucian. Demonax 33)* et memoriam titulis monumentisque *(cf. t. 5. 18–21)* coluit et nomine eius theatrum Athenis extruxit dedicavitque *vita 19, Pausanias 7, 20, 6.* Ex Regilla uxore quattuor liberos tulit: 1) Appiam Anniam Atiliam Regillam Elpinicen Agrippinam Atriam Pollam, 2) Tiberium Claudium Appium Atilium Braduam Regillum Atticum *sive* M. Atilium Atticum Braduam Regillum, 3) Marciam Claudiam Alciam Athenaida Gavidiam Latiarem, 4) L. Claudium Vibullium Regillum Herodem; *qui liberi quo ordine nati sint, non constat.* Duo ante matrem mortui sunt, quae duos superstites reliquit *t. 18 v. 15, scilicet Elpinicen et Atticum Braduam.* Herodem supra modum mortem filii *(scilicet L. Claudii Vibullii Regilli)* lugentem irrisit Demonax philosophus *Lucian. Dem. 25 (ubi cum Vorstio pro* ὁ δ'αὐτός, *id quod nullo modo ferri potest, emen-*

dandum videtur τῷ δ'αὐτός). Athenaida (*falso Philostratus:* Panathenaida) filiam Athenienses in solacium patris in urbe sepelierunt *vita 22.* Post mortem uxoris amisit Elpinicen *vita 22.* Itaque ex liberis unum superstitem reliquit Ti Atticum Braduam *vita 23 cf. supra n. 640.*

Libertos Achillem, Polydeucen *(cf. Lucian. Demon. 33)*, Memnona tamquam ingenuos luxit, εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει θηρώντων καὶ τεθηρακότων καὶ θηρασόντων κτλ. *vita 24; quo spectant tituli 8–11, quos in honorem Vibullii Polydeucis (scil. liberti matris) Herodes posuit t. 7. 8. 9, item t. 10, 11, quos Vibullia Alcia mater, cf. t. 8:* Πολυδευκίονα ὃν ἀνθ' υἱοῦ ἔστερξεν καὶ ἐνθάδε Ἡρώδης [ἀν]έθηκεν, ὅτι ἐνθάδε καὶ περὶ θήραν εἶχον. Alcimedontis liberti *(cf. vit. 18)* filias Herodes loco filiarum ipsius habuit et secum in Pannoniam duxit *vita 27. 29.*

Vir liberalissimus hominibns et civitatibus prospexit *vita 2.* Athenis suo sumptu Panhellenia et Panathenaica instituit *vita 7,* stadium trans Ilissum marmore ornavit et prope id templum Fortunae aedificavit *vita 8, Pausan. 1, 19, 6;* memoriae Regillae Odeum dedicavit *vita 8, Pausan. 7, 20, 6;* agoranomium *t. 3,* templum Athenae cum statua *t. 1* extruxit; ephebos Athenienses albis vestimentis donavit *vita 8, cuius rei mentio fit in t. 31.* Corinthi theatrum aedificavit et templum Isthmium signis replevit *vita 9, Pausan. 2, 1, 7;* Delphis stadium marmore Pentelico exornavit *vita 9, Pausan. 10, 32, 1,* apud Thermopylas thermas aegrotantium usui exhibuit *vita 9,* Olympiae aquaeductum cum exedra perfecit, quae opera Regilla uxor Iovi Olympio dedicavit *cf. tit. Olympicum Archäologische Zeitung 1878 p. 94 n. 149,* et ibi statuas hominum domus imperatoriae collocavit *cf. t. 13–16,* in templo Cereris signa eius et Proserpinae *vita 9, Pausan. 6, 21, 2 cf. Lucian. Peregr. Prot. 19. 20.* Oricum urbem in Epiro labentem restituit *vita 9. 30,* Canusium oppidum aquaeductu auxit civitatesque Euboeae Peloponnesi Boeotiae aliam alia ratione iuvabat *vita 9.* Cum corrector civitatium Asiae esset, Troadensibus penuria aquarum laborantibus magno sumptu salubres aquas comparavit *vita 4.* Isthmum perfodere quamquam summopere cupiebat, non ausus est *vita 10.*

Summus orator temporis sui *(cf. Gell. l. l., Lucian. Peregr. Prot. 19, Sopatr. prolegom. Aristides III p. 737 ed. Dindorf)* scholam Athenis habebat, quo undique iuvenes confluebant *Philostr. vit. soph. passim.* Alexandrum Peloplatonem Athenis audivit et magnificentissime donavit *ibd. 2, 5, 3–8;* Philagnus sophista cum Athenis moratus arroganter se gereret, inimicitias cum eo contraxit *ibd. 2, 8, 1–3.* Discipuli eius: Theodotus *ibd. 2, 2, 2,* (Claudius) Aristocles *2, 3, 1. 2,* Hadrianus *2, 10, 1–3, Suidas s. v.* Ἀδριανός *I p. 112,* Pausanias *2, 13,* Ptolemaeus Naucratita *2, 15. 1,* Rufus Perinthius *2, 17, 2,* Onomarchus *2, 18, 1,* dubium an et Heraclides *2, 26, 6,* Aelius Aristides *2, 9, 1, Suidas s. v.* Ἀριστείδης. — Philosophiae

magistros qui publice Athenis iuvenes docerent, ut Herodes selegeret, ei imperator M. Antoninus mandare solebat *Philostr. 2, 2, 2.*

Iudicium Philostrati de eloquentia eius *vita 34–35 cf. W. Schmidt, Der Atticismus I p. 192 sqq.* Extat oratio quae inscribitur Ἡρώδου περὶ πολιτείας; argumentum orationis contra Stoicos habitae refertur *a Gellio 19, 12.* Ἐπιστολαὶ δὲ πλεῖσται Ἡρώδου καὶ διαλέξεις καὶ ἐφημερίδες, ἐγχρειρίδια τε καὶ καίρια τὴν ἀρχαίαν πολυμαθίαν ἐν βραχεῖ ἀπηνθισμένα *vita 36* (*inde Suidas s. v.* Ἡρώδης); *iudicium de epistulis Herodis Philostr. epist. p. 258 ed. Kayser.*

656 TI. CL(AVDIVS) ATTICVS HERODIANVS, Ti. Cl(audii) Attici et Vibulliae Alciae filius *honoratus t. in Cea insula reperto CIG 2371, quem posuit* ἡ πόλις Ἰουλιητῶν. *Frater igitur Attici Herodis sophistae natu minor, ut ex nominibus apparet.*

657 Claudius Augustalis, adulescens, amicus Columellae *Col. 11, 1, 1.*

658 Tib. Claudius Augustanus, Tib. f., tribu Quir.; procurator Augusti provinciae Britanniae, pater (naturalis) Bellici Sollertis (= Ti. Claudi Alpini *v. supra B 85*), socer Claudiae Marcellinae, quae ei posuit *t. Veronensem V 3337.*

659 L. TI. CLAVDIVS AVRELIVS QVINTIANVS, consul a. 235 cum Cn. Claudio Severo. *Titulus Campanus ei a* Ti. Cl(audio) Felice IIviro amico *positus X 3850. — Plena nomina exhibet tit.; in consulatu:* Ti. Claudius Quintianus *VI 2001. 2009, ceterum* Quintianus *fasti.*

Tribu Quirina. Triumvir monetalis aere argento auro flando feriundo, quaestor candidatus, praetor, consul *tit.*, a. 235 *fasti;* pontifex *tit.*

660 TIB. CL(AVDIVS) AVR(ELIVS) TELEMACHVS, vir clarissimus, nepos Ti. Claudii Telemachi *memoratur in t. avi Benndorf, Reisen in Lycien p. 67 n. 62. Vide infra sub avo.*

661 Ti. Claudius B[a]l . . . ., procurator Aug. *(Claudii vel Neronis) honoratus t. Deliaco graece scripto Bulletin de correspondance Hellénique III (1879) p. 160 n. 9, quem posuit* Ti. Claudius Novius *(cf. CIA III 457. 652. 1085); in lapide superest* ΒΑΛ, Βαλ[εριανόν] *supplevit sine causa Homolle qui edidit; immo ex spatio litterarum supplendum videtur* Βάλ[βον] *potius quam* Βαλ[βῖνον] *vel* Βαλ[βίλλον].

662 Ti. Claudius Balbillus *memoratur in t. Aegyptiis CIG 4699 (1). 4957 v. 28 (2), in t. libertae Portuensi IGI 1323 = CIG 6668 (3).*

Plena nomina exhibet t. 1, Balbillus *t. 2,* Claudia Balbilli l. *t. 3; apud scriptores* C. *(sic traditur)* Balbillus *Tac. a. 13, 22, alibi* Balbillus. — Praefectus Aegypti anno 55 nuncupatus *Tac. l. l., Seneca natur. quaest. 4, 2, 13, Plinius n. h. 19, 3, tit. 1. 2.* — Virorum optimus profectusque in omni litterarum genere rarissimi citatur *Sen. l. l.*

663 [CLA]VDIVS BASSVS [CAPI]TOLINVS, consul *(suffectus anno incerto) VI 3829 cf. Ephem. ep. 4, 820 t. urbanus mutilus scriptus 'litteris*

bonis saeculi fere secundi'; *in eodem fragmento memoratur* .... meria [Ma]rcella *fortasse uxor vel filia.*

664 TI. CLAVDIVS BI[TH]YNICVS, proconsul (Lyciae et Pamphyliae *post a. 135 cf. Marquardt, Staatsverwaltung I² p. 376) memoratur in t. Sidensi mutilo CIG 4360 cf. Add. p. 1169.*

— TI. CLAVDIVS BRITANNICVS *vide* TI. CLAVDIVS CAESAR BRITANNICVS.

665 A. Claudius Caecina ... aeus (Καικίναν ... αιον Κυζικηνόν), Cyzicenus ab imperatore Antonino Pio curator Iliensium (λογιστής) factus *publice honoratus a civitate Iliensium t. ibi reperto Archäologische Zeitung 1873 p. 57.*

— NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS *vide* NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS.

— TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS *vide* TI. CLAVDIVS NERO GERMANICVS.

666 TI. CLAVDIVS CAESAR BRITANNICVS. *Tituli: ei positus est Tuscus originis incertae XI 3602 (1), ad eum probabiliter refertur VI 922 (2) urbanus mutilus, qui fuit fortasse in arcu Claudii; patri et ei et Neroni fratri, qui tertio loco nominatur, dedicatus t. Nemorensis Ephem. ep. 7, 1242 (3), nomen eius in massa aenea inscriptum est VII 1202 (4); memoratur in t. servi XIV 2769 (5), liberti patris VI 8873 (6). — Nummi Eckhel VI p. 254, Cohen I² p. 269.*

Ti. Claudius Caesar Britannicus *in nummis eommatis Romani,* Ti. Claudius [Caesar] Brittanicus *t. 1,* [Ti.] Claudius [Caesar] [Bri]tannic[us] *t. 2,* [T]i. Claudius Brittanicus [Caesar] *t. 3,* Ti. Claudius Britannicus *t. 5,* Britannicus Aug. f. *t. 4,* Britannicus *t. 5.* — Κλαύδιος Τιβέριος Γερμανικός *Dio 60, 12, eeterum* Britannicus *apud scriptores.*

Filius imperatoris Claudii et Valeriae Messalinae *Sueton. Claud. 27, Dio 60, 12, Tac. a. 11, 32, Ioseph. ant. 20, 8, 1, bell. 2, 12, 8, Iuvenal. 6, 124 cum schol. et schol. ad Iuvenal. 6, 434. De anno natali discrepant scriptores: Suetonius l. l. ipse sibi repugnat, cum scribat* Britannicum vicesimo imperii die *(= 12/13 m. Febr. a. 41)* inque secundo consulatu *(= a. 42)* natum Claudio; *Dio 60, 12 cum agat de rebus a. 42, non dicit id quod dicentem facere solent, eo ipse anno Britannicum natum esse, sed transeundo, ut qua moderatione Claudius et anno 42 et alias usus esset illustraret, eum nihil splendide egisse, cum filius ei natus esset, memoravit. Apud Tacitum ann. 12, 25* Nero *(qui natus est d. 15 m. Decembris a. 37 cf. n. 690) dicitur* biennio *(sic codex Mediceus,* triennio *eoniecit Nipperdey)* maior natu quam Britannicus. *Sed cum sub initium a. 55 Tacitus a. 13, 15 referat* Neronem turbatum esse propinquo, die quo quartum decimum aetatis annum explebat, *(scilicet quo ex usu domus imperatoriae Britannicus iamiam togam virilem accepturus erat), veri simillimum videtur Britannicum die 12/13 m. Febr. a. 41 natum esse.*

Primum a patre Ti. Claudius Germanicus dictus, deinde post Britanniam subiectam (a. 43) senatus consulto Britannicus nuncupatus est, ὥστε καὶ κυρίως τρόπον τινὰ Βρεττανικὸν αὐτὸν ὀνομασθῆναι *Dio 60, 22, Sueton. Claud. 27.* A Sosibio educatus *Tac. a. 11, 1. 4,* qui postea Agrippina moliente amotus et interfectus est *Dio 60, 32.* Nerone adoptato desolatus paulatim etiam servilibus ministeriis *Tac. a. 12, 26.* Cum a. 51 fratrem adoptatum Domitium salutavisset, Agrippina noverca eum adoptionem Neronis spernere apud Claudium insimulavit, qui criminibus illius commotus optimum quemque educatorem Britannici exilio aut morte affecit datosque a noverca custodiae eius imposuit *ibd. 12, 41, Sueton. Nero 7, Dio 60, 32.* Sub exitum vitae Claudius signa quaedam nec obscura paenitentiae de Neronis adoptione dedit et subinde obvium sibi Britannicum artius complexus hortatus est, ut cresceret rationemque a se omnium factorum acciperet *Sueton. Claud. 43.* Ab Agrippina ne cubiculo patris egrederetur prohibitus, dum ille animam efflaret *Tac. a. 12, 68.* Cum appropinquaret dies, quo quartum decimum aetatis annum Britannicus explebat, Nero sub initium a. 55 opera Lucustae veneficae eum epulantem veneno e medio sustulit corpusque raptim in campo Martio sepelivit *ibd. 13, 15–17, Sueton. Nero 33, Dio 61, 1. 7, Ioseph. ant. 20, 8, 2, bell. 2, 12, 8, Eutrop. 7, 12. 14, schol. ad Iuvenal. sat. 1, 71; 6, 117; 8, 218, Aelian. de nat. animal. 5, 29.* Titus Vespasiani filius qui familiarissime eo usus erat, postea statuam ei auream in Palatio posuit et alteram ex ebore equestrem, quae Circensi pompa praeferebatur, dedicavit prosecutusque est *Sueton. Tit. 2.*

Memoratur Tac. a. 11, 26. 34; 12, 2. 9. 65. 68. 69; 13, 10. 14. 19. 21; 14, 3, Sueton. Nero 6, Herodian. 4, 5, 6.

667 TI. CL(AVDIVS) CALLIPPIANVS ITALICVS, ὕπατος, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος τῶν Σεβαστῶν, λογιστὴς καὶ ἐπανορθωτὴς τῶν ἐλευθέρων πόλεων *publice honoratus t. Attico CIA III 631.*

Fuit consul *(suffectus anno incerto)*, legatus Augustorum pro praetore missus ad corrigendum statum civitatium liberarum Achaiae. *Ad aetatem Severi et Antonini rettulit Dittenberger Ephem. ep. 1 p. 248.*

668 TIB. CL(AVDIVS) CANDIDVS. *Titulus eius Tarraconensis II 4114.* — *Nomina plena exhibet titulus,* Candidus *apud Dionem.*

Praefectus cohortis secundae civium Romanorum, tribunus militum legionis II Augustae, praepositus copiarum expeditionis Germanicae secundae *(scilicet M. Aurelii et Commodi adversus Marcomanos a. 178),* procurator XX hereditatium per Gallias Lugdunensem et Belgicam et utramque Germaniam, allectus inter tribunicios, item praetorios, curator civitatis Teanensium, legatus pro pr. provinciae Asiae, logista civitatis splendidissimae Nicomedensium, item Ephesiorum; dux exercitus Illyrici expeditione Asiana *tit.* apud Nicaeam a. 194 vicit Pescennium Nigrum *Dio 74, 6,* item Parthica

tit. a. 195 a Nisibi cum Laterano et Laeto contra gentes vicinas missus *Dio 75, 2*, item Gallica *(contra Clodium Albinum)*; consul *(suffectus anno incerto sub Severo)*, legatus Augustorum *(post a. 197)* pro pr. provinciae H(ispaniae) c(iterioris) et in ea dux terra marique adversus rebelles H. H. P. P. (*sic est in lapide cf. Correspondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 1893 p. 37 n. 23,* H. H. P. R. *descripsit Hübner*) *tit., solvendum videtur* h(ostes) p(ublicos). — Quindecimvir sacris faciundis *tit.*

669 Ti. Cl(audius) Candidus. *Titulus eius Ancyranus mutilus III S. 6752 semel et male descriptus est. Traditur* CANDIDI TRIBVNICIE ..... APOLLIN OCT. IEI POM... *Fuisse coniecit Mommsen* trib. [l]e[g.] [XV] Apollinaris, *deinde fortasse mentionem seviratus equitum Romanorum.*

670 M. Cla(udius) Caninius Severus, ὁ κράτιστος ἔφηβος una cum Aelia Pithiade consobrina *publice honoratus t. Rhodio Inscriptiones graecae insularum I 95.*

671 Claudius Capito in senatu pro Bithynis contra Varenum Rufum egit *Plin. epist. 6, 13, 2.*

672 CLAVDIVS CASSIANVS, ὁ κράτιστος ὑπατικός *(consul suffectus anno incerto) publice honoratus t. Spartano CIG 1326.*

673 TIB. CLAVDIVS CLAVDIANVS. *Tituli: ipsi positus est Calamensis VIII 5349 (1) admodum detritus et semel haud accurate descriptus, sed qui facile suppletur ex t. 7; memoratur in Dacico III 905 (2), in Pannonicis III 3387 (3). 3745 (4), III S. 10616 (5), in Rusicadensibus uxoris VIII 7977 (6), sororis VIII 7988 (7).*

Plena nomina exhibent t. [1]. 2. 3. 4. 5. 7, Claudius Claudianus *t. 6.* P. f., tribu Quirina *additur sorori t. 7.* — Clarissimus vir *t. 1. 7.*

Candidatus (trium) Aug(ustorum) *(errore quadratarii vel minus accurate)* et eis devotissimus practor tutelaris *t. 7*, legatus legionis XIII Geminae et V Macedonicae piae *t. 1. 7,* anno 195 *t. 2;* praepositus vexillationum Dacicarum *t. 1. 7;* consul *(suffectus a. 195/197) t. 1;* legatus Augusti pro pr. annis 195/197 *t. 3,* Augustorum anno 198 *t. 4. 5,* legatus (trium) Aug(ustorum) pro pr. consularis provinciarum et exercituum Pannoniarum inferioris et superioris *t. 7* ([leg.] Auggg. Pann. inferioris et [superioris] *t. 1*). *Si recte scriptum at accurate dictum est in t. 1(?) et 7* Auggg., *statuendum est Claudianum Pannonias inde ab a. 196/197 usque ad a. 209/211 rexisse. At potest neglegentius Claudianus legatus trium Augustorum dictus esse, antequam Geta Augusti nomen legitime obtinerct, ut Q. Anicius Faustus ipse se dicit* leg. Augustorum *in t. anno 197 posito VIII S. 17870.* — Sacerdos Laurentium Lavinatium, sacerdos septemvir epulonum *t. 7.*

[P]omponia Germanilla uxor *t. 6,* Claudia Gallitta soror *t. 7.*

— T. FL(AVIVS) CLAVDIVS CLAVDIANVS.

674 Claudius Clemens, procurator Vespasiani Corsicae *memoratur in epistula Vespasiani circa annum 72 data X 8038;* praefectus classis (Alexandrinae) annó 86 *III dipl. mil. 13.*

675 TIB. CLAVDIVS CLEOBOLES, consul *(suffectus anno incerto sub initium saeculi III)*, pater Cl(audii) Acilii Cleobolis, avus Aciliae Gaviniae Frestanae *memoratur in t. Allifano neptis IX 2334.*

676 Ti. Cl(audius) Clitianus, curator (λογιστής) Magnesiae (ad Sipylum) *honoratus t. ibi reperto mutilo graece scripto Bulletin de correspondance Hellénique IX (1885) p. 395:* ... πρωτεύοντα ἔν τε τῇ πατρίδι καὶ διάσημον ἐν τῇ ἐπαρχείᾳ .....

677 [TI.] CLAVDI(VS) [CO?]GIDVBNVS, '[ex] auctoritate [Ti.] Claud. ..gidubni r. legati Aug. ꟽ. (*sic excepit Hübner, alii* N.) Brit. *VII 11 cf. Add. p. 305 t. Regnensis;* r(egis) legati Aug. in Brit(annia) *vel* n(ostri) Brit(anniae) *proposuit Hübner, qui rettulit ad Cogidubnum regem vel filium quendam cognominem aetate fere Flaviorum* '*dignitate legati Augusti ornatum*'. *At ut omittamus supplementum incertum cognominis, quamquam ex iis quae restant hunc hominem origine Celtica fuisse satis apparet (cf. Holder, Alt-Celtischer Sprachschatz s. v. dubno-), tamen non solum* R. *pro r(ege) positum, sed multo magis etiam offendit rex legatus, ex cuius auctoritate, quamquam nec Britanniae nec legioni praeerat, collegium fabrum Regnense templum extruxerit. Nam Iulium Cottium praefectum Segusinorum etc. V 7231 non recte contulit Hübner. Itaque aenigma tituli adhuc nondum certe solutum est.*

678 Claudius Constans, procurator Augusti (Mauretaniae Caesariensis) *VIII 9288 t. Mauretaniae Caes. admodum mutilus positus ob victoriam quandam partam* 'ducatu instantiaque' *eius.*

679 CLAVD[IVS?] ... CORNELI[ANVS?]. *Titulus eius mutilus Pompeiopoli Phrygiae repertus Bulletin de correspondance Hellénique XIII (1889) p. 307 n. 14.* .....ον Κλαύδ[ιον .... ὑ]πατικοῦ [υἱόν] ..... Κορνηλι[ανὸν ...ἀρχι]ερέα Σε[βαστοῦ σεπτεμουί]ρων ἐπ[ουλώνουμ, χ]ιλίαρχον ... λεγ. γ' Κυρ[ηναικῆς τα]μίαν τοῦ [Καίσαρος] ἀποδεδ[ειγμένον τὸν] πάτρων[α .... ἡ] πατρί[ς] .... *Supplementa Doubleti, quorum partem adscripsi, non usquequaque certa sunt ac ne de nominibus quidem satis constat. At certe fuit ille* Claud[ius] *vel* Claud[ianus] ex Pompeiopoli oriundus, filius senatoris, tribunus legionis III Cyrenaicae, quaestor, patronus Pompeiopolis.

680 Claudius Cossus, unus ex legatis Helvetiis anno 69 ad Vitellium missis qui civitatis Aventici excidium deprecarentur *Tac. h. 1, 69.*

681 M. CL(AVDIVS) DEMETRIVS, consularis *(consul suffectus anno incerto imperii Septimii Severi)*, legatus pro pr. Augustorum (Severi et Antonini) (Bithyniae et Ponti) *CIG. 3771 t. Nicomedensis. Arta necessitudine coniunctus cum Ti. Claudio Demetrio Nicomedensi qui sequitur, fortasse filius.*

682 Tib. Cl(audius) Demetrius, domo Nicomedia, vir egregius, procurator Augustorum, item ducenarius episcepseos chorae inferioris *(scil. Alpium maritimarum) V 7870 cf. p. 916 t. Cemenelensis. Cf. n. 681.*

683 Claudius Demianus L. Antistium Veterem anno 65 accusavit, quem ob flagitia vinctum a Vetere proconsule Asiae Nero in praemium accusationis exsolvit *Tac. a. 16, 10.*

— Ti. Claudius Demostratus *vide* Demostratus.

684 CLAVDIVS DIOGENES, Aphrodisiade ortus, senator, frater (L.) Claudii Attali, consobrinus Claudiae Antoniae Tatianae *CIG 2819 Add. p. 1115 = Lebas-Waddington 1597 t. Aphrodisiade repertus.* Attalus frater ei posuit *ibidem t. CIG 2805 a = Lebas-Waddington 1615,* ipse Attalo *CIG 2805 b. De patre v. sub L. Antonio Claudio Dometino Diogene n. 685.*

684a Claudius Diognetus, procurator Augusti anno 197 *in papyro Aegyptiaca graece scripta edita a Wilckeuo Hermes XXIII p. 593;* διαδεχόμενος τὴν ἀρχιερωσύνην = ὁ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης, *ut interpretatur Wilcken p. 599 sq.*

685 L. Antonius Claudius Dometinus Diogenes. *Tituli Aphrodisienses: publice honoratus t. mutilo CIG 2777 (1), memoratur in t. Attali filii CIG 2781 b Addend. p. 1111 = Lebas-Waddington 1596 (2).*

Plena nomina exhibet t. 2, ... τεινον Διογένην *t. 1.* — Ἀσίας ἀρχιερεύς, νομοθέτης *t. 1. 2,* γυμνασίαρχος δι' αἰῶνος *t. 1.* — Pater L. Claudii Attali *t. 2, ergo et Claudii Diogenis.*

686 CL(AVDIVS) DOMITILLIANVS PROCVLVS *publice honoratus t. Sagalassensi Lanckorońeski, Städte Pamphyliens und Pisidiens II p. 229 n. 212:* Κλ. Δομετιλλιανὸν Πρόκλον τὸν κράτιστον συνκλητικὸν ἱερέα τοῦ πατρῴου Διονύσου ἡ πατρίς κτλ. Origine igitur Sagalassensis, vir clarissimus.

687 TIB. CL(AVDIVS) DRACO *memoratur in t. Rhodio matris Inscriptiones graecae insularum I n. 95 (1) et in t. Ephesio sororis cuiusdam Ancient Greek inscriptions in the British Museum III p. 200 n. DLXII (2).*

Filius Ti. Claudii Hermiae et Aeliae Pithiadis *t. 1 2,* ὁ κράτιστος *t. 2,* ὑπατικός *t. 1 (consul suffectus anno incerto). Cf. n. 708.*

688 (CLAVDIVS) DRVSVS, filius Ti. Claudii qui postea imperavit et Plautiae Vrgulanillae *(filiae M. Plautii Silvani cos. a. 752)* impuber Pompeiis periit piro per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatus, cum Claudius ei ante paucos dies filiam Seiani despondisset *Sueton. Claud. 27,* anno 20 *Tac. a. 3, 29, Dio 60, 32. Memoratur in t. Tiburtino XIV 3609* P. Plautii Pulchri fratris Plautiae *qui dicitur* avonculus Drusi Ti. Claudii Caesaris Augusti filii.

689 NERO CLAVDIVS DRVSVS, post mortem NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS. *Tituli: honoratus t. urbano mutilo Ephem. ep. 4, 775 (1), Vicetino V 3109 (2), Brixiano V 4310 (3), Atticis CIA III 443 (4). 449 (5);* a. 752/757 = 2/4 *Tiberius nomine suo et fratris mortui posuit t. Saepinatem IX 2443 (6); memoratur in miliariis viae Claudiae Augustae a Claudio positis V 8002. 8003 (7), in t. Gabino domus imperatoriae Claudii XIV 2794 (8), in t. Liviae matris II 2038 (9), IX 3304 (10), XI 1165 (11); passim in titulis Antoniae uxoris et Claudii filii et Atti-*

cis sacerdotum Drusi (v. infra). — Nummi cum capite eius et inscriptione nominis sub imperatore Claudio cusi Eckhel VI p. 176, Cohen I² p. 220.

Praenomen ei olim fuit Decimus, mox Nero *Sueton. Claud. 1.* Germanici cognomen ei post mortem decretum est *ibd. cf. infra.* Nero Claudius Drusus *t. 2. 3. 4. 11,* Drusus *t. 5,* Nero Claudius Drusus Germanicus *t. [1.] 6,* Drusus Germanicus *t. 9. 10,* Drusus pater *t. 7. 8; in monumentis Antoniae et Claudii plerumque* Drusus. Nero Claudius Drusus Germanicus imp. *in nummis. — In consulatu:* Nero Claudius Drusus *Dio ind. l. 55, VI 457. — Apud scriptores:* Claudius Drusus Nero *Dio 48, 44,* Tiberius Drususque Nerones *Sueton. Tiber. 4,* Drusus Claudius *Vell. 2, 97, 2,* Drusus Nero *Plin. epist. 3, 5, 4,* Drusus Germanicus *Val. Max. 4, 3, 3, Seneca cons. ad Polyb. 15, 5, Strab. 7, 1, 3 p. 291, Tac. h. 5, 19, Germ. 34, ceterum* Claudius Drusus *sive* Drusus.

Filius Ti. Claudii Neronis et Liviae Drusillae, quem mater cum gravida C. Caesari nupsisset, intra mensem tertium peperit a. 716 = 38, fuitque suspicio ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum *Sueton. Claud. 1, Tiber. 4, Tac. a. 1, 10, Dio 48, 44, Velleius 2, 95, 1.* Pater paulo post mortuus *(a. 721? cf. Sueton. Tiber. 4)* C. Caesarem tutorem reliquit *Dio ibd.* A. 735 = 19 Augusto petente senatus decrevit, ut quinquennio maturius quam per leges liceret magistratus peteret *Dio 54, 10, Tac. a. 3, 29. Quaestor fuisse videtur a. 736 = 18, male omnino Sueton. Claud. 1* 'in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici'. Iussu Augusti a. 738 = 16 cum Tiberio fratre munus gladiatorium exhibuit *Dio 54, 19.* Cum eodem anno Tiberius frater praetor Augustum in Galliam comitaretur, Drusus ex senatus consulto τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ πᾶσαν διήγαγεν *Dio ibd.* A. 739 = 15 Raetos in Alpibus Tridentinis proelio fudit et ob id ornamenta praetoria accepit, dein montes transgressus cum Tiberio fratre Raetos Vindelicosque contudit *Liv. perioch. 138, Florus 2, 22, Strabo 4, 6, 9 p. 206, Velleius 2, 95, 2, Sueton. Tiber. 9, Claud. 1, Dio 54, 22.* Viam Claudiam Augustam, quam Drusus pater Alpibus bello patefactis derexerat, Claudius postea munivit *t. 7. Praeterea ad bellum Raeticum pertinent t. 2. 3.* Augusto auctore Horatius Vindelicam victoriam Tiberii Drusique celebravit *Sueton. vit. Hor. p. 46 ed. Reiff.,* carminibus *4, 4. 14.*

Cum Augustus a. 741 = 13 e Gallia Romam redisset, Drusum Galliis praefecit *Dio 54, 25,* qui censum ibi egit *Liv. perioch. 138 cf. orationem Claudii Allmer et Dissard, Musée de Lyon I p. 80.* A. 742 = 12 kal. Augustis Luguduni aram Romae et Augusti dedicavit *Dio 54, 32, Sueton. Claud. 2, Liv. perioch. 139.* Res ab eo a. 12 contra Germanos gestae *Dio l. l., Flor. 2, 30 cf. Tac. a. 4, 72, Strab. 7, 1, 3 p. 290.* Hieme appropinquante Romam venit et, quamquam ornamentis praetoriis honoratus erat, praetor urbanus creatus est *Dio l. l. ubi traditur* ἀστυνόμος, *vulgo editur* ἀγορανόμος *ex coniectura Reimari in indice Dionis s. v.* ἀστυνόμος, *qui lectionem traditam mutan-*

dam falso putavit propter Suetonii verba minus accurata Claud. 1 'post praeturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita'. *Hoc fere tempore auguratum accepit;* augur *t. 6.* Octaviam sororem Augusti a. 743 = 11 defunctam pro rostris oratione funebri laudavit *Dio 54, 35.* Vere ineunte a. 743 = 11 ad Gallias reversus exercitum contra Chattos, Cheruscos, Chaucos duxit; cum exercitum ad castella Romana reduceret, apud Arbalonem in summum discrimen venit, sed temeritate hostium evasit *Dio 54, 33 cf. Plin. n. h. 11, 55, Obseq. 72, Liv. perioch. 140.* Διὰ μὲν οὖν ταῦτα τάς τε ἐπινικίους τιμὰς καὶ τὸ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐλάσαι (= ornamenta triumphalia et ovandi ius *Sueton. Claud. 1*) τῇ τε τοῦ ἀνθυπάτου ἐξουσίᾳ, ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ, χρήσασθαι ἔλαβε· τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ αὐτοκράτορος ἐπεψηφίσθη μὲν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καὶ ἐκείνῳ τότε καὶ τῷ Τιβερίῳ πρότερον *(cf. 54, 31),* οὐ μέντοι παρὰ τοῦ Αὐγούστου ἐδόθη, καίπερ αὐτοῦ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν ἔργων τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐπικλήσεως αὐξήσαντος *(scilicet imperator XI et XII acclamatus) Dio 54, 33. Imperium proconsulare ei decretum est,* ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ, *id est, quando praeturam peracturus esset, igitur in a. 744.* Anno 744 = 10 contra Chattos aliasque gentes Transrhenanas pugnavit, dein cum Augusto, qui in Gallia Lugdunensi egerat, Romam rediit *Dio 54, 36, Liv. perioch. 141.* Anno 745 = 9 consul cum T. Quinctio Crispino *fasti, t. 2. 6. Eodem fere tempore* ab Augusto imperatorio nomine auctus *Tac. a. 1, 3;* imperator *t. 2. 6, nummi.*

Eodem anno in Germaniam reversus et Chattorum fines ingressus omnia populando ad Albim fluvium pervenit; quem ne transgrederetur, divinae cuiusdam mulieris voce territus tropaeis constitutis recessit et in itinere, priusquam ad Rhenum perveniret, morbo decessit *Dio 55, 1;* obiit in aestivis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata *Sueton. Claud. 1;* ἔστι δὲ καὶ Σάλας ποταμὸς *(= die Saale?),* οὗ μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικὸς *Strabo 7, 1, 3 p. 291;* ex fractura, equo super crus eius conlapso, tricesimo die quam acciderat mortuus *Liv. perioch. 142.* Intraverat penitus Germaniam et ibi signum Romani fixerunt, ubi vix ullos esse Romanos notum erat; in expeditione decesserat ipsis illum hostibus aegrum cum veneratione et pace mutua prosequentibus *(scilicet ad castra aestiva) Seneca consol. ad Marciam 3, 1;* consul trigesimum annum agens mortuus *Velleius 2, 97, 3.* Mortuus est XVIII kal. Oct. a. 745 = 9 a. C. *fasti Antiates CIL I² p. 248.* Haud procul a Teutoburgiensi saltu 'vetus ara Drusi' *(scilicet in castris illis aestivis extructa)* a Germanico a. 16 restituta est honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit *Tac. a. 2, 7.* — Res a Druso in Germania gestas paucis complectuntur *Velleius 2, 97, Florus 2, 30, Suetonius Claudus 1, Orosius 6, 21, Eutropius 7, 9.* Fossa Drusiana *Tac. a. 2, 8,* agger ab eo inchoatus Rheno coercendo *Tac. a. 13, 53, h. 5, 19.*

Iussu Augusti Tiberius Ticino, quo ad parentes complectendos venerat, ad Drusum aegrotantem in Germaniam contendit et ad moribundum pervenit *Dio 55, 2, Valerius Max. 5, 5, 3, Plin. n. h. 7, 84.* Tiberius corpus Drusi pedibus toto itinere praegrediens Romam usque pervexit *Sueton. Tiber. 7, Dio l. l.* Augustus asperrimo hiemis Ticinum usque progressus non abscedens a funere simul urbem intravit *Tac. a. 3, 5.* Corpus in campo Martio crematum et mausoleo Augusti inlatum est *Liv. perioch. 142, Sueton. Claud. 1, Dio 55, 2.* Duplex Drusi laudatio, una a Tiberio in ipso foro, altera in circo Flaminio ab Augusto habita *Livius, Dio l. l.* Augustus non contentus elogium tumulo eius versibus a se compositis insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit *Sueton. Claud. 1.* Germanici cognomen ei posterisque decretum est *Sueton. ibd., Dio 55, 2, Florus 2, 30, Ovid. fast. 1, 597, trist. 4, 2, 39, Porphyr. ad Horat. ep. 1, 3 p. 272 ed. Meyer.* Ad ipsum Rhenum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret Galliarumque civitates publice supplicarent *Sueton. Claud. 1, Dio 55, 2*; monumentum Drusi apud Mogontiacum *Eutrop. 7, 13.* Monumentum Drusi urbanum *Sueton. Claud. 46.* Anno 6 p. C. Germanicus et Claudius filii in honorem patris defuncti Romae munus gladiatorium ediderunt *Dio 55, 27.* Claudius imperator factus diem natalem eius celebrari iussit *Sueton. Claud. 11, Dio 60, 5.* Herodes rex Iudaeorum in honorem eius turrim ad portum Caesariensem sitam Drusiam nominavit *Joseph. ant. 15, 9, 6, bell. 1, 21, 6.* — Sacerdotes Δρούσου ὑπάτου *passim inveniuntur in titulis Atticis cf. ind. CIA III p. 319 et Dittenberger Ephem. ep. 1 p. 116 et ad CIA III 623. 624.*

Ingenium ac mores *Velleius 2, 97, Sueton. Claud. 1.* Eximius favor populi in eum *Tac. a. 2, 41; 6, 51.* Dicebatur non dissimulasse pristinum se rei publicae statum, quandoque posset, restituturum *Sueton. Claud. 1 cf. Tac. a. 2, 82.* Tiberius odium adversus necessitudines in Druso fratre primum detexit prodita eius epistula, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat *Sueton. Tiber. 50.*

Vxor Antonia minor, filia M. Antonii triumviri *cf. A 711,* quam in matrimonium duxit certe ante a. 739 = 15, quo anno Germanicus natus est *cf. Sueton. Calig. 1.* Constat Drusum usum veneris intra coniugis caritatem clausum tenuisse *Valer. Max. 4, 3, 3.* Ex qua complures quidem liberos tulit, verum tres omnino reliquit Germanicum, Livillam, Claudium *Sueton. Claud. 1.*

Memoratur Senec. dial. 11, 15, 5, Plin. n. h. 7, 80 (= Solin. 1, 74); 9, 172, Tac. a. 1, 41. 43; 6, 9, Germ. 34. 37, Plin. epist. 3, 5, 4, Sueton. Aug. 99, Tiber. 76, Calig. 1, Eutrop. 7, 12, Vict. Caes. 3, 2, Epit. 1, 26; 4, 1, Orosius 7, 4. 32, Plutarch. Anton. 87, Dio 55, 4. 5. 6. 8; 60, 2, Ovid. ex Ponto 2, 8, 47, Claudian. de cons. Stilich. 1, 193 sqq., de IV cons. Honorii 455, passim in Consolatione ad Liviam.

690 NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS CAESAR = NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS = L. DOMITIVS AENOBARBVS. Filius Cn. Domitii Aenobarbi, consulis ordinarii anno 32, et Iuliae Agrippinae, filiae Germanici et Agrippinae, proneptis Augusti *Sueton. N. 5. 6, Tac. 12, 3, Dio 60, 39; 61, 12, Vict. Caes. 5, Epitome 5, Ioseph. ant. 20, 8, 2*; suboles [Agrippinae] *acta Arvalium VI 2034*, Cn. Domitius Aenobarbus pater Neronis Augusti *acta Arvalium VI 2037. 2039 v. 22. 2041 v. 41. 2042 d v. 4.* Ante adoptionem dictus est L. Domitius Aenobarbns *sive* L. Domitius *sive* Domitius: *Tac. a. 11, 11; 12, 3. 8. 9. 25. 26, Dio 60, 32 (Zonaras 11, 10), Victor Caes. 5,* contumeliose post adoptionem Domitius salutatus est a Britannico *Tac. a. 12, 41* (Aenobarbus *Sueton. N. 7*), item (Iulius) Vindex postquam defecit, pro Nerone eum edictis publicis Aenobarbum appellavit *Sueton. N. 41. Mira ratione Plinius maior nomina gentilicium et adoptivum conflavit:* Domitius Nero *n. h. 2, 92; 4, 10. 22; 7, 45. 71; 11, 238; 37, 50; item* Domitius Nero *Epitome 5. Ceterum vulgo apud scriptores dicitur* Nero.

Natus est Antii die 15 mensis Decembris anno 37 *Sueton. N. 6, vit. Veri 1, 8, acta Arvalium a. 55. 57. 60,* qui diem natalem celebrabant. Anno 39 matre in Pontiam insulam relegata trimulus patrem amisit *Dio 59, 22, Sueton. N. 6;* cuius ex parte tertia heres ne hanc quidem integram cepit correptis per coheredem Gaium nniversis bonis *Sueton. l. l.* Inops igitur atqne egens apud amitam (Domitiam) Lepidam nntritus est, sub duobus paedagogis saltatore atqne tonsore *ibd.* Claudius imperium adeptus Agrippinam matrem ex exilio revocavit et Domitio bona paterna restituit *Dio 60, 4, Sueton. l. l* Ditatus est et Passieni Crispi vitrici hereditate, cui Agrippina restituta nupserat *Plin. n. h. 16, 242, Sueton. l. l.* Tutore Asconio Labeone usus est *Tac. a. 13, 10.* Anno 47 circensibus ludis cum pueri nobiles equis ludicrum Troiae inirent interque eos Britannicus, Claudii filius, et L. Domitius, favor plebis acrior in Domitium loco praesagii acceptus est *Tac. a. 11, 11, Sueton. N. 7.*

Anno 49 Agrippina postquam Claudio nupsit, Annaeum Senecam venia exilii impetrata filio magistrum dedit simulque nuptias eius et Octaviae moliri coepit *Tac. a. 12, 3. 8, Sueton. N. 7, Zonaras 11, 10.* Agrippinae opera dissolutis sponsalibus L. Silani et Octaviae Claudii filia Domitio desponsa est *Tac. a. 13, 9, Sueton. l. l., Claud. 27, Dio 60, 33.* Anno 50 Claudius eum adoptavit rogataque lex, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret *Tac. a. 12, 25–26, Sueton. N. 7, Claud. 27, Dio 60, 33 (Zonaras 11, 10)*; die 25 mensis Februarii *acta Arval. VI 2041 v. 27.*

Adoptatus dicitur Nero Claudius Caesar Drusus Germanicus *in t. qui fuit in arcu Claudii VI 921, 4,* Nero Claudius Drusus Germanicus [Caesar] *in actis Arvalium VI 2034,* Nero Caesar Germanicus *XIV 2794,* Nero Caesar *ibd. 2995,* Nero Claudius Caesar *IX 1108,*

Nero Claudius Caesar Drusus *sive* Nero Claudius Drusus Germanicus *in nummis Eckhel VI p. 260, Cohen I² Nero n. 96. 311, p. 311 n. 4.* Ti. Claudius Nero Caesar *semel in t. Neapolitano X 932, item ex Dione apud Zonaram 11, 8 p. 32 ed. Dindorf* Τιβέριον Κλαύδιον Νέρωνα Δροῦσον Γερμανικὸν Καίσαρα.

Anno 51 virili toga Neroni maturata *(scilicet data, antequam decimum quartum annum explevisset)* senatus decrevit, ut vicesimo aetatis anno consulatum iniret atque interim designatus proconsulare imperium extra urbem haberet et princeps iuventutis appellaretur; additum nomine eius donarium militi, congiarium plebi *Tac. a. 12, 41, Sueton. N. 7.* Eodem anno sacerd(os) coopt(atus) in omn(ia) conl(egia) supra num(erum) ex s(enatus) c(onsulto) *nummus Cohen n. 311*, consul designatus, princeps iuventutis *nummi supra allati, VI 921;* pontifex, augur, XVvir sacris faciundis, VIIvir epulonum *VI 921 cf. Eckhel p. 361; in fastis sodalium Augustalium VI 1984 sub anno 51:* adlectus ad numerum ex s(enatus) c(onsulto) [Nero Claudius] Caesar Aug(usti) [f(ilius)] Germanicus.

Anno 52 Octaviam uxorem duxit *Tac. a. 12, 58, Sueton. Claud. 27, N. 7, Dio 60, 33 (Zonaras 11, 11),* utque studiis honestis et eloquentiae gloria enitesceret, pro Bononiensibus latine, pro Rhodiis *(cf. epigramma Antiphili Anthol. Pal. 9, 178)* et Iliensibus graece verba fecit *Tac. l. l. postquam nuptias memoravit sub a. 52, Sueton. l. l.* ('apud eundem *(= Claudium)* consulem *(scilicet quintum)* — — verba fecit') *haec ad annum 51 rettulit.* Auspicatus est et iuris dictionem praefectus urbi feriarum latinarum causa, celeberrimis patronis non tralaticias et breves, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus, quamvis interdictum a Claudio esset *Sueton. l. l. qui et hanc praefecturam, fortasse recte, ante nuptias posuit.*

Claudio mortuo die 13 mensis Octobris a. 54 Nero a praetorianis imperator consalutatus eodem die in curiam delatus honoribus imperatoriis cumulatus est *Tac. a. 12, 69, Sueton. N. 8, Dio 61, 1, Seneca apocol. 2;* III idus Oct. dies imperii eius *VI 2041 v. 9 acta Arvalium.* Nero Claudius Caesar Augustus Germanicus *plerumque in titulis nummisque nec tamen raro imperatoris praenomine adsumpto* Imperator Nero Claudius Caesar Augustus Germanicus. Consul II a. 57, III a. 58, IIII a. 60, V a. 68 *fasti.* Mortuus est die 9 mensis Iunii a. 68: regnavit a. XIII m. VII d. XXVIII *Hieronym. chron. p. 155 ed. Schöne, item Zonaras 11, 13 extr. (apud Xiphil. 68, 29* ἐβίω δὲ ἔτη τριάκοντα καὶ μῆνας ὀκτώ, ἀφ' ὧν ἦρξεν ἔτη δέκα τρία καὶ μῆνας ὀκτώ, *ubi apparet Xiphilinum contra usum Dionis dies omisisse),* a. XIIII *(sic)* m. V *(sic)* d. XXVIII *Chronographus; dies necis Neronis inde confirmatur, quod Galba, quem die 15 mens. Ian. a. 69 occisum esse constat, dicitur occisus* mense imperii ac die septimo *Ioseph. bell. 4, 9, 2, Vict. Caes. 6, quorum uterque imperium Galbae ab excessu Neronis computavit.*

Vxores post Claudiam Octaviam, quam anno 62 domo in Campaniam expulit *Tac. a. 14, 60,* Poppaeam Sabinam, quam duodecimo die post divortium Octaviae duxit *Tac. l. l., Sueton. N. 35,* anno 65 amisit *Tac. a. 16, 6, Dio 62, 27;* post cuius mortem Statiliam Messalinam Vestino Attico marito anno 65 occiso *(Tac. a. 15, 68–69)* in matrimonium accepit *Sueton. l. l., schol. ad Iuvenal. sat. 6, 434.* Ex Poppaea Sabina filiam tulit Claudiam Augustam *v. infra sub Claudia.*

Post necem Neronis multi eum reversurum esse credebant *Sueton. N. 67, Dio Chrysost. orat. 21 I p. 300 ed. Dindorf,* unde plures Nerones falsi extiterunt *Tac. h. 2, 8:* 1) Othone imperante servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia Neronem se esse simulans adiunctis desertoribus Cythnum insulam invasit, ubi a Calpurnio Asprenate, praeside Galatiae, oppressus est *Tac. h. 2, 8. 9, Dio 64, 9 (Zonaras 11, 15);* 2) alius falsus Nero nomine Terentius Maximus Tito imperante in Asia extitit et ad Parthos fugit *Zonaras 11, 18;* 3) tertius homo condicionis incertae sub Domitiano extitit, qui se Neronem esse iactabat et a Parthis vehementer adiutus vix redditus est *Sueton. N. 57 cf. verba Tac. h. 1, 2* 'mota prope etiam arma falsi Neronis ludibrio'.

691 Claudius Etruscus (*sic Statius silv. praef. l. 1 et 3, ceterum* Etruscus), amicus Statii et Martialis, quo deprecante pater a Domitiano ab exilio revocatus est *Martial. epigr. 6, 83, Stat. silv. 3, 3, 156 sqq.;* de morte patris eum consolati sunt *Martial. epigr. 7, 40 et Stat. silv. 3, 3 cf. praef. l. 3.* Balneum ab eo extructum laudatur *Martial. epigr. 6, 42, Stat. silv. 1, 5 cf. praef. l. 1.*

Patris nomina non traduntur; ex nomine filii, qui cognomen ab Etrusca matre sumpsit, Claudius nominatus esse videtur; quamquam ex iis quae de vita constant apparet eum ab imperatore Ti. (Iulio) Caesare manu missum esse. Sed ut libertos palatinos nomina gentilicia ex nominibus imperatorum non semel mutasse constat (cf. Friedländer, Darstellungen etc. I⁶ p. 95 adn. 2), ita hic quoque, postquam Claudii regnare coeperunt, nomen eorum sumere potuit. — Pater oriundus fuit ex oppido Smyrna et puer servus Romam delatus in palatium venit, ubi adolescentulus ab imperatore Tiberio manu missus est *Stat. silv. 3, 3, v. 61–69;* imperatorem C. Caesarem in Gallias comitatus est *ibd. v. 70 sqq.,* ab imperatore Claudio ad munera ampliora promotus *ibd. v. 76 sqq.;* a summis rationibus *v. 86 sqq. certe sub Nerone post Pallantem, fortasse successor eius, quod munus ex Statii versibus apparet eum per vices temporum retinuisse et sub Domitiano quoque administrasse;* in ordinem equestrem receptus *ibd. v. 143 sqq.;* a Domitiano senex in Campaniam relegatus, sed paulo post filio deprecante revocatus Romae obiit anno fere 92 annos prope nonaginta natus *ibd. v. 156 sqq., Martial. 6, 83; 7, 40.*

Etrusca viri consularis soror uxor ante maritum defuncta *Stat. silv. 3, 3, 111 sqq. 207 cf. Martial. 7, 40, 3 sqq.* Filii duo patri superstites *Stat. l. l. v. 22. 145. 152. 154, Martial. l. l. v. 3.*

692 Claudius Eumolpus, qui Prusae ad Olympum, dein Nicomediae Plinium legatum appellavit contra Cocceianum Dionem *Plin. ad Traian. 81.*

693 Claudius Faventinus, centurio, per ignominiam a Galba dimissus classem Misenensem sub finem a. 69 fictis Vespasiani epistulis ad defectionem traxit *Tac. h. 3, 57. — Eundem esse* Ti. Claudinm Faventinum *qui aram Casali quae dicitur dedicavit VI 31098, post alios coniecit Wieseler, die Ara Casali p. V sq.; at anaglypha arae ad aetatem Vespasiani referri non posse, sed ad tertium saeculum spectare pro certo statuit Friedrichs, Bausteine zur Geschichte der griechisch-römischen Plastik p. 494, dubitanter Wolters in nova eius libri editione (die Gipsabgüsse antiker Bildwerke 1885 p. 815), quippe qui perperam sibi persuasisset Tiberii praenomen in Claudiis primum potissimum saeculum p. C. indicare. Sed et propter litterarum formas inscriptionis basim Helbig quoque, Führer durch die öffentlichen Sammlungen klassischer Alterthümer in Rom I p. 89, ad tertium saeculum reiecit.*

694 Claudius Flavianus, cui divus Pius rescripsit *Vlpianus Digest. 5, 1, 2, 3; fortasse magistratus vel praeses.*

695 TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS, Ti. Cl(audii) Paulini et Claudiae Marciolae filius *CIG 4380b Add. p. 1168 t. Cibyraticus anno 180 publice positus. Ex posteris eius videtur is qui sequitur.*

696 TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROCVLVS L. MARCIVS CELER M. CALPVRNIVS LONGVS. *Titulum eius Pataris Lyciae repertum edidit Kalinka, Eranos Vindobonensis (1893) p. 90 adn. 2:* δέκα ἀνδρῶν πρώτ[ω]ν(?), χειλίαρχον πλατύσημον λεγεῶνος πέμπτης Μακεδονικῆς, ταμίαν Κύπρου, δήμαρχον [κ]α[ὶ] στ[ρα]τηγὸν δήμου Ῥωμαίων, πρεσβευτὴν Πόντου καὶ Βειθυνίας, ἔπαρ[χο]ν σειτομετρίου δήμου Ῥωμαίων, ἀνθύπατον Κύπρου, ἐπιμελετὴ[ν ὁδ]οῦ Κλωδίας Κασσίας Ἀννί[ας Κιμ]ιν[ί]ας ἔτι δὲ καὶ Φλαμινίας Οὐιλία Πρόκλα τὸν φίλτατον πατέρα.

Fuit ergo decemvir (stlitibus indicandis), tribunus laticlavius legionis V Macedonicae, quaestor (pro pr. provinciae) Cypri, tribunus plebis, praetor, legatus (provinciarum) Ponti et Bithyniae, praefectus frumenti dandi, proconsul (provinciae) Cypri, curator viarum Clodiae Cassiae Anniae Ciminiae Flaminiae; pater Viliae Proculae *tit. Cf. n. 695.*

697 TI. CLAVDIVS FRONTINVS *memoratur in t. filiorum X 1122 (1). 1123 (2) Abellinatibus, CIG 1327 (3) Spartano et in t. nepotis Abellinate X 1124 (4).*

Ti. Claudius Frontinus *t. 4,* Ti. Frontinus *t. 3,* Claudius Frontinus *t. 1. 2. —* Consul *(suffectus anno incerto saeculi II) t. 1. 2. 3. —* Filii: Ti. Claudius Saethida Caelianus *t. 2,* Ti. Claudius Fronto

Niceratos *t. 1. 3;* nepos Ti. Claudius Saethida Cethegus Frontinus *t. 4.* — *Potest idem esse* Claudius Frontinus, cui imperator T. Antoninus rescripsit *Iulianus Digest. 4, 2, 18 pr.*

698 TI. CLAVDIVS FRONTINVS NICERATVS. *Tituli: ei positi sunt X 1122 (1) Abellinas, CIG 1327 (2) Spartanus et CIG 1130 (3) Argivus plane similis Spartano, sed minus integer; cum fratre a. 164 imperatori L. Vero dedicavit t. Messeniacum III 495 (4), memoratur in t. filii Abellinate X 1124 (5).*

Plena nomina exhibent t. 1. 2. 4, Ti. Claudius Frontinus *t. 5,* .... Niceratus *t. 3.* — Filius Ti. Claudii Frontini cos. *t. 1. 2,* tribu Quirina *t. 1. 2.*

Xvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius legionis IIII Flaviae *t. 1. 2. 3* (leg. leg. *t. 5*), quaestor pro praetore provinciae Achaiae *t. 1. 2. 3,* ab actis senatus *t. 1* (ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων τῆς συνκλήτου Μ. Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Γερμανικοῦ *t. 2. 3 cf. Mommsen, Staatsrecht* II^3 *p. 901 adn. 5*), aedilis curulis, praetor *t. 1. 2. 3.* — Sodalis Hadrianalis *t. 1. 2. 3;* patronus coloniae Abellini *t. 1.*

Frater *(minor ut videtur, cum nomen huius postponatur)* Ti. Claudii Saethidae Caeliani *t. 4,* pater Ti. Claudii Saethidae Cethegi Frontini *t. 5.*

699 M. CLAVDIVS FRONTO. *Tituli: ei positus est, cum Dacias regebat III 1457 (1) Sarmizegetusensis, post mortem urbanus VI 1377 (2) servatus ab uno Ligorio non sine interpolationibus quibusdam; memoratur in t. veterani III S. 7505 (3); ad eundem spectare videntur frustula t. Dacici III 6250.*

M. Claudius Fronto *t. 1. 2,* Cl. Fronto *t. 3,* Fronto *Lucian. quomodo hist. conscrib. sit 21.* — Ti. filius *t. 1 [2],* tribu Quirina *t. 1. 2.* — Clarissimus vir *t. 3.*

Decemvir stlitibus iudicandis, quaestor urbanus, ab actis senatus, aedilis curulis, praetor, legatus divi Antonini Augusti (d. A. A. *omisit t. 1*) legionis XI Claudiae *t. 1. 2;* legatus Augustorum *(= Marci et Veri)* legioni I Minerviae in expeditionem Parthicam deducendae *t. 2* (leg. leg. I Min. *t. 1*); legatus Augustorum pro pr. exercitus legionarii et auxiliorum per orientem in Armeniam et Osrhoenam et Anthemusiam ductorum, missus ad iuventutem per Italiam legendam *t. 2,* curator operum locorumque publicorum, consul *(suffectus anno fere 166 vel paulo antea) t. 1. 2;* donatus donis militaribus bello Armeniaco et Parthico ab imperatore Antonino Augusto et a divo Vero Augusto corona murali item vallari item classica item aurea, item hastis puris quattuor, item vexillis quattuor *t. 1. 2.* Dux belli Parthici sub Vero memoratur *Lucian. l. l.; dona militaria in triumpho Parthico accepit a. 166 consularis, ut quaterna dona docent.* Comes divi Veri Augusti *t. 1. 2 sub initium belli Marcomanici ut videtur.* Legatus Aug. pr. pr. trium Daciarum et Moesiae superioris *t. 1; in t. 2 traditur* leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciar. et super. simul leg.

Aug. pr. pr. provincia Daciar. leg. Augg. pr. pr. Moesiae super. Daciae Apulesis simul leg. Augg. pr. pr. provinciae Moesiae super. *Titulum hoc loco foede a Ligorio corruptum esse nemo non videt. Vt verba haud certe restituuntur, ita de rebus nihil dubii est. Fuit simul legatus provinciarum Daciarum trium et Moesiae superioris, quam legationem vivo imperatore Vero (ut recte tradatur in t. 2* Augg.) *anno fere 168 iniit.* Huic senatus auctore imperatore M. Aurelio Antonino Augusto, quod post aliquot secunda proelia adversum Germanos et Iazyges ad postremum pro re publica fortiter pugnans ceciderit, armatam statuam [poni] in foro divi Traiani pecunia publica cen[suit] *t. 2.* Expeditio Germanica sub [Cal]pur. Agricola Cl. Frontone c. v. *memoratur in t. 3; cum indidem appareat anno 170 Cornelium Clementem praesidem Daciarum fuisse, eo ipso anno Frontonem cecidisse colligitur.* — Patronus coloniae Sarmizegetusae *t 1* — *Filius huius habetur is qui sequitur.*

700 M. CLAVDIVS FRONTO NEOCYDES, salius Palatinus factus a. 170 *VI 1978. Filius vulgo putatur M. Claudii Frontonis qui praecedit, sed rectius fortasse Claudii Neocydis v. infra.*

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.

701 *Claudius Galenus, medicus. Galenum *dicit se ipse* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 3. 5. 7. 10 XIV p. 614. 619. 625. 637. 656 ed. Kühn,* περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων *c. 1 XIX p. 9;* librum falso inscriptum Γαληνὸς ἰατρός memorat *ipse ibd. p. 8. Item* Galenus *dicitur in inscriptionibus librorum manu scriptorum et apud scriptores.*

Claudii *nomen Galeno omnes recentiores certe ab initio saeculi quinti decimi (cf. infra adn.), nescio an ante, usque adhuc tribuere solent, quamquam nemo unquam ne philologorum quidem nostrae aetatis, qui eo nomine usi sunt, quo fundamento niterentur, verbo indicavit. Et Galeno nomen gentilicium Romanum omnino fuisse, inde veri mihi simillimum videtur, quod nisi filius civis Romani fuisset, cum civitate Romana, cum esset archiater Caesarum, donatum esse ponendum est. Nam eo munere qui fungebantur, cives aut esse aut fieri solebant cf. Friedländer, Darstellungen I⁶ p. 131. Sed cum Romanorum scriptorum qui extant nemo praeter Rufinum (qui nomen ex Eusebio sumpsit) et Isidorum Galeni mentionem fecerit, neque titulus Galeni inventus sit, parum probabile est a Graeco quodam nomen gentilicium servatum esse. (Quamquam a huius sylloges consilio prorsus alienum fuit locos posteriorum Graecorum, ubi Galenus memoratur, colligere omnes et persuasum habeo augeri posse numerum ducentorum*

fere quinquaginta, quos infra indicavi.) Nam inde ab saeculo tertio post Christum natum scriptores Graeci (exceptis dumtaxat locis, ubi antiquiorum scriptis usi sunt) gentiliciis Romanorum uti ita supersederunt, ut vel scriptores Romanarum rerum veluti Herodianus semper gentilicium omiserint. Quae cum ita sint, ne libris quidem manu scriptis Galeni, quamquam parum certi adhuc de iis novimus, gentilicium eius servatum esse crediderim. Atque Iwanus Müller, vir in scriptis Galeni maxime versatus, a me rogatus se nunquam neque in inscriptionibus neque in subscriptionibus librorum eius manu scriptorum Claudii nomen invenisse testatus est. Itaque nihil dubito, quin hoc renascentium demum litterarum antiquarum aetate falso Galeno tributum sit sive ortum fortasse ex compendiis scripturae male solutis sive ex alio errore. Sed eam rem cum ad finem perducere extra meam provinciam sit, persequantur opto homines litterarum illius aetatis periti. Interim cur nomen per saecula traditum auctoritate antiqua carere mihi videretur, hoc loco exposuisse satis habendum erat.

Vitam Galeni qui scripserunt, eorum unus Labbeus dignus est qui memoretur. Qui postquam libello inscripto 'vita Claudii Galeni' *(Parisiis a. 1660 edito) locos multos ex libris Galeni, qui ad vitam ipsius spectant, composuit, altero libello eodem anno edito inscripto* 'Claudii Galeni chronologicum elogium' *vitam ex temporum ordine dispositam breviter enarravit. Et hanc quidem vitam Ackermann in editione quarta bibliothecae graecae Fabricii ab Harlessio curata V p. 378 sqq. additis quibusdam locis ex Galeni libris ceterum immutatam fere repetiit. Ab Ackermanno autem (cuius vita in editione Galeni operum quam Kühn paravit I p. XXI sqq. rursus typis impressa est) quicunque recentiorum hoc saeculo vitam Galeni vel paucis attigerunt vel pluribus exposuerunt sive philologi sive philosophi sive medici, ad unum omnes usque adhuc pendent. Nam Clinton, Fasti Romani I p. 151. 155. 159 pauca quaedam de sententiis Labbei mutavit in peius.*

Pergamenus *Athen. 1, 1 f, Syncell. p. 666 ed. Bonnensis, Suidas s. v.* Γαληνός *I p. 1067 ed. Bernhardy;* Pergamum patriam Galenus dicit *ipse* ὑγιεινῶν *5, 8 VI p. 278,* περὶ τροφῶν δυνάμεως *3, 17 VI p. 697,* περὶ τῶν πεπονθότων τόπων *2, 5 VIII 132,* περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων κράσεων *10, 2. 9 XII p. 255. 272 etc. Natus est anno fere 128/129, ut ex iis apparet quae ipse de itineribus Romam factis tradidit v. infra.* Filius Niconis geometrae et architecti *Suid. l. l. cf. N 63;* patrem geometriae, arithmeticae, architectoniae, astronomiae, logices peritissimum fuisse memorat *ipse (nomine patris nusquam allato)* περὶ ψυχῆς παθῶν *c. 8 V p. 41,* περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας τροφῶν *c. 1 VI p. 755,* περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων *c. 59 cf. VI p. 784, VIII p. 587, X p. 609, XIV p. 608, XVI p. 223, XIX p. 43;* matrem morosam *(cuius nomen tacuit)* memorat περὶ ψυχῆς παθῶν *c. 8.* A patre diligenter educatus postquam annum quartum decimum explevit, ad studia philosophica con-

versus Pergami philosophos Stoicum discipulum Philopatoris, Platonicum discipulum Gai, Peripateticum Aspasii discipulum, denique Epicureum quendam audivit *ipse l. l.* Annos septemdecim natus patre auctore *ipse l. l.*, θεραπευτικῆς μεθόδου *9, 3 X p. 609*, περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 2 XIV p. 608* medicinae operam dare coepit et primum in patria Satyri medici discipulus fuit *ipse* περὶ τῆς τάξεως τῶν ἰδίων βιβλίων *c. 3 XIX p. 57*, περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων *1, 1. 2 II p. 217. 224*, περὶ τῶν ἀντιδότων *1, 14 XIV p. 69*, εἰς Ἱπποκράτους περὶ φύσιος ἀνθρώπου ὑπόμνημα *c. 6 XV p. 136*, *in eiusdem* περὶ χυμῶν ὑπομν. *3, 34 XVI p. 484*, ἐπιδημιῶν ὑπομνήματα *1, 29 XVII 1 p. 575*, προρρητικῶν ὑπομνήματα *1, 5 XVI p. 524*; item Pergami Stratonico et Aeschrione magistris usus est περὶ μελαίνης χολῆς *c. 4 V p. 119*, περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων κράσεων κτλ. *11, 24 XII p. 356*. Viginti annos natus patrem amisit περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας τροφῶν *c. 1 VI p. 756*. Smyrnam migravit, ut Pelopem medicum et Albinum Platonicum audiret περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων *c. 2 XIX p. 16*; Pelops magister Galeni περὶ τῆς τάξεως τ. ἰδ. βιβλ. *c. 3*, περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων *1, 1 II p. 217*, εἰς Ἱπποκρ. περὶ φύσιος ὑπόμνημα *c. 6 XV p. 136*, περὶ μελαίνης χολῆς *c. 3 V p. 112*, περὶ τῶν πεπονθότων τόπων *3, 11 VIII p. 194*, εἰς Ἱπποκρ. προρρητικῶν ὑπομνήματα *1, 5 XVI p. 524*. Praeterea Aeficiano *(? cf. Iwan Müller praef. p. LXIV vol. II scriptorum minorum Galeni ed. Teubn.)* εἰς Ἱπποκρ. περὶ χυμῶν ὑπομνήματα *3, 34 XVI p. 484*, *in eiusdem* ἐπιδημιῶν *1, 29 XVII 1 p. 575* et Numisiano magistris usus est, quem Corinthi andivit περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων *1, 1 II p. 217 sq*. Deinde Alexandreae studiorum causa aliquantum temporis degit θεραπευτικῆς μεθόδου *1, 7 X p. 53 sq.*, περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων κτλ. *9, 2 XII p. 177*, περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους *6, 2 XII p. 905*, ubi cum Heracliano medico versabatur εἰς Ἱπποκρ. περὶ φύσιος ἀνθρ. *2, 6 XV p. 136*. Puer et adulescens febribus aliisque morbis saepe correptus inde a vicesimo octavo aetatis anno firma valetudine usus est περὶ εὐχυμίας κτλ. *c. 1 VI p. 756. 757*, ὑγιεινῶν *5, 1 VI p. 309*, περὶ τρόμου κτλ. *c. 7 VII p. 638*, περὶ τῶν πεπονθότων τόπων *4, 2 VIII p. 226*.

Cum vicesimum nonum annum agere coepisset, in patriam reversus consulto sacerdotum (ἀρχιερεῖς) Pergamenorum munus curationis gladiatorum suscepit περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη *3, 2 XIII p. 599*, εἰς Ἱπποκρ. περὶ ἀγμῶν *3, 21 XVIII 2 p. 567*. *Quinque vel sex annos, scilicet a. 158–164 Galenum Pergami tunc versatum esse scripsit Labbeus p. 5 afferens verba Galeni l. l. XIII p. 600* ὁ μετὰ τὸν ἐγχειρίσαντά μοι τότε τὴν θεραπείαν *(scilicet gladiatorum)* δεύτερος ἀρχιερεὺς ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε τὴν ἐπιμέλειαν τῶν μονομάχων κατὰ μῆνας ἑπτὰ μέσους· ὁ μὲν γὰρ πρῶτος περὶ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσομερίαν, ὁ δὲ δεύτερος ἀκμάζοντος τοῦ ἦρος ἠρχιερεύσατο· πάλιν δ' ἐπὶ τούτῳ σωθέντων ἁπάντων ὁ τρίτος καὶ ὁ τέταρτος καὶ ὁ πέμπτος ὡσαύτως ἐνεχείρισάν μοι τὴν θεραπείαν τῶν μονομάχων. *Quinque igitur sacerdotes deinceps (probabiliter*

ii qui templo Aesculapii Pergameno praeerant), quod Galeno curam gladiatorum mandaverant, Labbeus cum sacerdotes illos 'annuos' *fuisse statueret, Galenum quinque sexve annos Pergami versatum esse conclusit. Sed neque id certe ex his Galeni verbis colligere licet et obstare videtur alter locus Galeni, quem omisit Labbeus,* περὶ τῶν οὐχ ἑωραμένων Ἱπποκράτει ἐκπτώσεων *init. XVII 1 p. 347:* μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος ἐν Ῥώμῃ διέτριψα. *At hoc loco numerum annorum corruptum esse et Galenum inde ab 156/157 usque ad a. 161/162 Pergami fuisse statim apparebit ex iis quae de itinere Romam facto certe statuere licet.*

Primum Romam profectus est sub initium imperii M. Aurelii: ἄρχειν ἀρχομένου τοῦ καὶ νῦν ἄρχοντος Ἀντωνείνου *ipse* περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων *1, 1 II p. 215.* Tres annos tunc Romae moratus est: ἔτεσι δὲ τρισὶν ἄλλοις ἐν Ῥώμῃ διατρίψας ἀρξαμένου τοῦ μεγάλου λοιμοῦ παραχρῆμα τῆς πόλεως ἐξῆλθον *ipse* περὶ τῶν ἰδ. βιβλ. *c. 1 extr. XIV p. 15,* rediit autem in patriam, ὅταν ἐπυνθανόμην πεπαῦσθαι τὴν στάσιν *(scilicet bellum Parthicum) ipse* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 9 XIV p. 648,* et antequam L. Verus e Syria Romam reversus esset *cf. verba Galeni l. l. p. 649:* μετὰ χρόνον δ' οὐ πολὺ *(scilicet postquam ipse Italia excessit)* ἐπανεληλυθότος τοῦ Λευκίου κτλ. *Bello autem Parthico confecto a. 164/165 L. Verum Romam remeasse a. 166 et eodem anno cum fratre triumphasse cum ex aliis testimoniis tum ex dipl. mil. III S. p. 1991 certissime constat. Itaque Galenus Romam a. 162 venit et ibi a. 163–165 moratus a. 165 exeunte vel a. 166 ineunte in patriam revectus est.* Paulo post quam primum Romam advenit, Flavio Boetho, Sergio Paulo, (Ceionio Civica) Barbaro *(qui a. 164 in orientem profectus est cf. supra n. 500),* Claudio Severo, viris clarissimis, demonstrationes anatomicas exhibuit iisque familiariter uti coepit περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 2 XIV p. 612 sqq.*

Litteris imperatorum *(scilicet Marci et Veri)* Aquileia datis Galenus in Italiam revocatus per Thraciam et Macedoniam itinere facto *(cf.* περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων συνθ. *9, 2 XII p. 171)* sub initium hiemis a. 168/169 paulo ante quam L. Verus moreretur *(qui defunctus est mense fere Ianuario a. 169 cf. supra p. 330),* Aquileiam venit; unde peste grassante paulo post Veri mortem Romam se contulit περὶ τῶν ἰδ. βιβλ. *c. 2 XIX p. 18.*

Haec quae de Galeni itineribus ex verbis ipsius statuimus, docent et Labbeum p. 6. 7 errasse, cum Galenum primum intra a. 164–167 Romae fuisse, dein anno 168 in patriam rediisse, iterum a. 169 in Italiam profectum esse poneret, et perperam Clintonium locis supra laudatis scripsisse Galenum sub divis fratribus tria itinera in Italiam fecisse, primum Romam a. 162 advenisse, dein iterum (nescio unde) in urbem reversum ibi per a. 164–167 moratum esse et tertium a. 168/169 in Italiam rediisse. Vnde porro sequitur et annum natalem Galeni qui vulgo statuitur secundum Labbeum a. 131, a Clintonio a. 130, corrigendum esse. Galenus enim scripsit περὶ τῶν ἰδ. βιβλ. *c. 2 init.* ἐπανῆλ-

θον μὲν οὖν ἐκ Ῥώμης εἰς τὴν πατρίδα πεπληρωμένων μοι τῶν ἐκ γενετῆς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα *atque hunc numerum recte traditum esse inde confirmatur, quod ibd. c. 1 p. 15, cum de rebus sub primum Romam adventum factis ageret, memoravit:* καὶ γὰρ δὴ καὶ νέος ὢν ἔτι τοῦτ' ἔπραξα τέταρτον ἔτος ἄγων καὶ τριακοστόν. *Cum autem in patriam Roma rediret sub finem a. 165 vel sub initium a. 166, postquam annum tricesimum septimum aetatis explevit, natus est anno 128 vel 129.*

Galenus anno 169 Romam reversus, cum imperator M. Aurelius in bellum Marcomanicum profectus eum se sequi cupiisset, comitatum deprecatus mansit in urbe medicus Commodi Caesaris περὶ τῶν ἰδ. βιβλ. *c. 2,* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 9 XIV p. 650.* Deinde Romae degit et apud M. Aurelium *(cf.* περὶ τοῦ προγινώσκειν *c. 11 XIV p. 660)* imperatoresque deinceps et apud homines nobiles summa et auctoritate et gratia usus *est* περὶ τῶν πεπονθότων τόπων *3, 3 VIII p. 144. Iterum autem in patriam eum nescio quo tempore post a. 169 profectum esse ex iis apparet quae de itinere in Lemnum insulam repetito ipse memoravit* περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων κτλ. *9, 8 XII p. 216, cf. ibd. 9, 2 XII p. 171.* Scripta eius pleraque Romae magno incendio urbis conflagrarunt περὶ συνθέσεως φαρμάκων κατὰ γένη *1, 1 XIII p. 362,* περὶ ἀντιδότων *1, 13 XIV p. 66 regnante Commodo cf. Dio 72, 24, Herodian. 1, 14, 2, Euseb. arm. chron. ad a. Abr. 2202 = Hieronym. 2204.* Sub Pertinace publice demonstravit: περὶ τῶν ὑπὸ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων (βιβλίον) ἓν *memoratur ab ipso* περὶ τῶν ἰδ. βιβλ. *c. 13,* ut omnino Romae in templo Pacis demonstrationes publicas exhibere solebat περὶ τῶν ἰδ. βιβλ. *c. 2.* Imperatori (Septimio) Severo antidotum composuit περὶ ἀντιδότων *1, 13 XIV p. 65.* Septuaginta annos natus mortuus est *Suidas l. l., anno fere 198 vel 199, modo accuratus sit numerus a Suida traditus.* Πολλὰ συντεταχὼς ἰατρικά τε καὶ φιλόσοφα, ἔτι δὲ γραμματικὰ καὶ ῥητορικά *Suidas l. l.;* τοσαῦτ' ἐκδέδωκε συγγράμματα φιλόσοφά τε καὶ ἰατρικὰ ὡς πάντας ὑπερβαλεῖν τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν οὐδενὸς ὢν τῶν ἀρχαίων ἀδυνατώτερος *Athenaeus 1, 1 f, qui eum interlocutorem convivii dipnosophistarum induxit cf. 1, 26 c, 3, 115 c – 116 a. De scriptis Galeni cf. Ackermann Fabr. V p. 398 sqq., Ilberg Rheinisches Museum XLIIII (1889) p. 207 sqq. et XLVII (1892) p. 489 sqq.* — Epigramma in eum scriptum *Anthol. gr. 16, 270, memoratur et epigr. 7, 559, 2.*

Memoratur vel citatur Euseb. hist. eccl. 5, 28, 14 (inde Rufin. h. eccl. 5, 28); Syncell. p. 666 = Cedren. I p. 439, 4 = Isidor. chron. 275, qui praeterea ex eo verba affert Orig. 20, 2, 37, Tzetzes chil. 3, 32; 7, 808; 12, 5 sqq. Apud medicos: ducentis circiter locis memoratur ab Oribasio compositis Oeuvres d'Oribase ed. Bussemaker et Daremberg VI p. 705, viginti eptem ab Alexandro Tralliano, a quo plerumque citatur ὁ θειότατος Γαληνός, *cf. indicem ed. Puschmann. — Sententiae philosophae Galeni memorantur Themist. paraphr. ed. Spengel p. 270, 12. 25; 315, 16; 321, 16, Alex. Aphrod. in Arist. Topic. p. 549*

ed. Berolinensis, Simplic. p. 325. 573. 708. 718. 719. 1039, Ioann. Philopon. in Aristot. Phys. p. 576, Eustrat. in Ethic. c. Nicom. 73. Num in excerptis Damascii vitae Isidori 275 Galenus *qui memoratur, medicus intellegendus sit, non satis dispicio. — De figura logica quae fertur Galeni cf. Prantl, Geschichte der Logik I p. 570, II p. 295 adn. 112.*

Spretis et Ackermanni et bibliographorum (Panzeri, Hainii, Graessii, Brunetii) indicationibus inscriptionum editionum Galeni typis impressarum, quas minime accuratas esse collatis libris ipsis expertus sum, hae sunt editiones antiquissimae, in quibus nomina Claudii Galeni adhuc inveni: 1) Claudii Galeni de sectis medicorum Georgio Valla interprete. Libellus Alexandri Aphrodisei medici clariss. de febribus eodem interprete. Hippocratis de natura humana Andrea Brentio Patavino interprete. Parisiis in officina Henrici Stephani a. 1518. *Georgius autem Valla anno 1499 mortuus est, postquam multos libros Galeni latine versos in publicum misit. Earum versionum, quas mihi adhuc non licuit ipsi examinare, nonnullas enumerant Wagner, Grundriss d. klass. Bibl. p. 23 et Manget, Bibl. script. medic. II 2 p. 437. Apparet autem editionem Parisinam ex antiquiore repetitam esse.* — 2) Claudii Galeni Pergameni libri tres de crisibus, Nicolao Leoniceno interprete nunc denno recusi et sibi plene restituti atque ad graeci exemplaris fidem recogniti quam fidelissime. Lutetiae. Apud Christianum Wechel, (*in pagina extrema:*) Parisiis anno virginei partus 1528, *in pagina aversa folii primi:* Ioannes Heteropolites (= *Guinterius Ioannes Andernacus*) candido lectori s(alutem) *etc.* 3) Claudii Galeni Pergameni liber de plenitudine. Polybus de salubri victus ratione privatorum. Guinterio Ioanne Andernaco interprete *etc. apud eundem eodem anno.* 4) Cl. Galeni aliquot libelli per Guinterium Ioannem Andernacum partim recogniti, partim nunc primum versi, quorum catalogum indicabit pagina haec versa. Froben. Basileae anno MDXXIX (*qui liber male descriptus est ab Ackermanno p. 485*). 5) Cl. Galeni de semine l. Guinterio Andernaco interprete, Parisiis apud Simonem Colinaeum a. 1528, *quem librum nonnisi ex descriptione Hoffmanni, Bibl. Lex. II² p. 135 novi. Nicolaus autem Leonicenus neque in versionibus latinis, quas ipse edidit, neque in aliis scriptis* (Nicolai Leoniceni Vicetini philosophi et medici clarissimi opuscula, Basileae 1532) *Claudii nomine usus est. Itaque Ioannes Guinterius Andernacus (id est 'Winter aus Andernach'), qui quattuor illorum librorum auctor est ac postea deinceps plura alia scripta 'Claudii Galeni' latine versa edidit, versioni Leoniceni repetitae proprio Marte Claudii Galeni nomen praefixit. Atque dubitari potest an simile quid factum sit in editione Parisina versionis Vallae.* — 6) Claudii Galeni Pergameni secundum Hippocratem medicorum facile principis opus de usu partium corporis humani magna cura ad exemplaris graeci veritatem castigatum, universo hominum generi apprime necessarium, Nicolao Regio Calabro interprete. Parisiis. Ex officina Simonis Colinaei. 1528.

Praeterea vidi librum inscriptum: Thaddei Florentini medicorum sua tempestate principis in C. (*sic*) Gal. Micratechnen commentarii secunde editionis emaculati et ab oblivionis iniuria nuperrime vindicati studio Thome Dionysii Polii Neap. *edit.* Neapoli anno MDXXII, *ubi in parte aversa folii primi legitur:* Adriano VI summo pont. Thomas Dionysius Polius Neap. S. P. D. Cum superiori anno beatiss. pr̃. C. Galeni Micratechneu opus de medicina plane pulcherrimum publice exponerem *etc.*; *eodem spectat libellus, cuius titulum omnino non accurate indicat Panzer, Annales typographici VII p. 430 n. 44:*

Thomae Dion. Polii Neapol. prelectio in Claudii Galeni Dicratechne (*immo* Micratechnen) habita in Napolitana (*sic*) divi Thomae Aquinatis Academia decima VI id. Decembris MDXXI.

702 CL(AVDIVS) GALLVS, legatus Augustorum [pr. pr.] (Numidiae) *VIII 2741 t. Lambaesitanus. Idem videtur* Cl(audius) Gallus legatus Augustorum (= Severi et Antonini) pr. pr. (Daciae) *III 1564 t. Mehadiensis semel descriptus, ubi traditur* C. L. GALLVS, *correxit* CL. *Borghesi opp. VIII p. 477. Vt idem probabiliter coniecit, hic est* Gallus consul ordinarius anno 198 *fasti.*

703 Claudius Geminus, arabarches et epistrategus Thebaidis *t. in Memnonis statua inscripsit CIG 4751.*

704 TI. CLAVDIVS GORDIANVS. *Tituli Numidici: ipse posuit in legatione VIII 2495 (1). 2499 (2); ei positus est VIII 4230 (3), memoratur in t. uxoris VIII 8326 (4); ad eundem spectare videntur frustula t. VIII 2365.*

Ti. Claudius Gordianus *t. 3. 4,* [Ti. Claudi]us [G]ordia[nus] *t. 1,* Cl. Gordianus *t. 2.* — Clarissimus vir *t. 1. 3. 4.* — Legatus Aug. pro praetore (Numidiae) *t. 1–4,* anno 188 *t. 1.* Iulia T. filia Chilonis uxor *t. 4.*

705 CLAVDIVS GORGVS, vir clarissimus lenocinii damnatus est ab imperatore Septimio Severo *Vlpianus Digest. 48, 5, 2, 6.*

706 Claudius Hadrianus, cui divus Pius rescripsit *Vlpianus Digest. 37, 10, 3, 1; fortasse magistratus vel praeses.*

707 Ti. Cl(audius) Heracla, procurator fer(rariarum) (Noricarum) *III 4809 t. Noricus. Fortasse procurator privatus.*

708 CL(AVDIVS) HERENNIANVS, vir clarissimus, legatus Augustorum pro pr. (Dalmatiae) a. 247 *in miliario Dalmatico Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich IX (1885) p. 10 = III S. 10174.*

709 TI. CLAVDIVS HERMIAS *memoratur in t. Ephesio acephalo filiae cuiusdam Ancient Greek inscriptions in the British Museum III p. 200 n. DLXII (1), quem posuit* Φλ. Ζωτικὸς τὴν ἰδίαν πατρώνισαν *honorans. Idem in insula Teo huic Zotico t. sepulcralem CIG 3109 (2) posuit.*

Τιβ. Κλ. Ἑρμ..... *t. 1,* Τιβέρι(ο)ς Κλαύδι(ο)ς Ἑρμείας *t. 2.* — Ὁ λαμπρότατος ὑπατικός *t. 1 (consul suffectus anno incerto),* maritus Aeliae Pithiadis, pater Ti. Claudii Dracontis, Sosipatrae, Theonidis *t. 1; tertiae filiae nomen periit in t. 1.*

710 TI. CLAVDIVS HERODIANVS, clarissimus vir, legatus provinciae Siciliae, patronus coloniae Panhormit(anorum) *X 7286 t. Panhormitanus. Ad Herodianum rerum scriptorem titulum male rettulit Borghesi opp. III p. 120 cf. V p. 228.* — Claudius Herodianus cui anno 203 imperatores Severus et Antoninus rescripserunt, *memoratur fragment. Vatican. 191. 208. 247* (Clodius H.), *cod. Iustinian. 5, 66, 1. Potest praetor fuisse et idem atque legatus noster vel necessitudine quadam cum hoc coniunctus esse.*

711 CL(AVDIVS) HIERONYMIANVS, legatus legionis VI Victricis *VII 240 t. Eburacensis.*

712 CLAVDIVS HIERONYMIANVS (*pro* Hieronymiano *manus prima libri Florentini* Hieroniano), vir clarissimus, cui Vmbrius Primus domum per fideicommissum reliquit, qua de re Hieronymiano Papinianus respondit *Vlpianus Digest. 33, 7, 12, 40. Cf. n. 713.*

713 *L. CLAVDIVS HIERONYMIANVS, praeses Cappadociae *(sub finem saeculi II)*, qui cum Christianos crudeliter vexasset, paene Christianus decessit *Tertullian. ad Scapulam 3; traditur* Claudius Lucius Hyerorainianus *vel* Hierorainianus *vel* Geronimianus, *vulgo legitur* Herminianus; *de cognomine quin* Hieronymianus *restituendum sit, non dubito, sed nescio an vitium altius subsit in verbis* Claudius Lucius, *quia Tertullianus vix unquam quantum memini praenomen postposuit. Cf. n. 712.*

714 (TI. CLAVDIVS) HIPPARCHVS, pater (Ti. Claudii) Attici (Herodis), avus (Ti. Claudii Attici) Herodis sophistae, cuius bona ob crimen maiestatis ab Atheniensibus publicata sunt *Philostrat. vit. sophist. 2, 1, 3;* τὰ Ἱππάρχου χωρία τὰ ὑπὸ φίσκου πραθέντα memorantur *CIA III 38. — Perperam apud Suidam s. v.* Ἡρώδης *avus Herodis dicitur* Plutarchus.

715 L. Cl(audius) Iberinus Eudaemon, curator civitatis Aphrodisiadis, ὁ κράτιστος *CIG 2791 t. Aphrodisiade repertus.*

716 CLAVDIVS ILLYRIVS. *Titulus eius mutilus Atticus in acropoli repertus* Δελτίον ἀρχαιολογικόν *V (1889) p. 133 n. 14 (1):* τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον Κλαύδιον Ἰλλύριον, ἔγγονον Λεοντικοῦ τοῦ ἀνθυπατεύσαντος, παῖδα Τήβεντος τοῦ τὴν ἐπώ[νυ]μον ἀρχὴν ἄρξαντο[ς] τὸν ἀνθύπατον καὶ Ἀρεοπ[αγεί]την καὶ εὐεργέτην ἡ [πόλις] ἐπιμελουμ[ένου] Μάρκο[υ] Ἰουνί[ου] Μ[ι]νο[υκ]ιανο[ῦ]. *Alterum eiusdem t. exemplum ibidem repertum fuit CIA III 705 (2), in cuius frustulis agnoscitur* [Ἰλ]λύριον. *Idem* Ἰλλύριος *dedicavit disticha CIA III 399 (3). 400 (4), quae ad moenia Atheniensium restituta pertinent.*

Fuit origine Atheniensis, filius (Claudii) Tebentis, nepos (Cn. Claudii) Leontici, proconsul (Achaiae), Areopagita *t. 1.* Ob muros patriae restitutos *t. 3. 4* publice honoratus *t. 1. 2. Pertinet ad saeculum tertium cf. infra sub avo.*

717 CL(AVDIVS) IVLIANVS. *Nummum Smyrnaeum sic descripsit Waddington, Fastes n. 138:* Οὐῆρος Καῖσαρ [Φ]αυστεῖ[ν]α Σε(βαστή), *capita iuvenile M. Aurelii et Faustinae,* | Ἐπὶ [Κ]λ. Ἰουλιανοῦ Ἐφεσίων. *Quamquam per se et* [Φ]λ. *suppleri potest, tamen probabilius de uno ex Claudiis Iulianis cogitatur, quippe quorum plures illa aetate ad summos honores pervenisse constet. At nummum illum cusum esse eo ipso anno, quo nuptiae Marci et Faustinae celebratae sunt, id est a. 145 (cf. supra A 537. 553, non a. 146 ut statuit Waddington), quamquam pro certo hic affirmavit, nullo modo potest evinci. Itaque acquiescendum est in eo quod Iulianus Asiam rexit sub Antonino Pio.*

Ad eundem rettulit Waddington, Sur la vie du rhéteur Aelius Aristide (Mémoires de l'Institut XX VI (1867) p. 211) titulum Ephesium, quem postea ex lapide accurate edidit Hicks, Ancient Greek Inscriptions III n. CCCCXCI p. 156, qui continet epistulam Pii datam anno 145; ibi memoratur proconsul, cuius nomen ['Ιο]υλιανός *Waddington in ectypis sibi legisse visus est, cum Hicks hodie quidem in lapide tantum litteras* .... λιανος *extare affirmet. Itaque quis fuerit Asiae proconsul anno 145, omnino in medio relinquendum neque minus adhuc prorsus incertum est, Iulianus proconsul ab Aristide memoratus (cf. supra A 859) quis quando Asiam provinciam obtinuerit.*

718 CL(AVDIVS) IVLIANVS, legatus Aug. pro praetore (Germaniae inferioris) anno 160 *Dessau, Inscriptiones selectae 2907 t. Bonnensis. — Claudii Iuliani aetatis Antoninorum qui memorantur quatenus seiungendi an componendi sint, quoniam de iis quorum praenomina tacentur certe nulla ratione statuere licet, singulos seorsim, ne vanis vilibusve indulgeatur coniecturis, hoc loco afferre par mihi visum est.*

719 CL(AVDIVS) IVLIANVS *qui et* NAVCELLIVS. *In indice l. I epistularum Frontonis ad amicos p. 172 ed. Naber scriptum est* Cl. Iuliano *ad epist. 5, 17, 18;* mi Naucelli *Fronto 1, 5 p. 177 et 1, 18 p. 186. Sed vix Iuliano verum cognomen* Naucellius *fuit, sed agnomen quoddam, ut plane eadem ratione Sex. Cornelium Repentinum, praefectum praetorio (v. infra sub Corneliis), Fronto ad amic. 2, 4 appellat* 'frater Contucci'.

Iulianus provinciam cum exercitu rexit *Fronto epist. ad amic. 1, 5,* sub Marco et Vero *id. 1, 18 p. 186 v. 7.*

720 CLAVDIVS IVLIANVS, consul Pupieno et Balbino Augustis (anno 238) *in epistula ficta vit. Maximi et Balbini 17, 2.*

721 Claudius Iulianus, paulo ante imperium Vitellii praefectus classis Misenensis; ab imperatore Vitellio in Campaniam missus, ut classem nutantem retineret, in Vespasiani partes transgressus a L. Vitellio captus et iugulatus est *Tac. h. 3, 57. 76. 77. — Potest idem esse* Iulianus curans gladiatorium munus Neronis principis *Plin. n. h. 37, 45.*

722 Claudius Iulianus, praefectus annonae, cui Hadrianus rescripsit *Vlpianus fragment. Vatican. 235.*

723 Cl(audius) Iulianus, perfectissimus vir, praefectus annonae anno 201 *VI 1603. Idem memoratur* Cl. Iulianus praefectus annonae *in t. Portuensi CIG 5973 = IGI 917 Severo et Antonino circa a. 202 dedicato.*

724 APP. CLAVDIVS I[VLIANVS?], consul *suffectus anno incerto (fortasse intra a. 138 et 146) dipl. mil. III S. p. 1983.*

725 APPIVS CLAVDIVS IVLIANVS, consul II anno 224 cum C. Bruttio Crispino. *In consulatu:* Appius Claudius Iulianus *XI 2702, XIV 125,* Claudius Iulianus *VI 3023. 3070, IGI 2090 = CIG 6707, ceterum* Iulianus *fasti.*

Dubitari non potest, quin in Digest. 31, 87, 3 pro Claudiano Iuliano *(vide supra n. 620) corrigendum sit* Claudio Iuliano *et noster fuerit* praefectus urbi sub Severo Alexandro. *Idem est* App. Claudius Iulianus, vir clarissimus, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum.*

726 TI. CLAVDIVS IVLIANVS, legatus Aug. (legionis XI Claudiae) sub Antonino Pio *III 7474 t. Moesiae inferioris. Idem videtur* Ti. Claudius Iulianus consul a. d. V kal. Oct. *(suffectus anno incerto intra a. 145/161)* cum Sex. Calpurnio Agricola *III dipl. mil. 44.*

727 TI. CLAVDIVS IVLIANVS. *Tituli: ei posuerunt* curiales mun(icipii) Cin(caritani) *VIII S. 14769 (1) Cincaritanum; memoratur VIII S. 17521 = VIII 4845 (2) Numidiae proconsularis.*

Tria nomina exhibet t. 1, Claudius Iulianus *t. 2.* — Clarissimus vir *t. 2.* — Proconsul (Africae) *t. 1. 2,* sub Antonino Severi vel Elagabalo *t. 2.*

728 Ti. Claudius Iulianus *nescio quis memoratur in t. urbano* Ti. Claudii Phlegontis *VI 15202.*

729 TI. CLAVDIVS IVNCVS, proconsul (Cypri) *memoratur in t. Cyprio graece scripto Lebas-Waddington 2726.*

730 Claudius Labeo, praefectus alae Batavorum anno 70 *Tac. h. 4, 18. 56. 66. 70.*

731 APPIVS CL(AVDIVS) LATERANVS, XVvir sacris faciundis, consul designatus, legatus Augusti pro pr. legionis III Italicae *III 5793 t. Augustae Vindelicum repertus; praefuit et Raetiae et legioni III non ante imperatorem Marcum.*

732 CN. CLAVDIVS LEONTICVS. *Tituli: Megaricus Inscriptiones Graeciae sept. I 91 (1), quem posuit* [Πο.] Ἐρέννιος Πτολ[ε]μαῖος, *Delphicus Bulletin de correspondance Hellénique VI (1882) p. 449 n. 79 (2), Epidauricus* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *III (1884) p. 30 n. 76 (3); memoratur in t. Attico nepotis* Δελτίον ἀρχαιολογικόν *V (1889) p. 133 n. 14 (4).*

Tria nomina exhibent t. 1. 2. 3, Leonticus *t. 4.* — Proconsul (Achaiae?) *t. 4.* Ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς καὶ ἐπανορθωτής *t. 1. 2. 3,* τῆς Ἑλλάδος *t. 2,* τῆς Ἀχαΐας *t. 3;* consularis *(consul suffectus anno incerto circa finem saeculi II)* et missus ad corrigendum statum civitatium Achaiae. — Pater (Claudii) Tebentis, avus Claudii Illyrici *t. 4 vide sub nepote. — Leonticum imperatoribus fere Severo et Antonino floruisse inde sequitur, quod qui dedicavit t. 1 fuit pater P. Herennii Dexippi rerum scriptoris.*

733 Ti. Claudius Lepidus, Lepidi filius, ἀρχιερεὺς τοῦ Πόντου, ἐπιστάτης .... *(plane incertum est quae deinde fuerint), publice honoratus t. Amastride reperto CIG 4149; titulo et ipso Amastriano 4150 laudatur* Claudia Lepida, Claudii Lepidi et Claudiae Marcianae filia. *Vel idem est vel certe cum hoc arta propinquitate conexus* Lepidus ille, Amastrianus

homo Epicuri sectae Alexandro Abonitichitae maxime adversarius *Lucian. Alex. 25. 43.*

734 Ti. Claudius Livianus, Ti. f., tribu Quirina imperatori Claudio dedicavit *t. Sidymensem graece scriptum Benndorf, Reisen in Lykien und Karien p. 64 n. 32 cf. p. 63 n. 30. — Pater vel avus videtur Ti. Claudii Liviani qui sequitur.*

735 Ti. Claudius Livianus. *Tituli: ei positus est VI 1604 (1), memoratur in t. servi VI 718 (2), in fistula plumbea XIV 3439 (3); ad eundem referri possunt tegulae Praenestinae XIV 4090, 30 (4) et urbanae XV 932 (5).*

Ti. Claudius Livianus *t. 1. 2. 3,* Cl. Livianus *t. 4. 5,* Claudius Livianus *Dio 68, 9; vit. Hadriani 4, 2 traditur* Liviani Turbonis, *correxit* Liviani et Turbonis *O. Hirschfeld.*

Praefectus praetorio *t. 1. 3, Dio l. l.;* dux Traiani bello Dacico primo *Dio l. l.;* memoratur in viris ordinis equestris, quorum amicitia Hadrianus tempore belli Parthici usus est *vit. Hadriani 4, 2; itaque tunc quoque Traianum comitatus esse videtur. Vt recte ad eum referatur t. 5,* fuit in vivis anno 123. — *Ex posteris videtur Ti. Claudii Liviani qui praecedit.*

736 CLAVDIVS LVCANVS, consularis ab imperatore Commodo occisus *vit. Commodi 7, 7.*

737 M. CL(AVDIVS) MACRINIVS VINDEX HERMOGENIANVS *memoratur in t. Venafranis uxoris X 4861 (1) et consoceri 4860 (2).* — M. [Cl.] Macrini Vindicis Hermogeniani *t. 1,* Cl. .... [Her]mogenianus *t. 2, ita ut non constet utrum* Macrinius *an* Macrinus *fuerit.* Vir clarissimus *t. 1. 2.*

Consularis *t. 1,* pro[consul] Africae *t. 2.* — Maritus Laberiae Pompeianae *t. 1,* consocer L. Gabinii Cosmiani *t. 1. 2 scilicet per filiam, quae nupsit Gabinio Aspro filio Cosmiani. — Ex nominibus apparet eum parentela quadam coniunctum esse cum M. Macrinio Vindice praefecto praetorio sub M. Aurelio et cum M. Macrinio Avito Catonio Vindice cf. infra M 16. 19.*

738 CLAVDIVS MARCELLINVS defendit in senatu Flavium Marcianum a 100 *Plin. epist. 2, 11, 16.*

739 M. CLAVDIVS MARCELLVS. *Titulus eius Pompeianus X 832 (1); memoratur Monum. Ancyr. lat. 4, 23 = gr. 11, 13 (2), fortasse etiam in t. liberti VI 15038.*

M. Claudius Marcellus *t. 1,* M. Marcellus *t. 2 lat., Velleius 2, 93, 1, Sueton. Tiber. 10, Dio 48, 38, ceterum* Claudius Marcellus *vel plerumque* Marcellus.

Filius C. Claudii Marcelli *t. 1, Plutarch. Anton. 87, Marcell. 30 (cf. Anton. 31, Sueton. Caes. 27, Nicol. Damasc. frag. 100 FHG. III p. 433)* et Octaviae sororis Augusti *Plutarch., Velleius l. l., Sueton. August. 63, Dio 53, 27, Strabo 14, 5, 14 p. 675, Seneca consol. ad*

Marciam 2, Plin. n. h. 19, 24; 37, 11, Serv. in Aen. 6, 861. Natus a. 712 = 42 a. C., nam vigesimo anno obiisse dicitur *Propert. 4, 18, 15, male* octavo decimo *Serv. in Aen. 6, 861.* Magister eius Nestor Tarsensis *Strabo l. l.*

Anno 715 = 39 Sex. Pompeius ei filiam despondit *Dio 48, 38, Appian. bell. civ. 5, 73.* Anno 725 = 29 Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est dexteriore funali equo *Sueton. Tiber. 6* et Augustus in gratiam eius pueris congiarium dedit *Dio 51, 21 (cf. Sueton. August. 41).* Anno 729 = 25 Augustus per eum et Tiberium privignum militibus ludos exhibuit in ipsis castris *Dio 53, 26 scilicet Hispaniae cf. epigramma Crinagorae Anth. graec. 6, 161, quod scripsit ad Marcellum proficiscentem in bellum Hispanum;* eodem anno Iuliam filiam ei in matrimonium dedit nuptiasque absens per Agrippam Romae celebrari iussit *id. 53, 27, Velleius 2, 93, 2, Plut. Anton. 87, Marcell. 30, Sueton. August. 63; ad eas nuptias pertinet Horatii carm. 1, 12.* Anno 730 = 24 senatus eum adlegit et praetorium locum sententiae dicendae ei dedit simulque decrevit, ut decennio maturius quam per leges liceret consulatum peteret *Dio 53, 28.* Anno 731 = 23 aedilis curulis ab Augusto adiutus magnificentissimos ludos edidit, per totam aestatem forum velis inumbravit, dactyliothecam in aede Palatini Apollinis consecravit *Velleius 2, 93, Plin. n. h. 19, 24; 37, 11, Tac. a. 1, 3, Plutarch. Marcell. 30, Serv. in Aen. 5, 4.* Ab Augusto pontificatu ornatus *Tac. a. 1, 3.* Propter gratias, quas Augustus ei tribuebat, simultates inter eum et Agrippam ortae sunt, ita ut Agrippa Mytilenas secederet *Velleius 2, 99, 2, Sueton. August. 66, Tiber. 10, Dio 53, 31. 32.* Sub finem anni 23 *(cf. Dio 53, 30, Plin. n. h. 19, 24)* aegrotans apud Baias subito decessit et publico funere elatus laudatusque ab Augusto in campo Martio sepultus est *Propert. 4, 18, 6, Velleius 2, 93, 1, Tac. a. 2, 41, Dio 53, 30, Serv. in Aen. 1, 712; 3, 718; 5, 4; 6, 861. — Perperam* filius ab Augusto adoptatus *dicitur Plutarch. Anton. 87, Serv. in Aen. 6, 861.*

In honorem et memoriam mortui Octavia mater bibliothecam extruxit *Plutarch. Marcell. 30,* Augustus theatrum Marcelli nomine a. 743 = 11 a. C. dedicavit *ibd. cf. t. 2:* theatrum ad aede *(sic)* Apollinis in solo magna ex parte a p[r]i[v]atis empto feci, quod sub nomine M. Marcell[i] generi mei esset, *Dio 53, 30; 54, 26, Liv. per. l. 141, Plin. n. h. 8, 65, Sueton. August. 29. 43;* theatrum Marcelli *memoratur CIL IX 9230 (fasto Allifan.) Fest. p. 178 s. v. Octavia, Ascon. in Scaur. p. 24, 1, Plin. n. h. 7, 121, Martial. 2, 29, 5; 10, 51, 11, Tac. a. 3, 64, Suet. Vesp. 19, vit. Sev. Alexandri 44, 7, Forma urbis Romae tab. IV fragm. 28 ed. Jordan, Notitia region. IX, Curios. reg. IX.* — Crinagoras poeta scripsit ed eum *epigr. Anthol. graec. 6, 161; 9, 545.* — Memoriam mortui praedicarunt poetae Vergilius

Aen. 6, 860–886 cf. Donati vit. Vergilii Sueton. rel. ed. Reifferscheid p. 62 et Propertius elegia *4, 18.*

Memoratur Plin. n. h. 7, 109, Tac. h. 1, 15, a. 1, 74; 6, 51, Dio 53, 33; 54, 3, Consolat. ad Liviam v. 67. 441.

740 M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS, consul a. 733 = 22 a. C. cum L. Arruntio. *Memoratur in fastis Capitolinis ad a. 737 (1) et in actis saecularibus Augusti (2).*

In consulatu: plena nomina exhibet Dio ind. l. 54, M. Marcellus *Dio 54, 1, Cassiodor.,* Aeserninus *fasti Hydat., ceterum plerumque* Marcellus *fasti.* — M. Claudius Marcellus *t. 1,* M. Marcellus *t. 2.*

M. f. M. n. *t. 1,* M. f. *Dio ind., filius videtur M. Marcelli Aesernini quaestoris a. 706 = 48 Dio 42, 15.* Consul *v. supra.* — Anno 737 = 17 a. C. magister collegii quindecimvirum sacris faciundis *t. 1. 2.* — *Vxorem duxit filiam C. Asinii Pollionis, ex qua genuit Marcellum Aeserninum qui sequitur.*

741 M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS. *Tituli: memoratur in fastis Arvalium CIL I² p. 70 (1), in cippo urbano VI 1237 (2), in t. liberti Neapolitano X 1448 (3).*

M. Claudius Marcellus *t. 1. 2,* (M. Claudius) Marcellus Aeserninus *t. 3;* Aeserninus Marcellus *Tac. a. 3, 11, Plin. n. h. 12, 12, Seneca rhet. passim;* Aeserninus *Tac. a. 11, 6. 7, Sueton. August. 43;* Claudius Marcellus *sive* Marcellus *passim apud Senecam.*

M. f. *t. 2, filius scilicet M. Claudii Marcelli consulis a. 732 = 22 a. C.,* nepos C. Asinii Pollionis (ex filia) *Sueton. August. 43; Seneca controv. 4 praef. 3. 4.* — Praetor peregrinus a. 19 p. C. *t. 1;* inter quinque curatores riparum et alvei Tiberis *(quarto loco) t. 2. Consulem suffectum esse ex verbis Taciti a. 11, 6* 'ad summa provectos' *Borghesi opp. III p. 346 haud certe collegit; neque enim ex contextu verborum necesse est ponere hoc loco* 'ad summa' *idem valere atque 'ad summos honores'.*

Puer tantae indolis, ut Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiae suae crederet *Seneca controv. 4 praef. 4.* Inter insignes oratores recentiores memoratur *Tac. a. 11, 6.* Cn. Piso reus anno 20 frustra eum patronum petiit *ibd. 3, 11.* Sententiae eius *Seneca suas. 2, 9; 6, 4, 10, controvers. 2, 5, 9; 7, 1, 5. 22; 7, 2, 10; 7, 4, 1.*

In Troiae luso, quem Augustus edidit, puer crus fregit *Sueton. l. l.* — Ditis familiae heres *Tac. a. 11, 7.* — Liberti eius *Plin. n. h. 12, 12 et t. 3.*

742 IMP. TI. CL(AVDIVS) MAR(INVS) PACATIANVS AVGVSTVS. *Sic nomina exhibent nummi eius Cohen VI² p. 181 vel* Imp. Ti. Cl. Mar. Pacatianus P. F. Aug. *Eum imperium in Pannonia vel in Moesia sumpsisse Eckhel VII p. 339 recte inde collegit, quod nummi ceterum admodum rari inveniuntur plures in museis Austriacis. Nummus Cohen p. 182 n. 7 inscriptus est in aversa* Romae aeter(nae) an(no) mill(e-

simo) et primo = a. 249. *Itaque certum est eundem esse* Marinum *qui dicitur Zosim. 1, 20. 21, Zonar. 12, 19;* Marinus a legionibus Pannoniae et Moesiae *(sic Zosim., solum* Moesiam *memorat Zonar.)* imperator nuncupatus sub finem imperii Philippi paulo post ab iisdem interfectus est; contra seditionis auctores (C. Messius) Decius, qui subinde imperavit, a Philippo missus est *Zosimus, Zonaras l. l. ex eodem auctore.*

743 APPIVS CL(AVDIVS) MARTIALIS. *Nummi Thracici: a) Serdicae in parte adversa exhibet caput nudum imperatoris L. Veri et inscriptionem* Αὐ. Και. Λ. Αὐρήλιος Οὐῆρος, *in aversa Aesculapium stantem et inscriptionem* Ἡγε(μονεύοντος) Κλ. Ἀππίου ΜΑΡΤΙΑΛΟΥ Σερδῶν *Fröhlich, Quattuor tentamina II p. 216, Eckhel, Catalog. musei Vindobonensis I p. 61 n. 1 (inde Mionnet Suppl. II p. 484 n. 1657), sed postea Eckhel, Doctr. Num. II p. 47 cf. p. 20 legit ediditque* ΜΑΡΤΙΛΛΟΥ; *idem Catalog. l. l. post num. a attulit:* '2 Alius, sed caput laureatum, et mulier sedens s. cornucopiae' *(inde Mionnet l. l. n. 1658), quae verba qui legit, non potest non putare hunc nummum ceterum eadem inscripta habere atque num. a. Atque Eckhel ipse Doctr. l. l. Martialem Serdicae* 'in binis nummis Veri' *memorari scripsit. At re vera num. 2 in parte aversa nihil nisi nomen Serdicae inscriptum habet. b) Male descriptus est nummus Serdicae Wiczay, Museum Hedervarianum I p. 95 n. 2459 (inde Mionnet l. l. n. 1656). c) Falsus est nummus Anchiali, quem ex Agostino (cf. Eckhel, Doctr. numm. II p. 20) sumpsit Vaillant, Numismata imperatorum p. 22 (inde Mionnet Suppl. II p. 216 n. 63). d) Genuinus esse potest nummus Anchiali a Sestinio descriptus Lettere e dissertazioni numismatiche di continuazione IV p. 51 (inde Mionnet Suppl. II p. 217 n. 69), qui in adversa exhibet caput M. Aurelii et inscriptionem* Αὐ. Και. Μ. Αὐρήλι(ος) Ἀντωνεῖνος, *in aversa traditur* ΗΓΕ. Μ. *(immo* ΗΓΕΜ.) ΑΠ. ΚΛ. ΜΑΡΤΙΑΛΟΥ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ.

Quod in nummo a Eckhel modo ΜΑΡΤΙΑΛΟΥ, *modo* ΜΑΡΤΙΛΛΟΥ *legit, cum Martilli cognomen nusquam quod sciam inveniatur, rem inde fortasse explicandam cogitaveram, quod in hoc nummo, ut saepe in Thracicis,* Α *litterae forma aperta, quae nihil diversa est a lambda littera, adhibita esset. Quamquam autem in* ΚΛ. ΑΠΠΙΟΥ Α et Λ *litterae certe distinctae sunt, ut Iulius von Schüler Vindobonensis nummo denuo examinato mihi scripsit et confirmat ectypum, quod idem benevole misit, tamen litterae post* ΜΑΡΤ *ita detritae sunt, ut certe diiudicari non possit, utrum fuerint* ΑΛ *an* ΛΛ. *Itaque dum nummus melius servatus et certe descriptus in publicum prodeat, veri mihi similius videtur illum hominem fuisse Martialem, non Martillum. Vix autem autem opus est monere Graecos nomen Martialis reddidisse et per* Μαρτιάλιος *et per* Μαρτιᾶλις *et per* Μαρτιάλης *cf. CIG III Add. 3846* z^{94}, *IGI 1572 = CIG 6512, IGI 2545 = CIG 6959.*

Legatus (Augustorum pro praetore) provinciae Thraciae intra a. 161/169 *nummi.*

744 CLAVDIVS MAXIMVS, legatus Pannoniae superioris *anno 150 kal. Aug. III S. dipl. mil. p. 2213,* anno 154 *III dipl. mil. 39. Potest idem esse qui sequitur.*

745 CLAVDIVS MAXIMVS, proconsul Africae, apud quem Apuleius causam dixit imperante Antonino Pio *Apul. apolog. 85;* in proconsulatu successit (L.) Lolliano Avito *ibd. 94. 95. Cum Lollianus consul a. 144 esset, eum proconsulatum Africae circa a. 156/158 adeptum esse veri est simile, unde Maximus sub finem imperii Pii Africam rexit. — Memoratur passim in apologia. Cf. n. 744.*

746 Claudius Maximus, philosophus Stoicus, magister M. Aurelii qui imperavit *vit. Marci 3, 2;* eum Marcus laudat εἰς ἑαυτόν *1, 15. 16. 17;* ut mortuum memorat *8, 25, ubi* Secunda quae superstes ei dicitur, dein mortua *uxor fuisse videtur.*

747 Ti. Claudius Maximus *nescio quis nominatur in tegulis urbanis XV 248–255 factis intra annos fere 123–135* ex pr(aediis) Ti. Claud. Maximi Isiac(is *an (tegula)* Isiaca?); annum 123 *indicat n. 248,* a. 124 *n. 249,* a. 134 *n. 250,* a. 135 *n. 251.*

748 TI. CL(AVDIVS) ME.... [P]RISC[VS] RVF[INVS] [I]VN(IOR). *Titulus eius X 3723 Volturnensis.* — Ti. f. *(fortasse filius* Ti. Claudii Rufini equo publico *honorati t. Campano X 3909),* tribu Pal., clarissimus vir; tribunus militum legionis VII Claudiae, allectus inter quaestorios, praetor urbanus, legatus provinciae Narbonensis, legatus provinciae Crete *(sic),* praefectus Min(iciae) *(non ante aetatem Septimii Severi),* proconsul provinciae Achaiae, legatus provinciae Africae; p(atronus) c(oloniae) (Volturni) *tit.*

749 Ti. Claudius Menecrates (*sic plene tit., ceterum* Mcnecrates), Zeophletensis *Caelius Aurelian. de morb. chronic. 1, 4 p. 323 ed. Amman,* tribu Quirina, cui ἰατρῷ Καισάρων καὶ ἰδίας λογικῆς ἐναργοῦς ἰατρικῆς κτίστῃ ἐν βιβλίοις ρνς', δι' ὧν ἐτειμήθη ὑπὸ τῶν ἐνλογίμων πόλεων ψηφίσμασιν ἐντελέσι, οἱ γνώριμοι τῷ ἑαυτῶν αἱρεσιάρχῃ τὸ ἡρῷον *dedicaverunt Romae IGI 1759 = CIG 6607.* Liber Menecratis de medicamentis inscriptus αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος, quia sine notis integris syllabis expressus erat, memoratur *Galen. XIII p. 502. 995, XIV p. 31 ed. Kühn.*

750 L. CLAVDIVS MODESTVS, frater Arvalis, adfuit in collegio anno 155 et anno incerto sub imperatore M. Aurelio *VI 2086. 2095 acta Arv.*

751 Claudius Neocydes, iuridicus Aegypti (δικαιοδότης) *in papyro graece scripta Aegyptische Urkunden aus den Königlichen Museen zu Berlin I n. 245; idem memoratur ibd. II n. 378; illam saeculo secundo tribuit dubitanter Viereck, hanc secundo vel tertio Krebs. — Fortasse pater Ti. Claudii Frontini Neocydis supra n. 700.*

752 TI. CLAVDIVS NERO GERMANICVS = TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS. *Tituli privati: ei in arcu Ticinensi V 6416 ultimo loco dedicatus ut videtur fuit n. 10 (1); Polensis V 24 (2), Alexandria Troade repertus III 381 (3), quorum uterque Gaio imperante positus est;*

memoratur in t. Liviae Medullinae sponsae X 6561 (4). Nominatur praeterea in t. servi III 321 (5), passim in t. libertorum et servorum in monumento Drusi VI 4334 (6). 4338. 4340. 4346. 4348 (10). 4356. 4359. 4362. 4363. 4376 (15).

Ti. Clandius Nero Germanicus *t. 1. 2. 3. 4*, Ti. Claudius Germanicus *t. 5. 6. 10. 15(?)*; Ti. Germanicus *in titulis reliquis.* Appellatus est primum Ti. Claudius Drusus, mox fratre maiore (Germanico) in Iuliam familiam adoptato *(anno 4 p. C.)* Germanici cognomen assumpsit *Sueton. Cl. 2 minus accurate, quod Claudius certe post pueritiam, ut tituli docent, praeter Germanicum Neronis cognomine, nunquam Drusi usus est.* Ti. Claudius Nero Germanicus *Dio 60, 2 (Zonaras 11, 8)*, Ti. Claudius Nero *id. 55, 27, ceterum plerumque* Claudius.

Natus est kalendis Augustis a. 744 = 10 a. C. *Sueton. Claud. 2, fasti Vallenses CIL I² p. 240, Antiates p. 248*; Luguduni *Sueton. ibd., Seneca apoc. 6.* Per omnem pueritiae atque adulescentiae tempus variis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem aetate ulli publico privatoque mnneri habilis existimaretur *Sueton. l. l., Zonaras 11, 8 p. 24 ed. Dindorf.* Ob hanc valetudinem et gladiatorio munere, quod anno 6 p. C. simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus praesedit *Sueton. l. l., Dio 55, 27* et togae virilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est; Augustus ei nullum praeter auguralis sacerdotii honorem impertiit *cf. t. 1 positum circa a. 7/8 p. C., ubi nomina nude ponuntur, et t. 2. 3, ubi dicitur* augur; ac ne heredem qnidem nisi paene inter extraneos nuncupavit legato quoque mediocri prosecutus *Sueton. Cl. 4 extr.*

Eqnes Romanus usque ad imperium Gai *Sueton. Calig. 15, Dio 59, 6*; ordo equester enm patronnm perferendae pro se legationis elegit, cum deportandum Romam corpus Augusti humeris suis a consulibus exposceret *id. Cl. 6.* Anno 14 ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adiectus est *Tac. a. 1, 54, Sueton. Cl. 6.* Tiberius ei petenti honores consularia ornamenta detulit, sed instantius legitimos flagitanti abnuit irridendo *Suet. Cl. 5*; cum senatus censuisset, ut ei dicendae inter consulares sententiae ius esset, Tiberins decretum abolevit *ibd. 6.* Cum anno 20 cineres Germanici ad urbem portarentur, Drusus Tiberii filius cum Claudio Tarracinam obviam progressus est *Tac. a. 3, 2. 3.* Eodem anno cum in senatu Valerius Messalinus censuisset ob vindictam Germanici Tiberio et Augustae aliisque Germanici consanguineis grates esse agendas omissa Claudii mentione, nomen eius postea additum est *ibd. 3, 18*; per idem tempus Claudii filio (Claudio Druso *cf. n. 688*) filia Seiani desponsa est *ibd. 3, 29.* Anno 31 Seiano oppresso iterum patronus ordinis equestris apud consules gratulatus est *Sueton. Cl. 6.* Tiberius sub finem vitae etiam de Claudio tradenda re publica agitabat, quod is composita

aetate, bonarum artium cupiens erat, sed imminuta mens eius obstitit *Tac. a. 6, 46.* Qui tamen moriens eum in tertiis heredibus nuncupatum legato haud mediocri prosecutus insuper exercitibus et senatui populoque Romano inter ceteras necessitudines nominatim commendavit *Sueton. Cl. 6.*

Gaius imperium adeptus eum senatorem fecit et collegam sibi in consulatu assumpsit *Sueton. Calig. 15, Cl. 7;* consul suffectus ex kal. Iuliis a. 37 per duos menses cum C. Caesare *fasti.* In ipso consulatu, quod Neronis et Drusi fratrum Caesaris statuas segnius locandas ponendasque curasset, paene honore summotus est *Sueton. Cl. 9.* Anno 39 cum detecta (M. Aemilii) Lepidi *(cf. supra A 249)* et (Cornelii Lentuli) Gaetulici coniuratione, Claudius inter legatos ad gratulandum in Germaniam missus esset, Gaius indignatus patruum potissimum ad se missum esse eum paene interfecit *Sueton. Cl. 9, Dio 59, 23.* Atque ex eo nunquam non in senatu novissimus consularium sententiam dixit ignominiae causa post omnis interrogatus *Sueton. l. l.* Omnino Gai aulae ludibrio erat *Sueton. Calig. 23, Cl. 8. 9, Seneca apocol. 15;* a Polluce servo apud Gaium accusatus *Ioseph. ant. 19, 1, 2.* Gaius cum Iupiter Latiaris adorari coeptus esset, inter sacerdotes numinis sui et Claudium instituit, qui coactus pro introitu novi sacerdotii sestertium octogies impendere ad summas rei familiaris angustias decidit *Sueton. Cl. 9 cf. Calig. 22, Dio 59, 28.*

Postquam Gaius d. 24 mensis Ianuarii a. 41 occisus est, Claudius cum in palatium se abdidisset, e latebris a militibus productus et imperator salutatus in castra praetoria delatus est; cum in senatu per biduum de libertate restituenda frustra actum esset, Claudius postero die post Gai necem milites in nomen suum iurare passus et dein ab omnibus imperator agnitus est *Sueton. Cl. 10 cf. Calig. 60, Dio 60, 1 (Zonaras 11, 8), Vict. Caes. 3, Ioseph. ant. 19, 3 sqq., bell. 2, 11.* Ti. Claudius Caesar Augustus Germanicus *passim in titulis nummisque cf. Eckhel VI p. 235 sqq., Cohen I² p. 250 sqq.;* praenomine imperatoris abstinuit *Sueton. Cl. 12.* Consul II a. 42, III a. 43, IIII a. 47, V a. 51 *fasti.* Mortuus est Romae die 13 mensis Octobris anni 54, ut vulgo putabatur, veneno occisus, sive boleto medicato accepto sive veneno hausto *Tac. a. 12, 66–69, Sueton. Cl. 44–45, Ner. 33, Dio 60, 34 (Zonaras 11, 11), Plin. n. h. 2, 92; 11, 189; 22, 42, Martial. 1, 20, 4, Iuvenal. 5, 147; 6, 621 cum schol., Ioseph. ant. 20, 8, 1.*

Sponsas admodum adulescens duas habuit: Aemiliam Lepidam Augusti proneptem, quam virginem adhuc repudiavit, quod parentes eius *(scilicet L. Aemilius Paullus cos. a. 1 p. C. et Iulia neptis Augusti cf. A 295)* Augustum offenderant, et Liviam Medullinam, cui et cognomen Camillae erat, quam ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex valetudine amisit *(cf. tit. sepulcralem eius X 6561) Sueton. Cl. 26.* Vxores deinde duxit primam Plautiam Vrgulanillam triumphali patre

(scilicet M. Plautio Silvano cos. a. 2 a. C. cf. infra P 361), quacum ob libidinum probra et homicidii suspicionem divortium fecit; alteram Aeliam Paetinam filiam viri consularis *(cf. A 197)*, quam ex levibus offensis dimisit; post has Valeriam Messalinam *(regnante Gaio ut videtur)*, filiam (Valerii) Barbati Messallae *(v. infra sub Valeriis) Sueton. l. l.* Messalina anno 48 interfecta Iuliam Agrippinam Germanici fratris sui filiam anno 49 in matrimonium duxit *Sueton. l. l., Tac. a. 12, 5 sqq. cf. infra I 425.* Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Vrgulanilla (Claudium) Drusum et Claudiam, ex Paetina (Claudiam) Antoniam *(cf. A 708)*, ex Messalina (Claudiam) Octaviam et (Claudium) Britannicum *Sueton. Cl. 27.*

753 Claudius Pacatus, servus fugitivus, dein centurio a Domitiano domino redditus. *Dio 67, 13.*

754 P. CLAVDIVS PALLAS HONORATVS REPENTINVS, adlectus inter tribunicios, legatus pro pr. provinciae Africae, praetor, legatus pro pr. provinciae Asiae, legatus Augusti legionis X Geminae *III 4567 t. Vindobonensis.*

755 C. CL(AVDIVS) PATERNVS a. 198 cooptatus *in collegium sacerdotum nescio quod ex amplioribus;* vita functus a. 200 *VI 2004.*

756 Cl(audius) Paternus Clementianus. *Tituli a) Raetici: ipse posuit III 5775 (1). 5777 (2), ei positus est 5776 (3); b) memoratur in Norico III S. 14361 (4).*

Praefectus cohortis classicae, tribunus militum legionis XI Claudiae, praefectus equitum alae Silianae torquatae civium Romanorum *t. 1. 3;* procurator Augusti provinciarum Iud(aeae) v(ices) a(gens) l(egati), Sar[diniae], Africae et ..... *t. 3,* procurator Augusti *(vel Raetiae vel Norici) t. 1. 2. 4.* — Cl(audia) Clementi[na] mater *t. 2.*

757 TI. CL(AVDIVS) PAVLINVS *memoratur in t. Cibyraticis filii CIG 4380 b² Addenda p. 1168 (1) = Lebas-Waddington 1216 et servi Bulletin de correspondance Hellénique II (1878) p. 610 (2).*

Plena nomina exhibet titulus uterque. — Consularis *t. 1. 2; in t. 1* annus 159 *aerae Cibyraticae (= a. 183 p. C.) verbis perscriptus est, in t. 2 in lapide esse traditur* ἔτους ρκ' = a. 120 *(= a. 145 p. C.); at lectio t. 2 non plane certa est. Igitur definiri nequit utrum idem sit atque legatus Britanniae qui sequitur an, id quod probabilius videtur, pater huius.*

Claudia Marciola uxor, Ti. Claudius Flavianus filius *t. 1.*

758 TI. CL(AVDIVS) PAVLINVS *memoratur in titulis mutilis positis* imp. Caes. M. Aur[elio] .... pio f[elici] ... *VII 1045 (1). 1046 (2), ubi cognomen imperatoris post* M. Aurelium *erasum est, item in t. 2 agnomen ex cognomine imperatoris cohorti inditum, cum in t. 1 Hübner eius vestigia exceperit* AI..... . Tib. Cl. Pau[linus] *t. 1, in t. 2 Hübner legit* CL. AP/LLINI ...., *at (ne error Hübneri subsit) non mihi dubium videtur lapicida quin erraverit, quoniam uterque titulus ab*

eadem cohorte aperte eodem tempore positus est. Accedit quod sine dubio idem memoratur Claudius Paulinus *in t. Thorigniacensi Allmer et Dissard, Musée de Lyon V p. 31, ubi* leg. [B]ritanniae *in lapide extare testatur Hirschfeld qui vidit. In titulis autem Britannicis restituendum est* COH. I. F. VARDVL. A[LEXANDRIANA].

Legatus Aug. pr. pr. provinciae Lugdunensis, decessor Aedinii Iuliani *(sub Alexandro) t. 3 I v. 15,* item legatus eiusdem Britanniae *t. 1. 2. 3.*

759 Cl(audius) Perpetuus, procurator (Mauretaniae Caesariensis) sub imperatore Commodo *Ephem. ep. 5, 952 cf. 7, 491 t. in Mauretania Caesariensi prope Auziam repertus.*

760 Cl(audius) Perpetuus Flavianus Eutychus, rationalis imperatoris Septimii Severi anno 193 *VI 1585 a. b.*

761 CL(AVDIVS) PISO, legatus legionis (I Adiutricis piae fidelis) anno 207 *III S. 11082 = III 4364.*

762 Claudius Pollio, centurio Diadumenianum filium Opellii Macrini cepit *Dio 78, 40.*

763 Ti. Claudius Pollio. *Nomina plena exhibet t. urbanus quem dedicavit ipse VI 3720 corr. Ephem. ep. 4, 759;* Claudius Pollio *apud Plinium epist. 7, 31, ubi eum commendat (C. Iulio) Cornuto (Tertullo).*

Praeerat alae miliariae eodem tempore quo Plinius militabat *Plin.,* praefectus alae Flaviae milliariae *tit.;* praefectus gentium in Africa *tit.;* postea promotus ad amplissimas procurationes *Plin.;* procurator Augusti XX hereditatium, procurator Alpium Graiarum *tit.;* a Corellio (Rufo) ex liberalitate imperatoris Nervae emendis dividendisque agris *(cf. Dio 68, 2)* adiutor adsumptus *Plin.* Flamen Carmentalis *tit.* — Librum de vita Annii Bassi amici edidit *Plin.*

764 L. CL(AVDIVS) POLLIO IVLIVS IVLIANVS GALLICANVS. *Tituli: X 1249 (1) Nolanus, X 1111 (2) Sarnensis.* — L. Cl. Polio Iulius Iulianus Gallicanus *t. 2,* [L.] Cl. Pollio Iulianus [Iu]lius Gallicanus *t. 1.* — Clarissimus vir *t. 1,* clarissimae memoriae vir *t. 2.*

Xvir sclitibus iudicandis, quaestor candidatus, adlectus inter praetorios, proconsul provinciae Baeticae, legatus provinciae Asiae *t. 1;* consul *t. 2 (suffectus saeculo III ut videtur).* — Patronus coloniae Nolae *t. 1. 2* et constitutor ..... Nolae *(incertum quid in lapide perierit) t. 2;* flamen perpetuus (Nolae) *t. 1 cf. X p. 142.*

765 Claudius Polyaenus, Prusiacus, qui Claudio Caesari domum legaverat *Plin. ad Traian. 70, 2.*

766 CLAVDIVS POMPEIANVS, imperatoris Marci nepos ex Lucilla et ex (Ti. Claudio) Pompeiano (cos. II a. 173) natus a Caracallo occisus est et ita quidem, ut videretur a latronibus interfectus *vit. Carac. 3, 8, Herodian. 4, 6, 3 nomine omisso.* — *Potest idem esse* Ti. Claudius Pompeianus tribunus militum legionis I Minerviae qui dedicavit pro salute Septimii Severi *t. Lugdunensem Boissieu, Inscriptions de Lyon*

p. 60 n. 44 et Pompeianus cos. a. 209, *cuius nomen gentilicium adhuc ignoratur.*

767 CLAVDIVS POMPEIANVS, consul anno 231 cum T. Flavio Sallustio Paeligniano. *In consulatu:* Claudius Pompeianus *VI 2108. XIV 2267, ceterum* Pompeianus *fasti. Filius videtur eius qui praecedit.*

768 TI. CLAVDIVS POMPEIANVS, consul II anno 173 cum Cn. Claudio Severo II. *Tituli: ei positus est t. Troesmensis III 6176 (1), memoratur in dipl. mil. III 46 (2).*

In consulatu altero: Ti. Claudius Pompeianus *IX 4970,* Tib. Cl. P[ompeianus] *VIII S. 18068, ceterum* Pompeianus *fasti.* — Tib. Cl. Pompeianus *t. 1,* Claudius Pompeianus *t. 2. Apud scriptores* Claudius Pompeianus *sive* Pompeianus. — Clarissimus vir *t. 1.*

Equitis Romani filius, genere Antiochensi nec satis nobili *vit. Marci 20, 6. Consul I suffectus anno incerto ante a. 167; male vita l. l.* 'quem postea *(scilicet post Lucillae nuptias)* bis consulem fecit'. Anno 167 legatus (Aug. pro pr.) Pannoniae inferioris *t. 2.* Anno 169 post Veri obitum Marcus ad bellum Marcomanicum proficiscens Anniam Lucillam filiam non decurso luctus tempore ei uxorem dedit *vit. Marci l. l., Herodian. 1, 6, 4; 1, 8, 3, vit. Pertin. 2, 4, vit. Caracalli 3, 8.* Dux belli Marcomanici *vit. Pertin. 2, 4, Dio 71, 3.* Consul II anno 173 *fasti;* bis consul *t. 1, vit. Marci 20, 6, Caracalli 3, 8.* Anno 180 in castris apud Vindobonam fuit *Herodian. 1, 6, 4.* Commodus ei pepercit *Dio 72, 4,* cum propter timorem Commodi plerumque ruri ageret excusando senectutem et morbum oculorum *id. 73, 3.* Post mortem Commodi in senatum venit summis honoribus a Pertinace affectus *ibd.* Frustra Pertinax eum ad imperium hortatus est *vit. Pert. 4, 10* et Didius Iulianus e Tarracinensi ad participatum imperii evocavit *vit. Did. 8, 3.*

Filii eius memorantur *Dio 72, 20;* ex priore matrimonio tulerat Claudium Pompeianum (Quintianum) *Dio 72, 4,* ex Lucilla Claudium Pompeianum *n. 766.*

Perversa de eo afferuntur in epistulis fictis vit. Avid. Cassii 10, 3; 11, 8; 12, 2; perperam a Commodo occisus *perhibetur vit. Commodi 5, 12.*

769 CLAVDIVS POMPEIANVS QVINTIANVS (Claudius Pompeianus *Dio, vit. Commodi,* Quintianus *Herodianus, Ammianus), filius ut videtur Ti. Claudii Pompeiani cos. II a. 173 ex matrimonio priore natus,* filiam Lucillae *(novercae)* et L. Veri uxorem duxit, sed simul cum Lucilla rem habuit *Dio 72, 4.* Quamquam Commodo familiaris, cum Lucilla in eum coniuravit, sed coniuratione detecta occisus est anno 183 *Dio l. l., vit. Comm. 4, 2; 5, 12, Herod. 1, 8, 4–6, Ammian. 29, 1, 17.*

770 Ti. Claudius Priscianus. *Tituli Mauretaniae Caesariensis: VIII 9363 (1) cf. Additamenta p. 974 ei positus, ipse posuit 9364 (2); ex t. Campano hodie deperdito verba quaedam afferuntur X 3849 (3).*

Ti. Cl. Priscianus *t. 1. 2*, Claudius Priscianus *t. 3*. — Ti. f., tribu Fal. *t. 3*. — Procurator Augusti, procurator provinciae Pannoniae superioris, procurator regi Norici, procurator XX hereditatium, procurator provinciae *t. 1 (ubi versum excidisse putat Mommsen, at fortasse, quamquam insolenter, intellegendum est* Mauretaniae); procurator XX hereditatium *t. 3;* procurator Aug. (Mauretaniae Caesariensis) *t. 2.*

771 CLAVDIVS PROCVLVS, praetor, ad quem Hadrianus rescripsit *Vlpianus Dig. 37, 9, 1, 14.*

772 Ti. Claudius Proculus Ceryllianus *memoratur in t. liberti VI 16574. Fortasse homo nobilis.*

773 L. CLAVDIVS PROCVLVS CORNELIANVS, consul *(suffectus anno incerto saeculi I ut videtur) memoratur in t. Tiburtino* Herenniae Helvidiae Aemilianae (uxoris) *XIV 4239, quem posuit* Ti. Claudius Liberalis Aebutianus, *certe parentela quadam cum Aebutio Liberali amico Senecae coniunctus. Eiusdem nomen latere in t. X 7828 in agro Caralitano reperto, qui et ipse positus est* Herenniae M. f. Helvidia[e] ...... L. Claudi Procu[li] ...... *(traditur* PROCVR) *vidit Dessau Römische Mittheilungen 1889 p. 184.*

774 TI. CL(AVDIVS) PRO[CVLEIANVS?], proconsul (Achaiae) *CIA III 634 t. mutilus, ubi cognomen non certe restituitur.*

775 (CLAVDIVS) PVLCHER *in nummis aereis cusis intra annos fere 740—750 = 14—4 a. C. cf. Mommsen, Münzwesen p. 744, qui in adversa inscripti sunt* Pulcher, Taurus, Regulus *(cum typis diversis), in aversa* IIIvir(i) a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo) *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 358.*

776 Claudius Pulcher, cui divus Marcus rescripsit *Fragmenta Vatic. 205.*

777 AP. CLAVDIVS PVLCHER *(sive* PVLCER). *Tituli: Herculani ei posuerunt* Herculanenses post mort(em) *X 1424 (1), ipse ibidem dedicavit 1423 (2), memoratur in tabula triumphorum Barberiniana CIL I² p. 76 (3).*

Ap. Claudius Pulcher *t. 1. 2. 3* (Pulcer), *Dio ind. l. 48.* C. f. *t. 1. 2, Dio l. l., filius scil. C. Claudii Pulchri, praetoris a. 698 = 56 a. C. (cf. Waddington, Fastes n. 31), fratris P. Clodii tribuni plebis.* C. Claudius duos filios habuit, qui Appii Claudii ambo appellati adolescentuli patrui sui mortem persequebantur *Ascon. in Milonian. p. 29 ed. Kiessling-Schöll. Maior an minor natu fuerit is de quo hic agendum est, cum nulla ratione possit diiudicari, de rebus ab utroque libera re publica gestis adeatur Drumann II p. 383.*

Consul anno 716 = 38 cum C. Norbano *Dio ind. l. 48; 48, 43; 49, 22, Cassiodor., Chronogr., fasti Hydat., chron. Pasch.*; consul *t. 1. 2.* Ex Hispania k. Iuniis triumphavit *t. 3 anno 721 vel 722 = 33 vel 32, ut ex contextu tabulae apparet;* imperator *t. 1. 2.* — VIIvir epulonum *t. 2.*

778 AP. (CLAVDIVS) PVLCHER, *in nummo originis incertae, qui in adversa exhibet caput M. Antonii vel potius Appii et inscriptionem* Ap.

Pulcher procos., *in aversa* C. Cassius C. f. IIvir C... DIF. S. C. C. R *Imhoof-Blumer, Monnaies grecques p. 231 n. 17. Idem duovir invenitur in nummis n. 15 et 16 cusis anno 727 = 27 a. C., in quorum utroque post* IIvir *litterae extant* C. I. C. F. C. (*vel* G.). *Quartus huius generis nummus est in museo Berolinensi ceterum similis nummo 15 ab Imhoofio descripto et in adversa inscriptus* Imp. Caes. ..... [A]ugusto cos. VII, *sed qui in aversa exhibet* C. Cassius C. f. IIvir .. Agrippa cos. III DIF. S. C. C. R., *ubi si omnino litterae quaedam post* IIvir *perierunt, id quod non iam certe perspicitur, duarum summum litterarum (non quinque ut in nummo 15) spatium est. Nummos 15. 16 Mionnetum II p. 403 n. 101, p. 404 n. 104 sine causa ad Sinopen rettulisse monuit Imhoof. Atque etiam A. von Sallet fabricam nummi Berolinensis prorsus alienam esse a moneta Sinopensi pro certo iudicavit. Quamquam autem veri simile est in litteris* C. I. C. F. C. (*vel* G.) *latere nomen coloniae, cuius duovir C. Cassius fuit, mihi anquirenti quae ex c(oloniis) I(uliis) intellegenda esset, non contigit ut statuerem. Neque nummi illi ad ullam ex iis coloniis referri possunt, in quarum nummis adhuc duoviri reperti sunt cf. Head, Historia nummorum p. 784. Itaque cuius provinciae proconsul Appius hic fuerit, in medio relinquendum est.*

779 P. CLAVDIVS PVLCHER, P. f. Ap. n. Ap. pron. *VI 1282, filius scilicet P. Clodii Pulchri inimici Ciceronis et Fulviae, nepos Appii Claudii Pulchri cos. a. 675 = 79 a. C. cf. Borghesi opp. II p. 176, Henzen CIL I² p. 37.* Parvulus puer, cum pater occideretur anno 702 = 52 *Ascon. in Milonian. p. 30 ed. Kiessling-Schöll (ubi nomen tacetur).* P. Clodius in optima spe puer repositus *Antonius ad Ciceronem epist. ad Att. 14, 13 A 2 (anno 710 = 44)*; puer Clodius *Cicero ibd. B 4.* Quaestor, quaesitor, praetor, augur *tit.* Praeterquam quod enervem et frigidam iuventam egit, perdito etiam amore vulgatissimae meretricis infamis fuit mortisque erubescendo genere consumptus est *Val. Max. 3, 5, 3.*

780 P. CLAVDIVS PVLCER, consul, patronus *X 1250 t. Nolanus semel descriptus, qui ad finem rei publicae vel ad initium aetatis imperatoriae pertinere videtur. Consul suffectus anno incerto.*

781 Claudius Pyrrhicus, trierarchus Liburnicarum in Corsica navium anno 69 iussu Decumi Pacarii interfectus *Tac. h. 2, 16.*

782 TI. CLAVDIVS QVARTINVS. *Tituli: ei positus est Lugdunensis a fine mutilus Boissieu inscriptions de Lyon p. 254 n. 36 (1) cf. III S. p. 1979, epistulam dedit ad Pompaelonenses II 2959 (2), memoratur in dipl. mil. a. 134 III S. L (3).*

Tria nomina exhibet t. 1, Claudius Quartinus *t. 2. 3.* — Ti. filius, tribu Palatina *t. 1.* — Tribunus militum legionis III Cyrenaicae, adlectus a divo Traiano Parthico in splendidissimum ordinem, quaestor urbanus, aedilis plebis, praetor, legatus [pro pr.] provinciae Asiae,

legatus divi Traiani Parthici et imp. Caes. Hadriani Aug. [iuridi]cus provinciae Hispaniae citerioris Tarra[conensis] *t. 1;* legatus Tarraconensis anno 119 *t. 2;* [praepositus?] iussu imp. Hadriani Aug. [legioni II Traianae?] fort[i] et III Cyre[naicae] .... *t. 1, ubi extrema sunt incerta; cf. von Domaszewski Westdeutsche Zeitschrift XIV (1895) p. 25. Consul suffectus anno incerto sub Hadriano; fortasse idem atque* Quarti[nus] consul (suffectus) XIIII k. [Apriles] a. 130 *VI 2083 acta Arval.* Legatus Germaniae superioris anno 134 *t. 3.* — [VIIvir epul]on. *dubito num recte suppleatur post quaesturam in t. 1.* — Rescriptum Hadriani ad Claudium Quartinum *Vlpianus Digest. 48, 18, 1.* — *Potest idem esse* ..... Quartinus inter testes senatus consulti a. 138 *VIII S. 11451.*

783 Tib. Cl(audius) Quintilianus, procurator Augusti (Daciae) a. 157 *III 836 t. Porolissensis.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS QVINTILLVS AVGVSTVS.

784 C. Cl[a]udius Rectus (C. CLVDIO *traditur*), Recti filius, tribu Aniensi, procurator monetae, praefectus fabrum, flamen provinciae Hispaniae citerioris *II 4206 t. Tarraconensis.*

785 CLAVDIVS RESTITVTVS, vir exercitatus et vigilans et quamlibet subitis paratus, Hispanum et Probum in causa Caecilii Classici repetundarum reos in senatu defendit *Plin. epist. 3, 9, 16. Idem videtur* Restitutus, cui Plinius scripsit *epist. 6, 17.* — *Fortasse idem* Restitutus facundus, patronus celeberrimus, in cuius diem natalem scripsit *Martial. epigr. 10, 87.*

786 M. Claudius Restitutus, Q. f., tribu Quir., tribunus legionis VII Geminae, praefectus cohortis I Gaetulorum, procurator Augusti ad putandas rationes Syriae civitatium, ludi matutini, dioeceseos regionis Hadrumetinae et Thevestinae *VIII 7039 t. Cirtensis.*

787 Ti. Cl(audius) Ruf..., procurator Au[g.] (Pannoniae superioris) *III 4046 t. Poetovionensis mutilus.*

— C. ATILIVS .....VS IVLIANVS CL(AVDIVS) R[VFI]NVS.

— C. ATILIVS [L. CVSPI]VS IVLIANVS CL(AVDIVS) RVFINVS.

788 Claudius Rufus, vir nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 1.*

789 TI. CLAVDIVS SACERDOS IVLIANVS, frater Arvalis anno 101 *VI 2074 acta Arvalium.* Ti. Claudius Sacerdos consul (suffectus) IV kal. Ian. cum L. Roscio Aeliano anno 100 *VI 451.*

790 TI. CLAVDIVS SAETHIDA CAELIANVS. *Tituli: ei positus est X 1123 (1) Abellinas, ipse posuit cum fratre anno 164 imperatori L. Vero III 495 (2) Messeniacum, memoratur in t. Spartano CIG 1318 = Lebas-Foucart 319 (3) M. Aurelio Caesari imperante Pio dedicato.*

Plena nomina exhibent tituli omnes. Filius Ti. Claudii Frontini cos., tribu Quirina *t. 1;* frater *(maior ut videtur, quippe cuius nomen priore loco ponatur)* Ti. Claudii Frontini Nicerati *t. 2.*

Xvir stlitibus iudicandis, tribunus legionis III Gallicae, quaestor provinciae Siciliae candidatus imp. Antonini et Veri Augustorum, legatus ....., tribunus plebis, praetor fideicommissarius, legatus legionis XI Claudiae *t. 1.* — Sodalis Hadrianalis, augur, patronus coloniae Abellini *t. 1;* ἀρχιερεὺς τῶν Ἑλλήνων διὰ βίου καὶ Ἑλλαδάρχης *t. 3.*

Foucart (Explications p. 159) coniecit et huic et fratri cognomina graeca indita esse, quod mater fuerat graeca et ex Messenia quidem oriunda propter nomen Saethidae, quocum Aethidas Messenios Pausan. 4, 32, 2 composuit.

791 TI. CLAVDIVS SAETHIDA CETHEGVS FRONTINVS. *Tituli: ei positus est X 1124 (1) Abellinas, ipse posuit nutrici urbanum VI 16440.*

Plena nomina exhibet t. 1, Ti. Cl. Saetida Cetegus *(sic) t. 2.* — Filius Ti. Claudii Frontini (Nicerati), nepos Ti. Claudii Frontini cos. *t. 1;* tribu Quirina *t. 1;* patronus coloniae Abellini *t. 1.*

792 Claudius Sagitta, praefectus alae Petrianae anno 70 *Tac. h. 4, 49.*

793 Claudius Sanctus, miles exercitus Germanici anno 70 *Tac. h. 4, 62.*

794 CLAVDIVS SAPILIANVS, senator anno 275; epistula eius *(ficta) vit. Taciti 19, 3.*

795 C. Claudius Sardus, C. f. C. n., praefectus cla(ssis) *nescio cuius VI 3165.*

796 CLAVDIVS SATVRNINVS, legatus Belgicae, cui Hadrianus rescripsit *Fragmenta Vaticana 223. Vide sub Ti. Claudio Saturnino n. 800.*

797 CLAVDIVS SATVRNINVS, praetor sub divis fratribus *Vlpianus Digest. 17, 1, 6, 7. Vide sub Ti. Claudio Saturnino n. 800.*

798 Claudius Saturninus, liber singularis eius de poenis paganorum citatur *Digest. 48, 19, 16, qui in indice Florentino numeratur in scriptis* Venulei Saturnini. *Vnde multi (cf. Karlowa, Römische Rechtsgeschichte I p. 729 sqq.) unum Claudium Venuleium Saturninum fuisse sine idonea causa statuerunt.* 'Claudius Saturninus in hac quoque materia *(scilicet de coronis)* praestantissimus auctor' et liber eius de coronis citatur *Tertullian. de coron. 7, memoratur ibd. 10. 12. 13.* — *Incertum est num idem sit atque unus ex Claudiis Saturninis, quos praeterea hic composuimus.*

799 Claudius Saturninus, *cui t. posuit liberta VI 15252.*

800 TIB. CL(AVDIVS) SATVRNINVS, legatus Augusti pro pr. (Moesiae inferioris) sub Antonino Pio *III S. 7474 t. Durostori repertus. Idem videtur* Claudius Saturninus, cui Pius rescripsit *Marcianus Digest. 20, 3, 1, 2; 50, 7, 5 pr. Vel pater vel idem est qui praecedit sub n. 796, filius videtur n. 797.*

801 TI. CLAVDIVS SATVRNINVS. D. M. Ti. Claudi Saturnini Ti. f. VIIviri epulonum *tit. novicius in castello quodam Britanniae, fortasse haud accurate ex antiquo expressus cf. Addenda ad CIL VI.*

802 Ti. Claudius Secundinus L. Statius Macedo. *Tituli: ei positus est V 867 (1) Aquileiensis, memoratur in fistula plumbea Ostiensi XIV 2008 (2). — Plena nomina exhibet t. 1,* Cl. Secundinus *t. 2.* — Ti. fil., tribu Pal. *t. 1.*

Primus pilus legionis IIII Flaviae felicis, tribunus cohortis primae vigilum, tribunus cohortis XI nrbanae, tribunus cohortis IX praetoriae, primus pilus iterum, praefectus legionis II Traianae fortis, procurator XX hereditatium, procurator provinciarum Lugdunensis et Aquitanicae *t. 1;* a rationibus Aug. *t. 1,* Antonini Pii *t. 2;* praefectus annonae *t. 1.*

803 Claudius Seleucus Papinianum consuluit *Papinianus Digest. 34, 9, 13.*

804 Claudius Senecio, adolescentulus decorus, liberto Caesaris (= *Claudii*) patre genitus, a Nerone in conscientiam amoris Actae assumptus *Tac. a. 13, 12;* eques Romanus coniurationis Pisonianae anno 65 particeps *ibd. 15, 50. 56, 57,* occisus *15, 70.*

805 Ti. Cla(udius) Senill(us?), p(rocurator) r(ationum) s(ummarum) *III 5121 t. Noricus. — Lectio tituli certa est, at solutio compendiorum dubiis non caret.*

806 Ti. Claudius Servilius Geminus, sub quo anno 96 sunt duae cohortes auxiliariae in Sardinia *dipl. mil. III 18; procurator ergo et praeses Sardiniae et Corsicae.*

807 Claudius Severianus, praefectus vehiculorum anno 214 *memoratur in t. urbano Notizie degli scavi 1883 p. 457.*

808 CLAVDIVS SEVERVS, philosophus peripateticus, magister M. Antonini *vit. Marci 3, 3. Pater sine dubio Cn. Claudii Severi cos. II a. 173, ipse fortasse idem atque Cn. Claudius Severus Arabianus cos. a. 146 infra n. 813. Vel pater vel filius intellegi potest* Claudius Severus, cui Fronto commendavit Sulpicium Cornelianum *Fronto ad am. 1, 1 p. 172 ed. Naber.*

Apud Marcum εἰς ἑαυτόν *1, 14 traditur* παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου (αὐτοῦ *liber Darmstadensis*) Σεουήρου τὸ φιλοίκειον — — καὶ τὸ δι' αὐτοῦ *(correxit Stich,* αὐτῶν *vel* αὐτόν *traditur)* γνῶναι Θρασέαν Ἑλβίδιον Κάτωνα Δίωνα Βροῦτον κτλ. *Locus qui vulgo ad nostrum refertur, vix sanus est neque facili correctura* Οὐήρου *restituitur. Nam neutri recte convenit, quod Marcus opera eius de quo hic agit homines stoicae sectae clarissimos se cognovisse scribit et veri parum est simile Marcum appellasse fratrem eum qui erat consocer.*

809 CL(AVDIVS) SEVERVS, clarissimus vir *nescio quis memoratur in t. servi IX 447 Aecano.*

810 Claudius Severus, Helvetiorum dnx anno 69 *Tac. h. 1, 68.*

811 CN. CLAVDIVS SEVERVS, consul II anno 173 cum Ti. Claudio Pompeiano. *Titulus eius Pompeiopoli Paphlagoniae repertus CIG 4154 corr. Borghesi opp. V p. 429, denuo sic descriptus est a G. Doublet Bulletin de correspondance Hellénique XIII (1889) p. 305:* Ἀγαθῇ τύχῃ

Γν. Κλαύδιον Σεβῆρον Καισ... ὕπατον ποντίφι[κα] καὶ γαμβρὸν αὐτοκράτορος Καίσαρος Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Σεβ[αστοῦ π]άτρωνα καὶ κτίστην ἡ μητρόπολις τῆς Παφλαγονίας Πομπηιόπολις διὰ — — τῷ ρπη' ἔτει. *Doublet legit supplevitque* Καίσ[αρα]; *priores* δὶς ὕπατον. *Sed ut lectio vera sit, non potest non falsum esse Antoninum huic genero nomen Caesaris indidisse, quod inde ab Hadriano successori imperii destinato reservatum esse satis constat. Itaque aut errorem provincialium quamvis mirum aut potius Doubletii ponere necesse est. Annus autem significari videtur 171/172 p. C.; epocha enim aerae Pompeiopolis si minus certe at probabiliter statuitur autumnus anni 747 = 7 a. C. cf. Kubitschek Real-Encyclopädie I p. 546.*

In consulatu altero: Cn. Claudius Severus *IX 4970, Notizie degli scavi 1889 p. 9,* Cn. Cl. Se[verus] *VIII S. 18068, ceterum* Severus *fasti.* Cn. Claudius Severus *Caes[ar] *tit., alibi* Claudius Severus *vel* Severus.

Filius Claudii Severi n. 808. Consul I (suffectus) non post a. 163, *ut apparet ex Galeno XIV p. 613 cf. p. 629. 647. 653. 654. 656; apud Gal. p. 613 dicitur* ὕπατος ὤν, *quod si recte traditum et accurate dictum est, sequitur Severum a. 162 aut a. 163 consulatu functum esse. Sed dubitari potest, quae est hodie condicio librorum Galeni, an scripserit* ὑπατικός. *Accedit quod scriptores graeci aetatis posterioris non semel minus accurate pro* ὑπατικός *posuerunt* ὕπατος. Gener Marci *tit. cf. Dio 79, 5, ubi dicitur* Annia Faustina (Elagabali) Claudii Severi et M. Antonini ἀπόγονος. Consul II a. 173 *cum altero M. Aurelii genero fasti. Idem videtur* Severus vir consularis, qui cum imperatore Marco Athenis fuit (anno 176) *Philostr. vit. sophist. 2, 10, 7.* — Aristotelis disciplinae operam dedit *Galen. XIV p. 613.*

Filiarum M. Aurelii et Faustinae quae quidem ad pubertatis aetatem pervenerunt, ab Annia Lucilla a. 169/170 iterum nupta Ti. Claudio Pompeiano aetate proxima erat (Aurelia) Fadilla. Itaque hanc Marcus Severo despondisse videtur. Filius utriusque est Ti. Claudius Severus Proculus cos. a. 200.

812 CN. CLAVDIVS SEVERVS, consul anno 235 cum Ti. Claudio Quintiano. *In consulatu:* Cn. [Claudius Se]verus *VI 2009,* ὑπατείας Κλαυδ[ίου] Σεουήρου κτλ. *Lebas-Waddington 2215, ceterum* Severus *fasti. Filius videtur Ti. Claudii Severi Proculi cos. a. 200.*

813 CN. CLAVDIVS SEVERVS ARABIANVS, consul anno 146 cum Sex. Erucio Claro II. *In consulatu:* Cn. Claudius Severus *VI 678. 1008, CIG 5898 = IGI 1084;* Claro II et Arabiano *Annali dell' Instituto L (1878) p. 159 n. 17 = XV 3863, ceterum* Severus *fasti. Cf. n. 808.* — *Necessitate coniunctus, sed diversus est Claudius Arabianus n. 641.*

814 TI. CLAVDIVS SEVERVS PROCVLVS, consul anno 200 cum C. Aufidio Victorino. *In consulatu:* Ti. Claudius Severus *VI 1054. 2004, XIV 252;* Claudius Proculus *III S. 8237, ceterum* Severus *fasti.* — *Filius est*

Cn. Claudi Severi cos. II a. 173 (et Fadillae?), nepos M. Aurelii. Ad hunc fortasse pertinent verba Herodiani 4, 6, 3: (Ἀντωνῖνος) τήν τε Κομμόδου ἀδελφήν, πρεσβῦτιν ἤδη καὶ πρὸς πάντων βασιλέων ὡς Μάρκου θυγατέρα τετιμημένην, ἀπέκτεινεν αἰτίαν ἐπαγαγὼν ὡς δακρυσάσῃ παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τοῦ παιδὸς φόνῳ, *quamquam et de Vibia Aurelia Sabina et de filio eius ignoto cogitari potest.*

Ramsay, The cities and bishoprics of Phrygia I (1895) p. 290 sqq. ad hunc et familiam eius rettulit titulos graece scriptos repertos in confinio Phrygiae et Pisidiae: p. 290 n. 127 cf. p. 310 (1) dedicatus ἔτους ρπβʹ — — ὑπὲρ σωτηρίας — — καὶ σωτηρίας Ἀννίας Φαυστείνης καὶ Τιβερίου Κλαυδίου κτλ., *cuius annum 182 aerae Cibyraticae = a. 207/208 p. C. statuit Ramsay; p. 291 n. 128 cf. p. 311 (2)* [ὑπὲρ σω]τηρίας Ἀννίας Φαυστείνης κτλ., *qui t. aetate aliquot annis praecedit t. 1; p. 291 n. 129 cf. p. 312 (3)* ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν καὶ σωτηρίας Σεβήρου καὶ Φαυστείνης κτλ. *positus fere sub Caracallo. Anniam Faustinam quae memoratur in t. 2, filiam esse coniecit Ramsay Faustinae Vmmidiae Cornificiae nominatae in t. ibidem reperto p. 287 n. 124, quae sine dubio fuit filia Anniae Cornificiae Faustinae sororis Marci (cf. A 546) et M. Vmmidii Quadrati (cos. a. 167); eam nupsisse Ti. Claudio Severo cos. a. 200 et una cum marito nominari in t. 1; filiam utriusque esse Faustinam in t. 3, plene dictam in t. ibidem reperto p. 289 n. 126* ὑπὲρ σωτηρίας Ἀνίας Αὐρηλίας Παυστρίνης *(sic)* τῆς κ[ρα]τίστης *atque eandem quam postea Pomponio Basso nuptam Elagabalus abduxit in matrimonium.*

Annia Faustina uxor Elagabali filia Ti. Claudii Severi, neptis Cn. Severi, proneptis imperatoris Marci dudum statuitur v. supra A 547. Neque minus certe ex titulis novis apparere videtur uxorem Ti. Severi fuisse Anniam Faustinam (maiorem). De cuius origine cum nomina nihil doceant nisi per patrem vel matrem eam genus duxisse e gente imperatoris M. Aurelii, coniectura illa quam de parentibus eius Ramsay proposuit solum in eo posita est, quod per hereditatem videtur possedisse fundos, qui antea fuerant Anniae Cornificiae Faustinae. Quae coniectura ut probabilis est, ita dubiis non caret.

815 C[L(AVDIVS) SOLLEMNIVS?] MARINVS, clarissimus puer, Cl. Sollemni Pac[atiani?] filius *III 94 cf. Additamenta p. 969. Num Waddington recte restituerit* Sollemnius, *plus quam dubium est; potest fuisse et quodlibet nomen derivatum a matre vel a propinquis.*

816 CL(AVDIVS) SOLLEMNIVS PAC[ATIANVS?], legatus Augusti pro pr. (Arabiae), vir clarissimus, pater C[l. Sollemnii?] Marini *III 94 cf. Additamenta p. 969 t. Bostranus, quem posuit* Fl. Severus optio legionis IIII Cyr. Severianae [Alexandrianae] *aetate Severi Alexandri.*

817 TI. CL(AVDIVS) STASITHEMIS, Ti. Claudii Telemachi et Tiberiae Claudiae Arsasis filius, Sidymaeus, senator *memoratur in t. Lyciis parentum Benndorf, Reisen in Lycien p. 67 n. 41. 42, vide in patre.*

818 CL(AVDIVS) STRATONICVS *publice honoratus t. Aezanitico Lebas-Waddington 884 = CIG 3840 Addit. p. 1067, qui dedicatus est* στρατηγοῦντος τὸ β' Κλ. Ἀπολλιναρίου; *idem homo recurrit in t. Aezanitico Lebas-Waddington 874 = CIG 3838 Addit. p. 1065 posito a. 196.*

Origine Aezaniticus, consul *tit. (suffectus anno incerto aetatis fere Commodi vel Septimii Severi). — Stratonici nescio qui inveniuntur et in t. Aezanitico mutilo Lebas-Waddington 838 = CIG 3846 z[75] Add. p. 1079.*

819 CL(AVDIVS) SVLPICIANVS, unus ex pueris senatoriis, qui Arvalibus ministraverunt anno 183 *VI 2099. Vel idem vel filius eius qui sequitur.*

820 Claudius Sulpicianus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 4.*

821 TI. CL(AVDIVS) SVLPICIVS IVLIANVS, clarissimus vir *in fistula plumbea originis incertae Lanciani, sylloge aquaria n. 495.*

822 IMP. CAESAR M. CLAVDIVS TACITVS AVGVSTVS. *Plena nomina exhibent tituli imperatoris nummique,* Tacitus *apud scriptores.*

Originem trahere voluit ex Cornelio Tacito rerum scriptore *vita 10, 3.* Mense Septembri natus *vita 13, 6. Consul I suffectus anno incerto,* consularis *Victor Caes. 36, 1.* Senex post Aureliani necem anno 275 a senatu imperator electus et a militibus agnitus est *vita 3–8.* Consul II a. 276 *fasti.* Contra Gothos profectus insidiis militaribus occisus est *Zosimus 1, 63, vita 13, 5,* ut alii dicunt sexto mense morbo *vita ibd. cf. 16, 1;* ducentesima regni luce Tyanae mortuus *Victor Caes. 36, 2;* intra sextum mensem mortuus *Eutrop. 9, 16;* ducentesimo imperii die apud Tarsum febri mortuus *Epitome 36, 1;* apud Pontum occisus regnavit menses sex *Hieronym. chron. ad a. Abr. 2293 = Euseb. Armen. 2294 (ex Hieronymo Orosius 7, 24);* a militibus occisus οὔπω ἕβδομον μῆνα παρὰ τῇ βασιλείᾳ ἀνύσας, κατὰ δέ τινας μὴ ὅλους δύο ἐνιαυτούς *Zonaras 12, 28 extr.;* regnavit menses octo dies duodecim *Chronographus.*

Annus, quo Tacitus imperator creatus est, constat per consulatus annorum 275 et 276; illo enim Aurelianus consul VII, hoc Tacitus consul II fuit. Aureliano autem septimum annum tribuunt nummi Alexandrini ipsius non rari, Severinae permulti cf. von Sallet, Daten der alexandrinischen Kaisermünzen p. 81. Vnde efficitur non ante mensem Septembrem Alexandreae Taciti electionem cognitam esse. Tacitum autem sex septemve menses imperasse praeter testimonia supra allata eo confirmatur quod Florianus vere fere ineunte a. 276 imperium sumpsit cf. A 488 et 1288. Itaque verum esse potest quod biographus vit. 13, 6 scripsit Tacitum mense Septembre imperatorem electum esse, *sed cave ne actis senatus a. d. VII kal. Octobr. ibd. 3, 2 sqq. fidem habeas, quae biographus omnino proprio Marte confinxit. Quamquam autem aliquot hebdomades intercessisse probabile est inter necem*

Aureliani et electionem Taciti, interregnum sex mensium *sive* septem, *quod refertur vita 1, 1; 2, 1. 6, Epitome 35, 9, prorsus ficticium est.*
Frater: P. Annius Florianus. Liberos permultos reliquit *vita 16, 4.*

823 APPIVS CLAVDIVS TARRONIVS DEXTER, vir clarissimus deo Mithrae dedicavit *t. X 1479 Neapoli qui hodie extat. Fortasse saeculi IIII cf. Borghesi opp. VIII p. 199, Seeck praef. Symmach. p. LI.*

824 CL(AVDIVS) TEBENS, pater Claudii Illyrii *in t. filii* Δελτίον ἀρχαιολογικόν *V (1889) p. 133 n. 14. Vide supra sub filio.*

825 TI. CL(AVDIVS) TELEMACHVS. *Tituli Lycii graece scripti: ipsi positus est Sidymensis Benndorf, Reisen in Lykien p. 67 n. 42 (1), memoratur in t. Sidymae repertis ibd. p. 67 n. 41 (2) uxoris, p. 71 n. 50 (3), p. 73 n. 52 (4), in t. Xanthio CIG 4274 Addit. p. 1124 = Lebas-Waddington 1257 (5).*

Tria nomina exhibent t. omnes, in t. 3, ubi nomina imperatoris erasa sunt, nomina Telemachi post rasuram restituta sunt. — Civis Xanthi et Sidymae *t. 1. 3,* princeps gerusiae Sidymae *t. 4,* Lyciarcha *t. 3. 5.* — Quaestor Achaiae, legatus Asiae et (in ea legatione) oecista Laodiceae et Hierapolis, curator civitatis Callatianorum Moesiae *(inferioris),* consularis *(cos. suffectus anno incerto sub finem saeculi II ut videtur) t. 1.*

Maritus Tiberiae Claudiae Arsasis *t. 2,* pater Ti. Claudii Stasithemidis et Claudiae Arsinoes *t. 1. 2,* avus Ti. Claudii Aurelii Telemachi *t. 2.* — *Pater Telemachi videtur* Stasithemis Si[dymaeus] *honoratus t. Xanthio mutilo Monatsberichte der Berliner Akad. 1865 p. 612.*

Potest idem esse Claudius Telemachus *quem memorat Paulus Digest. 4, 4, 38 pr.*

826 TI. CLAVDIVS .....LA THEOPROPVS, ὁ κράτιστος ὑπατικός = consularis *(cos. suffectus anno incerto saeculi II vel III) honoratus t. Chalcetico Inscriptiones graecae insularum I 959.* — *Pater huius videtur* Theopropus Olympionica, *quem celebrat epigramma Olympiae repertum Kaibel, Epigrammata graeca 934* εὐπατρίδην Ῥόδιον συνκλητικῶν γενετῆρα.

— Ti. Claudius Thrasyllus *vide* Thrasyllus.

827 Claudius Timarchus, Cretensis in senatu reus anno 62 *Tac. a. 15, 20.*

828 C. CL(AVDIVS) TITIANVS *memoratur in t. Eleusino Bulletin de correspondance Hellénique VI (1882) p. 436 mulieris cuiusdam, cuius nomen periit, quae dicitur* ἀδελφιδῆ C. Claudii Titiani, filia Ph[ilip]pae *(filiae)* Cl. Demostrati.

Vir clarissimus (συνκλητικός), tribunus (militum), Xvir (stlitibus iudicandis), quaestor provinciae Achaiae, tribunus plebis, praetor, proconsul Cretae *tit.* — *Cum Claudius Demostratus idem videatur atque Demostratus adversarius Attici Herodis, t. ad finem saeculi II referendus est.*

829 Claudius Tryphoninus, iure consultus in consilio principis (Antonini Severi f.) fuit *Paulus Digest. 49, 14, 50;* rescriptum Antonini ad eum

anno 213 *cod. Iustinian. 1, 9, 1.* Scripsit notas in digesta Cervidii Scaevolae *Digest. 34, 9, 26 et passim*, disputationum libros XXI *index Florentinus, qui citantur passim in Digestis. Reliquias collegit Lenel, Palingenesia II p. 351 sqq.*

830 CL(AVDIVS) VARENVS, consul *(suffectus anno incerto)*, pater Cl(audiae) Varenillae *memoratur in t. filiae Espérandieu, Épigraphie Romaine du Poitou p. 217 = XIII 1129.*

831 Claudius Venacus, orator amplissimus, consiliarius imperatoris Severi Alexandri *vit. Alexandri 68, 1.*

832 Ti. Cl(audius) Vibianus Tertullus. *Titulus eius bilinguis Ephesius III S. 7126 = III 6574; nomina solus servavit graecus, honores uterque.* — Ab epistulis graecis, a rationibus Augustorum, praefectus vigulum *tit.*

833 L. CLAVDIVS VIBVLLIVS REGILLVS HERODES *publice honoratus ab Eleis titulo Olympico Dittenberger (cf. n. 655) p. XII n. 4 (1); statuam a civitate Delphorum decretam posuit pater Delphis Bulletin de correspondance Hellénique I (1877) p. 409 (2).*

Nomina ordine quo supra attulimus, exhibet t. 1, L. V[ib]ullius Regillus Claudius Herodes *t. 2.* Filius (Ti. Claudii Attici) Herodis et (Anniae) Regillae *t. 1. 2. Infans mortuus parentibus superstitibus cf. n. 655.*

834 Claudius Victor, filius sororis Civilis inter duces Germanorum anno 69 rebellantium *Tac. h. 4, 33.*

835 CL(AVDIVS) XENOPHON. *Tituli Britannici: memoratur VII 715 (1), in miliario Ephem. ep. 7, 1115 (2), nomen eius recte restituit Haverfield in frustulis t. ibd. 7, 1021 (3):* per Cl. [Xenophontem] leg. pr. [pr. instante] Sep(timio) Nil[o]....., *cum idem* Septimius Nilus *VII 585 nominetur in t. anno 221 posito.*

Cl. Xenophon *(sic) t. 1. 2.* Legatus Augusti Britanniae *t. 1,* sub Severo Alexandro *t. 2,* — *Filius videtur eius qui sequitur.*

836 T. Cl(audius) Xenophon. *Titulus eius III S. 7127 = III 6575 (1) Ephesius, memoratur in t. Dacico III S. 8042 (2).* — *Tria nomina exhibet t. 1,* Cl. Xenophon *t. 2.* — T. f., tribu Papinia *t. 1.*

[Pro]curator Augusti ad bona cogenda in Africa, procurator provinciae Asiae, subpraefectus annonae urbis *t. 1;* procurator Illyrici per Moesiam inferiorem et Dacias tres *t. 1,* sub Commodo *t. 2;* procurator argentariarum Pannoniarum et Dalmatiarum, procurator Daciae Apulensis, procurator in Aegypto ad epistrategiam septem nomorum et Arsinoitum, procurator viarum urbis *t. 1.*

837 Ti. Claudius Zeno Vlpianus. *Titulus eius Pisaurensis publice positus XI 6337 semel descriptus. Post nomina traditur* VE = v(ir) e(gregius), *id quod coniectura alia exempla supplent* VERRAE F.

Origine Pisaurensis. — Praefectus cohortis I Asturum, tribunus cohortis I Flaviae Brittonum, praefectus alae I Claudiae *miscell.

(*fortasse* miliariae), adiutor ad census, ex sacra iussione adhibitus in consilium praefecti praetorio item urbi, procurator ad bona damnatorum, procurator silicum viarum sacrae urbis, subpraefectus vigilum, procurator privatae regionis Ariminensium; patronus coloniae Pisaurensium *tit.*

838 Tib. Cl(audius) Zoilus origine Sardianus, procurator Augusti ὁ κράτιστος *publice honoratus t. Sardibus reperto Athenische Mittheilungen VI (1881) p. 268 n. 9.*

839 CLAVDIA *(sic Suetonius,* Κλωδία *Plutarchus)*, filia P. Clodii (inimici Ciceronis) et Fulviae, privigna M. Antonii, quam C. Caesar (qui postea Augustus) a. 711 = 43 a. C. reconciliatus Antonio expostulantibus utriusque militibus duxit uxorem vixdum nubilem et a. 713 = 41 simultate cum Fulvia socru orta dimisit intactam adhuc et virginem *Sueton. August. 62, Plutarch. Anton. 20 cf. Dio 46, 56; 48, 5, Vell. 2, 65, 2.*

840 CLAVDIA, filia Ti. Claudii qui postea imperavit et Plautiae Vrgulanillae; cum Claudius eam ex liberto suo Botere conceptam crederet, quamvis ante quintum mensem divortii natam alique coeptam, exponi tamen ad matris ianuam et nudam iussit abiei *Sueton. Claud. 27.*

841 CLAVDIA AVGVSTA *(sic Suetonius Nero 35, acta Arval. a. 63 cf. Cohen I² p. 316)*, filia Neronis et Poppaeae Sabinae a. 63 ineunte Antii nata et statim Augusta nuncupata *Tac. a. 15, 23, Sueton. l. l.*; ob adventum Neronis et Poppaeae Augustae et Claudiae Augustae IIII idus *(mensis periit)* a. 63 immolaverunt fratres Arvales *VI 2043.* Intra quartum mensem periit *Tac. l. l.* Consecrata est: diva Claudia Neronis filia *in nummo, qui ab una parte inscriptus est* diva Claud. Ner. f., *ab altera* diva Poppaea Aug. *Eckhel VI p. 287, Cohen I² p. 315,* diva Claudia virgo *passim in actis Arvalium a. 66 VI 2044.*

842 CLAVDIA M. Silani (consulis a. 15 p. C.) filia *dicitur Tac. a. 6, 20. 45, quae alibi* Iunia Claudilla, *vide infra sub Iuniis I 571.*

843 CLAV[DIA], uxor(?) M. Aurelii Cominii Cassiani *VIII 2585 t. Lambaesitanus mutilus.*

844 Claudia, vidua, dein Statii poetae uxor, ad quam scripsit *silv. 3, 5, cf. v. 51 sqq., praef. silv. l. 3.*

845 Claudia *Martial. 5, 78, 31 loco prorsus obscuro, ubi ne hoc quidem constat, num mulier intellegenda sit cf. quae adnotavit Friedländer.*

846 Claudia, filia Crispi, fratris imperatoris Claudii (Gothici), uxor Eutropii, mater Constantii Caesaris *vit. Claudii 13, 2, ubi suspecta sunt omnia.*

847 Claudia, soror imperatoris Probi, quae corpus fratris sepelivit, id quod in ephemeride legisse se meminit auctor *vit. Probi 3, 4 fide suspecta.*

— TEN[A]GENONIA CLAVDIA.

848 Claudia Acte. *Tituli: ipsa posuit Pisanum XI 1414 (1), memoratur in fistulis plumbeis repertis Velitris Lanciani, sylloge aquaria n. 214 (2), Puteolis n. 226 (3), in t. libertorum VI 8760 (4). 15137 (5). 15176 (6), X 7640 (7). 7984 (8), Olbiensi Notizie degli scavi 1892 p. 105 (9), servi VI 17898 (10);* Claudia Aug. l. Pythias Acteniana *X 7980 (11).*

Claudia Acte *in titulis plerisque,* Acte *apud scriptores.* — Ex Asia serva Romam vendita *Dio 61, 7,* liberta *Tac. a. 13, 12, Sueton. Nero 28, manu missa videtur ab imperatore Claudio vel a Nerone, cum liberti eius t. 5. 6. 7. 8. 9 Tiberio praenomine utantur;* Nero eam in gentem Attali rettulit *Dio l. l.,* summissis consularibus viris, qui regio genere eam ortam peierarent *Sueton. l. l. Quo pertinere videtur quod in t. 11 liberta quaedam Augusti ab ea cognomen alterum traxit plane eadem ratione atque liberti, qui plurium deinceps hominum amplissimorum servi fuerant (cf. Hülsen Römische Mittheilungen III p. 222 sqq.).*

Cum Nero in amorem Actes incidisset, Annaeus Serenus e familiaribus Senecae simulatione amoris adversus eam illius cupidines velavit praebuitque nomen, ut quae princeps furtim mulierculae tribuebat, ille palam largiretur; amori eius vehementissime adversata est Agrippina *Tac. a. 13, 12–13.* Postea paulum afuit, quin Nero iusto matrimonio eam sibi conciliaret *Sueton. l. l.* Incestum Neronis et Agrippinae interventu eius prohibitum est *Tac. a. 14, 2.* Amorem eius Neroni exprobrabat Poppaea Sabina *ibd. 13, 46.* Corpus Neronis composuit *Sueton. Nero 50. — Agros eam in Italia et in Sardinia possedisse docent t. 2. 3. 7. 8. 9. 11.*

— MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.

849 .. CLAVDIA ..... LA ALFIDIA .... NIS. *Tres tituli urbani coniuncti* dominis benignissimis *a servo positi sunt VI 1429: a sinistra parte ad hanc pertinet, a dextra ad* L. Insteium Flaccianum, *medius* Claudiae Papiae Netoniae Insteiae Praenestinae *dedicatus est. Itaque ille maritus, haec filia Claudiae Alfidiae videtur.*

— (CLAVDIA) ANTONIA *v.* ANTONIA.

850 CLAVDIA ANTONIA TATIANA, ἡ κρατίστη ἀνεψιὰ Κλαυδίου Διογένους *(cf. supra n. 684)* καὶ Ἀττάλου *(cf. n. 651)* συνκλητι[κῶ]ν *publice honorata t. Aphrodisiensi CIG 2819 b Addend. p. 1115 = Lebas-Waddington 1597. Fortasse eadem* Tatiana, Achillis uxor, Ti. Claudii Attali nurus, *quae memoratur in t. et ipso Aphrodisiensi CIG 2831.*

851 TIB. CL(AVDIA) ARSASIS, e Xantho et Pinaris oriunda (Ξανθία καὶ Πιναρίς), ἡ κρατίστη ὑπατική, uxor Tib. Claudii Telemachi, mater Ti. Claudii Stasithemidis et Claudiae Arsinoes *publice honorata t. Sidymensi Benndorf, Reisen in Lykien p. 67 n. 41.*

852 CLAVDIA ARSINOE, ἡ κρατίστη, filia Ti. Claudii Telemachi *memoratur in t. Sidymensi patris Benndorf, Reisen in Lykien p. 67 n. 42.*

853 CL(AVDIA) ARTEMIDORA, clarissima femina, uxor L. Marii Vegetini

Marciani Miniciani Myrtiliani praetoris, mater L. Marii Vegetini Lucani Tibereni *VI 1458 cf. 1455.*

854 CLAVDIA ATHENAIS. *In eodem epistylio marmoris* ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων *(ante a. 126)* καὶ ὁ δῆμος *dedicaverunt dextra t. CIA III 664* Κλαυ[δ]ίαν Ἀθηναΐδα εὐεργεσίας ἕνεκεν, *sinistra t. 665* τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου Τιβ. Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην Μαραθώνιον. *Vbi cum temporum et sacerdotii ratione habita Atticus pater Herodis non possit non intellegi, quoniam cum eo Claudiam Athenaida adgnatione coniunctam esse nomen et tituli docent, soror Attici maior natu videtur; nam de filia ideo cogitare noluerim, quod filiae statuam dextro loco positam fuisse credi vix potest.*

855 CL(AVDIA) BACCHIS, clarissima femina, cui Sextius Lateranus cos. *(a. 154? a. 197?)* et Aquilius Orfitus heredes posuerunt *t. VI 1378.*

856 CL(AVDIA) BALBINA *honorata t. graece scripto Ancyrano Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich IX (1885) p. 127 n. 92:* ἡ ἐκ προγόνων βασίλισσα *scilicet oriunda ex stirpe regia Galatarum,* μήτηρ τῆς μητροπόλεως (Ancyrae), uxor Cl(audii) Arriani viri clarissimi.

857 CLAVDIA CANINIA SEVERA, ἡ κρατίστη ὑπατική, consobrina Ti. Claudii Artemidori, proconsulis Asiae, cui posuit *t. Ephesium graece scriptum Bulletin de correspondance Hellénique I (1877) p. 293 n. 82.*

858 Cl(audia) Cethegilla L. Cornelio Pausaniae posuit *t. VI 16273. Fortasse femina nobilis.*

859 Cl(audia) Cerbonia *memoratur in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria n. 43. Fortasse femina nobilis.*

860 Cl(audia) Clementi[na], Induti filia, mater Cl(audii) Paterni Clementiani *III 5777 t. Raeticus.*

861 TIB. CLAVDIA EVPATORIS MANDANE ATTICILLA *honorata t. Asiatico Bulletin de correspondance Hellénique XVIII (1894) p. 7;* ὑπατικὴν ἐγγόνην καὶ προεγγόνην *editur, at quadratarii aut eius qui t. descripsit error necesse est corrigatur in* ὑπατικ[ῶν].

862 CLAVDIA FADILLA, Ti. filia, clarissima femina origine Allifana, sacerdos divarum Augustarum *IX 2347 t. Allifanus publice positus;* eadem Cl(audia) Ti. fil. Fadilla, c. f., C. Fadio Auct[o] parenti posuit *IX 2390 t. et ipsum Allifanum.*

863 Claudia Gallitta, P. f., tribu Quirina, Ti. Claudii Claudiani soror, Q. Austurnii Lappiani equo publico uxor *VIII 7978 t. Rusicadensis a marito positus.*

— (CLAVDIA) LIVIA *v.* LIVIA.

864 CLAVDIA MAGNA, T. f., (uxor) C. Pantulei Iusti, mater C. Pantulei Graptiaci, *X 6265 t. Puteolanus.*

865 (CLAVDIA) MARCELLA maior. Octavia Augusti soror ex C. Claudio Marcello *(cos. a. 704 = 50 a. C.)* duas filias peperit, quarum utrique nomen Marcella fuit *Plutarch. Anton. 87, Sueton. August. 63.* Mar-

cella maior *VI 4655*, minor *VI 4421. 4637. 8755 in t. libertorum servorumve; ceterum neque in his (cf. VI p. 909 et VI 15091. 15497) neque apud scriptores distinguuntur sorores, ita ut et de matrimoniis earum non plane certe statuere liceat. Id unum certe a Plutarcho Anton. 87 traditum est eandem Marcellam primum Agrippae per plures annos uxorem fuisse, deinde Antonio nupsisse atque aetatis ratione habita veri similius videtur hanc fuisse maiorem, non minorem, ut statuerat Borghesi opp. IV p. 69. Reliqua autem quae de nuptiis Marcellarum viri docti coniecerunt, dubiis non carent.*

Nata est ante a. 714 = 40, quo Octavia marito defuncto M. Antonio desponsa est *Dio 48, 31.* Augustus eam M. Agrippae in matrimonium dedit, qui ex ea plures liberos tulit *Plutarch., Sueton. l. l., Dio 53, 1, ex cuius verbis nequaquam sequitur eas nuptias anno 726 = 28 factas esse.* Anno 733 = 21 Augusti iussu Agrippa cum ea divortium fecit *Dio 54, 6.* Dein nupsit Iullo Antonio *Plutarch. Anton 37 cf. Tac. a. 4, 44, Vell. 2, 100,* ex quo certe duos filios Iullum et Lucium Antonios peperit *v. supra A 637.*

'Marcella maior rogata a matre sua, gauderetne se nupsisse, respondit: 'ita valde, ut amplius nolim' *Hieronym. adversus Iovinianum 1, 46 II p. 313 ed. Vallarsi. Quae num pertineant ad filiam Octaviae, ideo dubitari potest, quod Hieronymus, ut ex contextu apparet, Marcellam illam feminam univiram fuisse putavit. Quamquam eum id recte statuisse ex dicto quod affert non certe efficitur.*

866 (CLAVDIA) MARCELLA minor. *De nomine vide in sorore quae praecedit.* — Nata videtur a. 714/715 = 40/39 a. C., cum a. 714 Octavia mater vel praegnas ab C. Caesare fratre M. Antonio desponsa sit *Dio 48, 31. Marcellam alteram utram Paullo Aemilio cuidam nupsisse viri docti iam pridem (cf. Borghesi opp. I p. 415, V p. 191) coniecerunt ex t. urbano VI 9000:* Faustus Marcellae Paulli pistor; *eodemque pertinet t. Signinus X 5981:* C. Claudius Marcellae Paulli l(ibertus) [T]imon. *Quae coniectura inde probatur, quod in monumento familiae Marcellae CIL VI p. 909 tituli libertorum servorumque Aemiliorum Paullorum reperti sunt. Itaque Mommsen l. l. maritum alterum Marcellae et minoris quidem Paullum Aemilium Lepidum (cos. a. 720 = 34 a. C.) fuisse coniecit, qui L. Aemilium Paullum (cos. a. 754 = 1 p. C.) et M. Aemilium Lepidum (cos. a. 759 = 6 p. C.) filios ex Cornelia genuit, quae a. 736 = 18 mortua est cf. supra A 259, (non ex Marcella, id quod in stemmate a Mommseno l. l. delineato errore positum est). Extant autem in t. Paulli libertorum et Marci (n. 4457. 4510. 4695) et Lucii Aemilii (n. 4499. 4500). Et Luciorum quidem patronum fuisse L. Paullum cos. a. 1 p. C., maritum Iuliae neptis Augusti, inde constat, quod Paulli nomen erasum est cf. A 268. De patrono autem Marcorum res dubia est. Nam quod Mommsen Paullum Aemilium cos. a. 720 praenomen Marci habuisse, sed usu eius abstinuisse*

scripsit, refellitur testimoniis supra A 259 conlatis. Vnde apparet huic Aemilio solum in ind. l. 55 Dionis praenomen Lucii, ceterum semper Paulli inditum esse. Sed sive erravit auctor indicis sive hic Lepidus primum re vera Lucius dictus postea solum praenomen Paulli agnovit, debuit libertis, quibus praenomen nobile non conveniebat, praenomen aliud in gente sua usitatum tribuere, ut tribuerunt Iullus Antonius, Appii Claudii, Cossi Lentuli libertis suis. Iteque in re dubia veri simillimum videtur Paullum Lepidum post Corneliae mortem, quamvis aetate provectum Marcellam et minorem quidem in matrimonium duxisse. Nam de M. Aemilio Lepido cos. a. 6 p. C., cui nusquam Paulli praenomen cognomenve tribuitur, ne propter temporum quidem rationes cogitare licet. — Minorem autem Marcellam Paulli uxorem fuisse ex titulo eius qui monumentum Marcellae dedicavit veri simile fieri observavit Bormann apud Mommsenum l. l.: C. Claudius Marcellae minoris l(ibertus) Phasis decurio monumontum dedicavit et decuriae epulum dedit *etc. Vnus mihi restat scrupulus, quod mirum videtur, quae tunc aetas esse solebat virginum nubentium (cf. Friedländer, Darstellungen aus der Sittengeschichte I⁶ p. 565), mulierem clarissimam domus imperatoriae viginti tres fere annos natam primum in matrimonium collocatam esse. Fortasse igitur maritum iam alium experta et ipsa iteratas nuptias cum Paullo fecit.*

Marcellam viri docti alii maiorem alii minorem dudum collegerunt nupsisse M. Valerio Messallae Barbato cos. a. 742 = 12 a. C. qui in consulatu mortuus est (fasti Capitolini), quod Suetonius Claud. 26 rettulit Claudium duxisse Valeriam Messalinam Barbati Messallae consobrini sui filiam. *Atque extant tituli servorum libertorumque in monumento Marcellae et M. Valerii Messallae et Valeriae Messalinae VI p. 909, unde demonstratur Marcellas coniunctas fuisse cum domo Valerii Messallae. Itaque veri simile est minorem Marcellam post Paulli mortem nupsisse M. Valerio Messallae Barbato, patri filii cognominis, avo Valeriae Messalinae uxoris Claudii.*

867 CLAVDIA MARCELLINA. *Tituli Veronenses: ipsa posuit marito V 3336 (1) ante adoptionem eius, socero V 3337 (2), ei dedicatus est 3338 (3).*

Ti. filia *t. 1. 2. 3,* uxor [Ti. Claudii] Alpini *t. 1,* qui postea (L.) Bellicius Sollers *t. 3 (vide supra B 85),* nurus Ti. Claudii Augustani *t. 2. — Eadem* Claudia Marcellina *in tegulis urbanis XV 934* a. 123, *935* a. 125, *936* a. 126.

868 CLAVDIA MARCIOLA, uxor Ti. Claudii Paulini, mater Ti. Claudii Flaviani *memoratur in t. Cibyratico filii CIG 4380 b² add. = Lebas-Waddington 1216.*

869 CLAVDIA MARIA MAXIMA MARTIA SECVNDA, clarissima femina, uxor P. Attii Pudentis Rufini Celsiani *VI 1379.*

870 Claudia Nerviana, uxor T. Licinii Hierocletis; Licinii Hierocles, Hieroclia Paulina et Axia filii eorum *t. Mauretaniae Caesariensis*

Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles lettres 1889 p. 202.

871 CLAVDIA OCTAVIA. *Tituli: urbanus in arcu Claudii VI 921 n. 5 (1), ubi ab initio duo versus periisse dicuntur a Florentio, qui unus titulum deperditum olim descripsit; Samius graece scriptus Guérin, Description des îles de Patmos et de Samos p. 215 (2); memoratur in t. libertae VI 9015 (3), servarum VI 5539 (6). 9037 (7), libertae matris VI 8943 (8) et passim in actis Arvalium. — Nummi eius in coloniis cusi Eckhel VI p. 285 sq., Cohen I² p. 312 sqq.*

Nomen gentilicium positum est in t. 2; num fuerit in t. 1, incertum est. Num ea nomen gentilicium re vera gesserit, dubitari potest, cum in actis Arvalium semper nude dicatur Octavia. *Sed fortasse nomen paternum abiecit, postquam in aliam gentem adoptata est. Quod autem in t. 3 memoratur* Claudia, Octaviae divi Claudii f. liberta, Peloris *inde nihil de Claudiae nomine concludere licet, quoniam notum est mulieris libertos sumpsisse nomen gentilicium patris patronae.* Octaviae Caes. Aug. f. *t. 6,* Aug. f. *t. 7,* Caes. Aug. (uxor) *t. 8.* — Octavia *in nummis et apud scriptores.*

Imperatoris Clandii et Valeriae Messalinae filia *Tac. a. 11, 34, Suelon. Claud. 27, Ioseph. ant. 15, 8, 1. De anno natali non constat;* a. 62 puella vicesimo aetatis anno dicitur occisa *Tac. a. 14, 64, unde nata erat a. 42 vel 43. Suetonius autem cum scribat:* (Claudius) liberos tulit — — ex Messalina Octaviam et Britannicum *(qui anno 41 natus est cf. supra n. 666), sine dubio filiam natu maiorem statuit et Dio 60, 5 narrat* anno 41 Claudium eam Silano despondisse; *unde Nipperdey ad Tac. l. l. coniecit Tacitum scripsisse* duoetvicesimo. *Vtcunque de verbis Taciti iudicatur, certum videtur Octaviam ante Britannicum natam esse.*

Anno 41 desponsa est L. Iunio Silano (Torquato) *Dio 60, 5, Tac. a. 12, 3, Sueton. Claud. 24. 27.* Anno 48 exeunte Claudius Agrippina instigante, quae nuptias Octaviae et Neronis moliebatur, adfinitatem Silani diremit *Tac. a. 12, 4.* Anno 49 Claudius cam Neroni despondit *ibd. 12, 9, Sueton. Claud. 27* et in aliam gentem adoptandam dedit, ne fratri adoptivo nuberet *Dio 60, 33 (Zonaras 11, 10).* Anno 53 Neroni nupsit *Tac. a. 12, 58, Sueton. Nero 7.* Nero cito Octaviae consnetudinem aspernatus corripientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria ornamenta et in Actes libertae amorem delapsus est *Sueton. Nero 35, Tac. a. 13, 12.* Dolorem necis Britanniei dissimulavit *Tac. a. 13, 16.* Anno 62 Nero, nt nuptiis Poppaeae domum vacuam faceret, Octaviam amoliri parat, quamvis modeste ageret, nomine patris et studiis populi invisam *ibd. 14, 59.* Specie sterilitatis domo pulsa et in Campaniam seposita est addita militari custodia *ibd. 14, 60–61.* Nerone auctore Anicetus libertus adulterium eius confessns est; Nero edicto correptam insula Pandateria clausit et paucis post diebus

venas solvere iussit anno 62 *ibd. 14, 62–64, Sueton. Nero 35, Dio 62, 13 (Zonaras 11, 12), Ioseph. ant. 20, 8, 1, Eutrop. 7, 14, schol. ad Iuvenal. 8, 215.* Interfecta est eodem die quo postea Nero periit *Sueton. Nero 57, id est die 7 mensis Iulii.*

Memoratur Tac. a. 12, 2. 68; 13, 19; 14, 1, h. 1, 13, Sueton. Nero 46, Dio 61, 7. (Vict.) Epitome 5, 5. — De interitu eius agit praetexta auctoris incerti, quae inscripta est Octavia.

872 CLAVDIA PAPIA NETONIA INSTEIA PRAENESTINA, clarissima puella *VI 1429 cf. supra n. 849.*

873 CL[AVDIA] PAVLA, ἡ κρατίστη συγκλητική *memoratur in t. Sinopensi mutilo CIG 4157 fratris, qui, quamquam nomina perierunt, fuisse videtur* [ἔκγονος] Κλαυδ[ίου] *cuiusdam.*

— BAEBIA FVLVIA CLAVDIA PAVLINA GRATTIA MAXIMILLA.

874 Claudia Peregrina, in nuptias eius et A. Pudentis centurionis Martialis scripsit *epigr. 4, 13.*

875 CLAVDIA PVLCHRA, sobrina Agrippinae (uxoris Germanici) anno 26 p. C. a Domitio Afro impudicitiae et maiestatis accusata et damnata est *Tac. a. 4, 52; filia videtur Claudiae Marcellae alterius utrius, neptis Octaviae* Mater Quinctilii Vari, qui anno 27 postulatus est *ibd. 4, 66, uxor igitur P. Quinctilii Vari caesi a. 9 p. C.*

876 CLAVDIA REGILLA, uxor M. Antonii Antii Lupi *VI 1343.*

877 Claudia Rufina, ex Britannis oriunda, ut mater familiae praedicatur *Martial. 11, 53.*

878 CLAVDIA SABINILLA, filia Claudii consulis ordinarii *nescio quo anno X 1688 t. Neapolitanus. Vide in patre supra n. 622.*

879 Claudia Sacrata, mulier Vbia *Tac. h. 5, 22.*

879a Claudia Salvia, L. Titinii Clodiani procuratoris uxor *VIII 8329 t. Cuiculitanus.*

880 CLAVDIA SESTIA COCCEIA SEV[E]RIANA, uxor Q. Lol[l]iani Plautii Aviti, mater Lollianae Plautiae Sestiae Servillae *memoratur in t. urbano Bullettino comunale 1883 p. 216.*

881 Claudia Taurilla, Ti. filia, Q. Marcii Victoris uxor, mater Q. Marcii Faustiniani *XIV 2931 t. Praenestinus.*

— ...IA ASINIA [CLA]VDIA TIBERIA ....ATIA STATILIA PAVLLINA IVLIANA PHILIPPA.

882 CL(AVDIA) VARENILLA, Cl(audii) Vareni cos. filia, M. Censorii Paulli uxor, post mortem publice honorata a civitate Pictonum *t. Espérandieu, Épigraphie Romaine du Poitou p. 217 = XIII 1129.*

883 M. Aurelius Cleander. *Plena nomina extant in inscriptione signaculi aenei in agro Romano reperti Bullettino comunale 1887 p. 323:* M. Aureli Cleandri a cubiculo Aug. n., *ceterum apud scriptores* Cleander.

Origine Phryx, servus Romae venum datus ad aulam venit, *(ab imperatore M. Aurelio ut videtur manumissus)* princeps libertorum aulicorum fuit et a cubiculo imperatoris Commodi *Dio 72, 10. 12, Herodian.*

1, 12, vit. Commodi 6, 13, tit. (Aelium) Saoterum, qui ante eum cubicularius Commodi fuerat, interfecit *Dio 72, 12.* Cum graviter Perennem praefectum praetorio odisset, ad eum tollendum operam praebuit *Dio 72, 9.* Post necem Perennis *(a. fere 185)* quasi domino liberatus summam potentiam egit *Dio 72, 10, Herodian. l. l.*, ex arbitrio praefectos praetorio retinuit removit occidit *vit. Comm. 6, 8;* cum Aebutianum praefectum occidisset, 'in eius locum ipse Cleander cum aliis duobus, quos ipse delegerat, praefectus est factus, tuncque primum tres praefecti praetorio fuere, inter quos libertinus, qui a pugione appellatus est' *(scilicet a plebe per ludibrium) vit. Comm. 6, 12–13;* praefectus praetorio sub Commodo *Ammianus 26, 6, 8.* In unum annum viginti quinque consules nuncupavit, senatores et patricios legit; cum omnia venditaret, ingentem pecuniam collegit *vit. Comm. 6, 9–10, Dio 72, 12.* (M. Aurelium Papirium Dionysium) a praefectura Aegypti summovit *Aelian. fr. 86 ed. Hercher cf. supra A 1283.* Thermas extruxit et sub nomine Commodi dedicavit *vit. Comm. 17, 5, Dio l. l., Herodian l. l. § 4.* Cum ex gravitate annonae *(cf. vit. Comm. 14, 1)* seditio plebis Romae orta esset, Commodi iussu interfectus est *vit. Comm. 7, 1, Dio 72, 13, Herodian. 1, 12, 5–1, 13, 6 (quorum narrationes nonnihil discrepant). Occisus videtur anno 189; nam ex vit. Comm. 14, 8 apparet Cleandrum non plus quam triennium praefectura functum esse, quam anno fere 186 acceperat.*

Damostratiam Commodi concubinam duxit uxorem *Dio 72, 12.* Constupravit alias etiam Commodi concubinas, de quibus filios suscepit, qui post eius interitum cum matribus interempti sunt *vit. Comm. 7, 3;* filii cum patre occisi *Herodian. 1, 13, 6,* filius *Dio 72, 13.*

884 Cledonius a Sapore ad (M. Fulvium) Macrianum Valeriano capto missus *Anonymus post Dionem ed. Dindorf V p. 219.*

885 Clemens, Agrippae Postumi servus, dominum se esse simulans post mortem Agrippae a. 16 seditiones excitavit, dein captus et occisus est *Tac. a. 2, 39. 40, Sueton. Tiber. 25, Dio 57, 16 (Zonar. 11, 2).*

886 Clemens, Atestinus, maritus Sabinae, ad quem Martialis scripsit *epigr. 10, 93.*

887 Clemens, amicus Apulei, poeta *Apuleius florid. 1, 7.*

888 Clemens, praeses ut videtur aetate imperatoris Marci *(fortasse Daciae) Dio 71, 12.*

889 Clemens, Byzantius, celeberrimus tragoediarum actor aetate Septimii Severi *Philostrat. vit. soph. 2, 27, 2.*

— L. Alpinius Clemens.

— M. ARRECINVS CLEMENS.

— M. Arrecinus Clemens.

— Attius Clemens.

— Aurelius Clem[ens].

— Q. AVR(ELIVS) PACTVM[EIVS ...] CLEM[ENS].

— C. Camurius Clemens.
— CASSIVS CLEMENS.
— Claudius Clemens.
— Coelius Clemens.
— P. Cominius Clemens.
— T. Cornasidius Vesennius Clemens.
— SEX. CORNELIVS CLEMENS.
— FLAVIVS CLEMENS.
— P. Fl(avius) Clemens.
— M. HELVIVS CLEMENS DEXTRIANVS.
— M. HERENNIVS FAVSTVS [TI.] IVLIVS CLEMENS TADIVS FLACCVS.
— Iulius Clemens.
— C. IVLIVS OPPIVS CLEMENS.
— L. Naevius Clemens.
— P. PACTVMEIVS CLEMENS.
— CN. PINARIVS CORNELIVS CLEMENS.
— SALIENVS CLEMENS.
— Salienus Clemens.
— T. Suedius Clemens.
— Terentius Clemens.
— TINEIVS CLEMENS.
— Q. TINEIVS SACERDOS CLEMENS.
— Truttedius Clemens.
— T. Varius Clemens.
— L. Volusenus Clemens.

890 CLEMENTIANA *publice honorata t. Eleusino versibus concepto* Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική *1883 p. 141 n. 15;* filia et neptis (ἔκγονον ἠδὲ θυγατέρα) duorum Arrianorum consulum. *Titulus ad saeculum III pertinere videtur.*

— Antonia Clementiana.
— Claudius Paternus Clementianus.
— Catia Clementina.
— Cl(audia) Clementi[na].
— Iallia Clem[en]tina.
— SEX. CATIVS CLEMENTINVS PRISCILLIANVS.

891 T. Clementius Silvius *posuit t. Aquincenses III 3424 (1), III S. 10424 (2). — Tria nomina exhibet t. 2,* Clementius Silvius *t. 1.* — Vir egregius, a(gens) v(ices) p(raesidis) Pannoniae inferioris *t. 1. 2,* anno 267 *t. 1.*

— CLAVDIVS ACILIVS CLEOBOLES.
— TIB. CLAVDIVS CLEOBOLES.

892 Cleodamus, Byzantius ab imperatore Gallieno instaurandis urbibus muuiendisque praepositus, quae a Gothis devastatae erant *vit. Gallieni 13, 6.*

893 Cleodemus, Atheniensis Claudio (Gothico) regnante barbaros, qui Graeciam invaserant, vicit *Zonaras 12, 26 p. 151 ed. Dindorf.*

894 Cleomenes, statuarius, cuius Thespiades in monumentis Asinii Pollionis erant *Plin. n. h. 36, 33; in inscriptione statuae viri Romani CIG 6158 = IGI 1247* Κλεομένης Κλεομένους Ἀθηναῖος ἐποίησεν, *quae ad initium aetatis imperatoriae spectare videtur, alterum utrum Cleomenem eundem esse atque artificem a Plinio memoratum coniecit Löwy, Inschriften griechischer Bildhauer p. 244.*

895 Cleon, Mysius dux quondam latronum, cum bello Actiaco ab Antonio ad Caesarem defecisset, ab eo honoratus partem regionis Morenes quasi princeps rexit *Strabo 12, 8, 8. 9 p. 574 sq.*

896 Cleonicus, libertus Annaei Senecae (philosophi) *Tac. a. 15, 45.*

897 CLEOPATRA SELENE. *Nummi argentei et aerei Mauretani extant alii Cleopatrae unius nomine inscripti* Κλεοπάτρα βασίλισσα *et caput diadematum exhibentes, plerique inscripti in adversa* Rex Iuba regis Iubai f. *vel* Rex Iuba, *in aversa* Κλεοπάτρα βασίλισσα *Müller, Numismatique de l'ancienne Afrique III p. 108 sqq. cf. Suppl. p. 74; insignis est nummus n. 102 a p. 74 inscriptus* Ἰόβα βασιλέω *(sic)* Ι<· Σελέν(η).

Ex Cleopatra M. Antonius liberos gemellos tulit Alexandrum et Cleopatram, postquam a. 37/36 reginam in Syriam advocatam loco iustae uxoris habere coepit *Plutarch. Anton. 36; Dio 49, 32 sub a. 718 = 36* προληπτικῶς *in universum de liberis Antonii et Cleopatrae et de regnis iis attributis agit.* Vt Antonius Alexandro nomen Solis, ita Cleopatrae Selenes indidit *Plutarch. l. l., Dio 51, 21;* Selene *dicitur in nummo 102a (v. supra), Sueton. Calig. 26, Euseb. armen. ad a. Abr. 1990 cf. Syncell. p. 588, Hieronym. 1988* (Luna), *Suidas s. v.* Ἰόβας *I 2 p. 999 ed. Bernhardy.*

Nata est igitur a. 36/35. Anno 34 pater ei regnum Cyrenaicum destinavit *Dio 49, 41.* Ab Augusto a. 29 in triumpho ducta est *Dio 51, 21, Eusebius-Hieronymus l. l.* Augustus eam Iubae regi, quem regno Bocchi donaverat, in matrimonium collocavit *Plutarch. Anton 87, Dio 51, 15 cf. Sueton. Cal. 26, Strabo 17, 3, 7 p. 828, Suidas l. l. (ubi perperam dicitur* Cleopatrae et C. Caesaris filia); in coniugium scripsit Crinagoras *epigr. Anth. graec. 9, 235.* Regnum Bocchi Augustus Iubae a. 729 = 25 dedit *Dio 53, 26,* inde a quo anno Iuba annos regni numeravit, *ut docent nummi cf. Müller II p. 115; nummus Iubae et Cleopatrae n. 87 in aversa caput Cleopatrae et inscriptionem nominis exhibet, in adversa inscriptus est* Rex Iuba regis Iubai f. r(egni) a(nno) VI, *unde veri simile fit Iubam eam circa id tempus, id est a. fere 20 uxorem duxisse. Mortua est ante annum 5 a. C., quo fere Iuba Glaphyram viduam Alexandri Herodis filii occisi a. fere 7 a. C. (v. supra A 361) in matrimonium duxit Ioseph. ant. 17, 13, 1, bell. 2, 7, 4. Itaque nummus Iubae n. 88, qui in aversa inscriptus* R(egni anno) XXXI *caput muliebre diadematum exhibet, quod Cleo-*

patrae esse statuit Müller, negavit Mommsen Ephem. ep. 1 p. 277, omnino non nisi mortuae imaginem revocare potest cf. Müller Suppl. p. 75.

898 Cleopatra, imperatoris Claudii paelex *Tac. a. 11, 30.*

899 Cleopatra, Gessii Flori uxor, amica Poppaeae Neronis *Ioseph. ant. 20, 11, 1.*

— Ti. Cl(audius) Clitianus.

900 Cloatilla *(sic recte traditur libris optimis Quintiliani, nisi quod uno loco 8, 5, 16 codex Ambrosianus aperto errore exhibet* Domitilla, *ut antea perperam omnino edi solebat),* mulier a filiis, fratre, paternis amicis accusata, quod virum, qui inter rebellantes fuerat *(fortasse particeps motus Scriboniani),* sepelisset, a Domitio Afro defensa et ab imperatore Claudio absoluta est *Quintilian. institut. 8, 5, 16; 9, 2, 20; 9, 3, 66; 9, 4, 31.*

901 Cloatius Verus, grammaticus scripsit libros verborum a Graecis tractorum *Gellius 16, 12, Macrob. sat. 3, 18, 4;* Ordinatorum graecorum libri citantur *Macrob. 3, 19, 6; 3, 20, 1,* liber secundus *id. 3, 6, 2,* quartus *3, 18, 8; 3, 19, 2. Idem videtur* Cloatius, *ex cuius alio opere nescio quo quaedam afferuntur Fest. p. 141 a 25, 189 a 25, 193 a 4, 213 a 29, 309 a 26, 318 a 24.*

902 Clodianus, cornicularius, particeps coniurationis in Domitianum *Sueton. Domit. 17, (Vict.) Epit. 11, ubi traditur* Parthenio — — et Stephano et tum ob fraudem interceptae pecuniae supplicium suspectante Clodiano; *cum haec verba* ('ob fraudem' *etc.*) *apud Suetonium, unde sumpta sunt, ad Stephanum potius pertineant, aut error auctoris Epitomae neglegenter Suetonio usi subest aut alterum* et *ante* Clodiano *ponendum est.*

— M. Aemilius Clodianus.

— M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS.

— Q. MAESIVS FRONTINVS CLODIANVS.

— L. Titinius Clodianus.

— L. Titinius Maximus Clodianus.

903 CLODIVS ......, consularis aedium sacrarum anno 280 *IGI 993 t. urbanus.*

904 APPIVS CLODIVS *nescio quis memoratur in t. urbano liberti Bullettino comunale 1886 p. 387 n. 1592.*

905 SEXTVS CLODIVS .... NIANVS, proconsul Cypri sub Septimio Severo vel filiis eius *memoratur in t. graece scripto Cyprio Lebas-Waddington 2728 dedicato Iuliae Domnae.*

906 C. CLODIVS ADIVTOR, C. f., tribu Quirina, quaestor, tribunus plebis, praetor *X 3851 t. Campanus positus* 'quod ex reditu HS n̄. legato a Clodis rei publicae Campanorum viae tutela praestatur'; *haec verba item, quamquam hodie mutila, repetuntur in t. una cum priore reperto dedicato* .. [Clodio] P. f. ... [Capi]toni *X 3852; arta igitur necessitate hi Clodii coniuncti fuisse videntur.*

907 Q. CLODIVS CALVISIVS HONORATVS, clarissimus puer *VI 1380.*

908 [CLODIVS] [CAP]ITO .... NVS, P. f., [triu]mvir capitalis, quaestor, praetor, [ad censu]s provinciae [Pann]oniae *X 3852 t. Campanus repertus una cum t. C. Clodii Adiutoris cf. supra n. 906.*

909 Clodius Catullus, praefectus vigilum anno 191 *VI 414 b.*

910 CLODIVS CELSINVS, maritus Fabiae Fuscinillae clarissimae feminae, cui posuit *t. sepulcralem urbanum Gruter. p. 1141 n. 1 cf. Addenda ad CIL VI.*

911 CLODIVS CELS[INVS] *memoratur in t. Iasi in Caria reperto Bulletin de correspondance Hellénique XIV (1890) p. 615* ἡγεμονεύοντος Κλωδίου Κελσ..... τοῦ κρατίστου [ἀνθυπάτου?], *ubi ex spatio litterarum* Κελσ[ίνου] *potius quam* Κέλσ[ου] *supplendum est; proconsul Asiae ut videtur.*

912 Clodius Celsinus, Hadrumetinus, adfinis Clodii Albini a senatu laudatus *vit. Severi 11, 3.*

913 Clodius Celsus, Antiochenus, amicus imperatoris Galbae *Plutarch. Galba 13.*

914 C. CLODIVS CRISPINVS, consul a. 113 cum L. Publilio Celso. *In consulatu:* C. Clodius Crispinus *VI 221, XI 3614*, Clodius Crispus *(sic) in tegula XIV 4089, 6 = XV 2157, ceterum* Crispinus *fasti.*

915 T. CLODIVS EPRIVS MARCELLVS. *Tituli: ei positi sunt a provincia Cypro X 3853 (1) Campanus, a populo Tloensium CIG 4238 b Lycius (2), a civitate Dorylaeo t. graece scriptus Athenische Mittheilungen XIX (1894) p. 306 (3) Dorylensis, memoratur in dipl. mil. III 9 (4); ad eum pertinere videntur frustula t. Tusculani XIV 2612 (5)* ... pro cos. Asiae per tri[ennium] hic lectus est ab divo Claud[io] .... [provinciam] ..... rem obtinuit.

Nummi: a) Cymae 1) in adversa cum capite laureato Vespasiani et inscriptione Αὐτοκράτορα Καίσαρα Οὐεσπασιανόν ℞ Ἀνθυ(πάτῳ) Ἐπρίῳ Μαρκέλλῳ τ(ὸ) γ Κυ(μαίων) *cum typo mulieris tridentem tenentis museum Berolinense, Waddington, Fastes n. 96 p. 143 n. 1, Mionnet III p. 10 n. 64; 2) idem atque n. 1, nisi quod in adversa exhibet* Βασπασιανόν *collectio Imhoof, Streber, Numismata ex museo Bavarico (Abhandlungen der Bayrischen Akademie I [1835]) p. 208 tab. 3 f. 8; 3)* Θεὸν σύνκλητον *cum capite iuvenili Senatus* ℞ Ἀνθυ. Ἐπρίῳ Μαρκέλλῳ γ' Κυ. *cum eodem typo atque in 1 museum Berolinense, Waddington l. l. n. 2, Mionnet S. VI p. 17 n. 137. — b) Laodiceae in adversa* Δῆμος Λαοδικέων *cum capite barbato Populi* ℞ Ὁμόνοια ἐπὶ Μαρκέλλου ἀνθυ. *Waddington l. l. — c) Sardium in adversa* Ἐπὶ Τι. Κλα. Φιλίνου στρα. *cum capite Palladis* ℞ Ἐπὶ Μαρκέλλου τὸ β' Σαρδιανῶν *Imhoof-Blumer, Monnaies grecques p. 388 n. 31, Waddington l. l., male Mionnet Suppl. VII p. 415 n. 449 ex Gessnero. — d) Synai* Θεὰν Ῥώμην ἐπὶ Μαρκέλλου τὸ γ' *cum muliere diademata* ℞ Συνα[ει]τῶν Ἀπολοφάνου ἄρχ(οντος) *cum Apolline Waddington l. l.*

Plena nomina exhibent t. 1. 3 et in consulatu altero t. 4, Eprius Marcellus *t. 3.* — *In nummis a* Eprius Marcellus, *in reliquis* Marcellus. — *Apud scriptores* Eprius Marcellus *sive* Eprius *sive* Marcellus.

Capuae sordide et abiecte natus *Tac. dialog. 8,* M. f. tribu Fal. *t. 1.* Praetor peregrinus *t. 1,* anno 48 a. d. IIII kal. Ian., cum L. Silanus praeturam eiurare adactus esset, in eius locum reliquus praeturae dies *(scilicet III kal. Ian.)* in Marcellum collatus est *Tac. a. 12, 4 cf. Sueton. Claud. 29.* Legatus Lyciae *(cf. t. 2)* ex provincia repetundarum postulatus est, sed eo usque ambitio praevaluit, ut quidam accusatorum eius exilio multarentur *Tac. a. 13, 33. Proconsulem Cypri fuisse ex t. 1 non certe colligitur. Consul I suffectus circa annum 60.* Iussu Neronis anno 66 una cum Cossutiano Capitone Thraseam Paetum accusavit et damnavit *ibd. 16, 22. 26. 28. 29;* ob id quinquagies sestertium ei decernitur *ibd. 16, 33.* Anno 69 exeunte acre iurgium inter eum et Helvidium Priscum in senatu fuit *Tac. h. 4, 6–8;* anno 70 frustra idem accusationem in eum tendere studuit *ibd. 4, 43 cf. dial. 5.* Proconsul Asiae sub Vespasiano a. 70—73 *t. 1. 3, nummi; ad annum primum pertinent nummi Laodiceae, ad alterum Sardium et t. 3, ad tertium nummi reliqui;* proconsul III *t. 1. (5?).* Consul II (suffectus) a. d. XII kal. Iun. a. 74 cum Q. Petilio Ceriale Caesio Rufo *t. 4.* Apud Vespasianum multum valuit *Tac. dial. 8. 13.* Cum Caecina Alieno *(vide supra n. 71)* in Vespasianum coniuravit et coniuratione patefacta a senatu damnatus guttur novacula praecidit *Dio 66, 16 (Zonaras 11, 17).* — Augur, curio maximus, sodalis Augustalis *t. 1.*

Ab ineunte adulescentia causis forensibus et oratorio studio se dedidit *Tac. dial. 8;* acri eloquentia *ibd., a. 16, 22.* Domus eius titulis ac statuis repleta *id. dial. 8;* homo praedives *ibd. cf. h. 4, 7.* — Liber singularis Columellae ad Eprium Marcellum *memoratur in libris manu scriptis Columellae cf. Schneider, Scriptores rei rust. II 1 p. 19, 2 p. 673.* — *Hic ut videtur* Marcellus *memoratur Sidon. Apollinar. epist. 5, 7, 3.*

916 C. CLODIVS FABRICIVS NVMISIVS VICTORINVS, praetorius *(traditur* PRALTORIO) vir, cui Numisius Victorinus, vir perfectissimus, pater posuit *t. sepulcralem VI 1381.*

917 L. Clodius Fronto, cui civitas Veliocassium posuit *t. VI 1382. Homo nobilis videtur.*

918 CLODIVS GRANIANVS, proconsul Achaiae anno 118 *memoratur in t. Phocico CIG 1732.*

919 C. CLODIVS LICINVS, consul suffectus anno 4 p. C. cum Cn. Sentio Saturnino. *In consulatu:* C. Clodius Licinus *fasti Capitolini, VI 1263. 1264,* C. Clodius Licin[us] *fasti Arvalium CIL I^2 p. 70,* C. Clodius *fasti min. XI b p. 68.*

C. f. C. n. *fasti Cap.* Consul suffectus ex kal. Iul. a. 4 *fasti* — Ovidio poetae familiarissimus fuit Clodius Licinus consularis, historicus, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua, quoad vixerit, sustentatum *Sueton. de gramm. 20;* Clodius Licinus in libro tertio rerum Romanarum refert *Liv. 29, 22, 10 (de rebus a. 560 = 194 gestis);* Licinus (*traditur* Licinius) rerum Romanarum libro vicesimo primo citatur *Non. s. v. patibulum p. 221,* Clodius (*traditur* Claudius) rerum Romanarum libro duodecimo *id. s. v. pristis p. 535.*

920 M. CLODIVS LVNENSIS, consul (suffectus) XIIII k. Octob. cum P. Licinio Crasso *sub initium saeculi I post a. 105 XIV 4057 t. Fidenas, quem posuit libertus quidam* Iulii Quadrati cos. II.

921 Clodius Macer, de quo imperator Hadrianus ad Vitrasium Pollionem legatum provinciae Lugdunensis rescripsit *Modestinus Digest. 27, 1, 15, 17; fortasse ex posteris eius qui sequitur.*

922 L. CLODIVS MACER. *Nummi eius permulti extant cusi post Neronis necem in Africa, quos composuit Müller, Numismatique de l'ancienne Afrique II p. 170 n. 380 — p. 171 n. 392. Ad quorum rationem et formam illustrandam haec exempla sufficiant: a) n. 380* L. Clodius Macer, *caput nudum Macri, in campo* S. C. ℞ Proprae(tore) Africae, *b) n. 385* L. Clodi Macri Liberatrix, *caput Africae,* S. C. ℞ *signa legionaria, ad quae adscriptum est* Leg(io) III Aug(usta) Lib(eratrix), *c) n. 383* L. Clodi Macri S. C. ℞ *ad signa legionaria* Leg(io) I Lib(eratrix) Macriana.

Plena nomina exhibent nummi, Clodius Macer *apud scriptores.* — Legatus in Africa *Tac. h. 4, 41, Sueton. Galba 11, scilicet legionis III Augustae in Numidia tendentis.* Sub finem imperii Neronis descivit neque Galbae se adiunxit *Plutarch. Galba 6. Id quod confirmant nummi, in quibus semper fere additur* s(enatus) c(onsulto) *et inprimis nummus a, ubi Clodius se ipse dicit non iam legatum, sed* pro praetore *in morem liberae rei publicae. Itaque eadem ratione atque Verginius Rufus, quocum Plutarchus l. l. cum composuit, iudicium de republica constituenda primum senatui populoque Romano reservasse videtur. Nec tamen postquam Galba a senatu imperator agnitus est, se subiecit, sed speciem restitutoris liberae rei publicae prae se ferre perseveravit;* ἀλλ' ὁ μὲν Κλώδιος ἐν ἁρπαγαῖς πραγμάτων γεγονὼς καὶ φόνοις ἀνδρῶν δι' ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν δῆλος ἦν ἐν τῷ μήτε κατέχειν μήτε ἀφιέναι τὴν ἀρχὴν δύνασθαι περιφερόμενος *Plutarch. l. l.* Legioni III Augustae agnomen liberatrici addidit *numm. b;* in Africa legio cohortesque delectae a Clodio Macro, mox a Galba dimissae *Tac. h. 2, 97, unde collato nummo c apparet Macrum legionem tertiam et auxilia eius novis dilectibus habitis transformasse in novam* legionem I Liberatricem Macrianam. *Atque eo quod legioni vocabulum ex ipsius cognomine deductum impertiit, confirmatur eum dubium nutasse inter partes speciei rem publicam defendentis, re vera imperium sumpturi.*

Cum Galba ad urbem adventaret, Nymphidius Sabinus ei terrorem iniecre studuit scribendo Macrum in Africa naves frumentarias retinere *Plutarch. l. l. 13.* Calvia Crispinilla in Africam transgressa est ad instigandum in arma Macrum famem populi Romani haud obscure molita *Tac. h. 1, 73.* Haud dubie res turbans in Africa a Trebonio Garutiano iussu Galbae occisus est *Tac. h. 1, 7. 11. 37, Sueton. G. 11, Plutarch. G. 15.*

923 Q. CLODIVS MARCELLINVS anno 169 cooptatus *in collegium sacerdotum nescio quod ex amplioribus VI 2003.*

924 (Clodius?) Maximus, pater M. Clodii Pupieni Maximi, qui imperavit anno 238; faber ferrarius ut nonnulli dicunt, ut alii raedarius; ex Prima uxore suscepit filium qui imperavit, cui fratres quattuor pueri fuerunt, quattuor puellae, qui omnes intra pubertatem perierunt *vit. Maximi et Balbini 5, 1–2.*

925 C. CLODIVS NVMMVS, C. f., tribu Maecia; tribunus legionis XIII Geminae, Xvir stlitibus iudicandis, quaestor provinciae Asiae; ei [L. Ster]tinius Quintilianus [C.] Curiatius Maternus Clodius Nummus Acilius Strabo *(cf. X 1486)* filius posuit *III 429 t. Ephesium.*

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS.

926 CLODIVS POLLIO, praetorius vir, in quem est poema Neronis, quod inscribitur Luscio *Sueton. Domitian. 1.*

927 CLODIVS POMPEIANVS, consularis aedium sacrarum a. 244 *IGI 1045.*

928 M. Clodius Postumus, epistrategus (Thebaidis) anno 1 p. C. *memoratur CIG 4715 t. Tentyrae repertus.*

929 M. CLODIVS PVPIENVS (*sive* PVPIENIVS) MAXIMVS = IMPERATOR CAESAR M. CLODIVS PVPIENVS MAXIMVS AVGVSTVS. *Plena nomina tituli nummique imperatoris indicant. Tituli: una cum D. Caelio Calvino Balbino Augusto et M. Antonio Gordiano Caesare nominatur in miliariis Mauretaniae VIII 10342 (1). 10343 (2). 10365 (3), Ephem. ep. 7, 660 (4). 675 (5); nomina plena extabant in omnibus, hodie Pupieni extant et certe descripta sunt in t. 3. 4, ubi dicitur* Pupienius. *Plane eodem modo nomina trium posita erant in miliariis Cappadociae III S. 6913. 6934. 6936. 6953 male scriptis, in quibus (certe in t. 6953) nomina Pupieni et Balbini postea erasa sunt errore provincialium cf. III S. p. 1252. Praeterea nomina exhibet item coniuncta cum Balbino et Gordiano papyrus graece scripta Mittheilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer II. III p. 23, ubi extat* Μάρκου Κλωδίου Πουπιηνοῦ. *Denique privatus memoratur in t. filiae VI 1087 a (6)* Pupieni Maximi e. v. cos. II, *et in t. liberti ut videtur:* [M.] *(traditur* I) CLODIO PVP. L. BELLAEO *IX 5765.*

In nummis commatis Romani dicitur plerumque M. Clod. Pupienus, *rarius* Pupienus Maximus *Eckhel VII p. 306 sqq., Cohen V² p. 14 sqq.; in nummis Alexandrinis* A. K. M. Κλω. Πουπιηνὸς Εὐσ. *Catalogue of the*

Greek coins in the British Museum, Alexandria n. 1834. 1837 sqq., A. K. M. Κλω. Πουπ. Μάξιμος Σεβ. *n. 1836. Item* Pupienus *plerumque in nummis reliquis cf. (Berliner) Zeitschrift für Numismatik VIII (1881) p. 27.*

Apud scriptores: Clodius Pupienus *Victor Caes. 26,* Clodius *id. 27,* Pupienus *Eutrop. 9, 1 (inde Hieronym. chronic. ad a. Abr. 2256, Oros. 7, 19), Epitome 26, Chronographus, Polemius Silv. chron. min. I p. 521;* Maximus *semper apud Herodianum, Zosim. 1, 14, Zonar. 12, 16, Dexippum teste Capitolino qui fertur vit. Maximini 32, 3, Maximi et Balbini 1, 2; 15, 5, ita ut recte hic observasse videatur graecos scriptores collegam Balbini nominasse Maximum, latinos Pupienum (traditur in vitis hist. Augustae semper* Puppien-) *vit. Maximini 33, 3–5. Sed ridiculum in modum idem auctor titubat modo Maximum eundem esse atque Pupienum coniciens modo diversos ponens cf. vit. Maximini 24, 5, Gordianorum 10, 1, Maximi et Balbini 1, 2; 11, 1; 15, 4–5; 16, 2. 7. — Quod hic dicitur modo* Pupienus *modo* Pupienius, *conferri potest quod similiter variantur formae* Passienus *et* Passienius, Alfenius *et* Alfenus *(in eodem fortasse homine supra A 375. 376). Quae res inde explicanda videtur, quod homines aetatis posterioris non iam sentiebant rariora nomina cadentia in -enus vera esse gentilicia.*

Maximo pater fuit Maximus unus e plebe, ut nonnulli dicunt, faber ferrarius, ut alii raedarius, mater Prima *vit. Max. et Balb. 4, 1–2;* ignobilis genere *vit. Maximini 20, 1.* Pueritiam omnem in domo parentis Pinarii fecit; operam grammatico ac rhetori non multum dedit, si quidem semper virtuti militari studuit; tribunus militum fuit et multos egit numeros et postea praeturam sumptu Pescenniae Marcellinae, quae illum loco filii suscepit et aluit; inde proconsulatum Bithyniae egit et deinceps Graeciae ac tertio Narbone; missus praeterea legatus Sarmatas in Illyrico contudit atque inde translatus ad Rhenum rem contra Germanos satis feliciter gessit *vit. Max. et Balb. 4, 3–9,* ἐν πολλαῖς στρατοπέδων ἀρχαῖς γενόμενος *Herodian. 7, 10, 4. Consul I suffectus anno incerto saeculi tertii ineuntis;* consularis *vit. Max. et Balb. 1, 2, Gordian. 22, 1.* Praefectus urbi *Herodian. l. l., vit. Max. 20, 1, Max. et Balb. 4, 10.* Consul II *(suffectus anno incerto) nummi Cohen n. 26–30, t. 6.*

Anno 238 senatus postquam comperit Gordianos in Africa contra Maximinum imperium sumpsisse, viginti viros ex senatus consulto rei publicae curandae creavit, inter quos fuerunt Maximus et Balbinus *Zosimus 1, 15, vit. Gordian. 10, 1; 22, 1 cf. quae adnotavi p. 260.* Post mortem duorum Gordianorum senatus Maximum et Balbinum imperatores creavit *Herodian. 7, 10, vit. Gordian. 22, 1, vit. Max. et Balb. 1–3.* Inde Imperator Caesar M. Clodius Pupienus Maximus Augustus *in titulis nummisque v. supra; in papyro titulisque 1–5, ubi duo Augusti nominantur, priore loco semper Pupienus positus est.*

Aestato fere a. 238 uterque Augustus simul a militibus oecisus est *Herodian. 8, 10, vit. Max. et Balb. 13–14, Gordian. 22. De tempore mortis et de spatio imperii vide quae exposui sub A 664.*

Pupienia Sextia Pau[lina] Cethegilla filia *t. 6 cf. infra P 805; filius eius videtur* T. Clodius Pupienus Pulcher M[aximus].

930 T. CLODIVS PVPIENVS PVLCHER M[AXIMVS]. *Titulus Tiburtinus ei publice positus XIV 3593.* M. f., *(filius eius qui imperavit ut videtur),* elarissimus vir, triumvir monetalis, quaestor kandidatus, praetor urbanus, proconsul provinciae Macedoniae, viee operum publicorum, electus iudieio sacro ad [census] aeeeptandos per provineiam Velgicam, curator aedium sacrarum et operum publicorum, eonsul *(suffectus anno incerto saeculi III);* XVvir sacris faciundis; eurator rei publicae Leptim(agnensium) et Tripolitanorum, rei publicae Beneventanorum, Catinensium, patronus munieipii (Tiburtium) *tit.*

931 P. Clodius Quirinalis, rhetor *Sueton. ind. libr. de rhetor. 13,* Arelatensis Romae insignissime docet *Hieronymus chron. ad. a. Abr. 2063 = a. 47 p. C. e Suetonio.*

— P. Palpellius Clodius Quirinalis.

932 Q. CLODIVS RVFINVS, legatus Augusti pro. pr. (Numidiae) sub Commodo *VIII 4211 t. Verecundensis;* frater Arvalis a. 193 *VI 2102; idem videtur* Clodius Rufinus inter nobiles ab imperatore Septimio Severo occisos *vit. Severi 13, 5.*

933 L. CLODIVS RVFVS. *Nummi Agrigentini in aversa caput Augusti exhibent cum inscriptione* Augus(tus) p(ater) p(atriae) Agrigentin(i), *in aversa* Salasso Comitiao Sex. Rufo IIvir(is) *in campo* L. Clodio Rufo pro eos. *Salinas, Le monete delle antiche città di Sicilia p. 35 n. 342–349 (tab. XIII n. 25–32), Catalogue of the Greek coins in the British Museum, Sicily p. 22 n. 160–164, ubi male editum est* SEX. REO *pro* RVFO *cf. Salinas n. 344, Fiorelli, Catalogo del Museo di Napoli, Medagliere I n. 4066.*

Proeonsul Sieiliae sub Augusto post annum 752 = 2 a. C. *nummi, quo patris patriae vocabulum recepit. — Propinquitate coniuncti videntur* Clodius Rufus eques Romanus, *qui posuit t. Thermitanum X 7346, et* P. Clodius C. f. Rufus Latro, *qui dedicavit* Ti. Caesari Divi f. Augusto *t. in ora septentrionali Sieiliae repertum Notizie degli scavi 1884 p. 163.*

934 Clodius Sabinus, rhetor aetatis Augusti, in quem uno die et graece et latine deelamantem multa urbane dieta sunt *Seneca controv. 9, 3, 13. 14. — Vulgo idem putatur* Sex. Clodius, Sieulus latinae simul graecaequo eloquentiao professor, magister M. Antonii, qui ab eo consule ingens eongiarium accepit *Sueton. de gramm. et rhet. 29 cf. praeterea Cic. Philipp. 2, 43; 3, 22, ad Att. 4, 15, 2,* qui citatur Sex. Clodius sexto de diis graeco *Arnobius 5, 18 = Lactant. instit. 1, 22, 11.*

At valde dubito, num idem fuerit hic, cuius lepores et sales laudantur, atque malus ille rhetor aetatis Augusti, cuius declamationes irrisui publico erant.

935 CLODIVS SATVRNINVS, legatus Cappadociae *III S. 12213 t. mutilus miliarii ad Tyana reperti.*

936 TI. CLODIVS SATVRNINVS, clarissimus vir *X 8059, 120 in signaculo.*

937 D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS CAESAR = IMP. CAESAR D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS AVGVSTVS. *Tituli pro salute Severi Augusti et Albini Caesaris positi: XIV 6 Ostiensis, ubi nomina praeter* Septi[mi] *erasa sunt, VIII 1549 Africae proconsularis mutilus, ubi praenomen periit; VIII S. 17726 Numidiae, ubi nomina erasa sunt ita, ut legi possint. Plena nomina exhibent nummi Caesaris et Augusti Eckhel VII p. 162 sqq., Cohen III² p. 415 sqq.* Clodius Albinus *vel* Albinus *apud scriptores. Septimii nomen fuerunt qui conicerent Albinum accepisse per adoptionem L. Septimii Severi, de qua tacent scriptores. At recte observavit Eckhel p. 166 id ipsum nomen legi adhuc in nummis Albini Augusti neque veri simile esse Albinum eo tempore, quo hostem se Severi professus est, usurum fuisse nomine, quod per adoptionem accepisset.*

Fuit familia nobili *vita 1, 3, Herodian. 2, 15, 1,* Hadrumetinus tamen ex Africa *vita 1, 3; 4, 1; 12, 8;* originem traxit a Romanis familiis Postumiorum et Albinorum et Ceioniorum *vita 4, 1.* Natus lare modico, patrimonio pertenui (*aliter Herodian. l. l.* ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ ἐκ πατέρων ἀνατραφείς), patre Ceionio Postumo, matre Aurelia Messalina primus suis parentibus fuit *vita 4, 3.* Natus VII kal. Decembres *vita 4, 6 in epistula. Vt haec de originibus ita omnia quaecunque de rebus Albini hominis privati in vita enarrantur, sublesta sunt fide.* Omnem pueritiam in Africa transegit eruditus litteris graecis ac latinis mediocriter *vita 5, 1.* Adulescens statim se ad militiam contulit atque Antoninis per Lollium Serenum et Baebium Maecianum et Ceionium Postumianum suos adfines innotuit; egit tribunus equites Dalmatas, egit et legionem quartanorum et primanorum *vita 6, 1–2. Ordo munerum militarium et civilium quae sequuntur in vita plane confusus est:* quaesturae gratia ei facta est; qua concessa aedilis non amplius quam decem diebus fuit, quod ad exercitum festino missus est; praeturam egit sub Commodo famosissimam, nam eiusdem ludis Commodus et in foro et in theatro pugnas exhibuisse perhibetur *vita 6, 6–7;* Bithynicos exercitus eo tempore, quo Avidius rebellabat *(a. 175),* fideliter tenuit *vita 6, 2, legatus igitur Bithyniae post praeturam ut videtur; quod si recte traditum est, praetura necesse est functus sit sub M. Antonino, non sub Commodo.* Sub Commodo una cum Pescennio Nigro gloriose in Dacia pugnavit *Dio 72, 8. Consul suffectus anno incerto, ut ex nummis et legatione Britanniae apparet; sub Com-*

modo, ut videtur. Nam quod in epistula ficta vita 10, 11 Marcus post rebellionem Avidii Cassii de Albino traditur scripsisse 'habemus igitur virum dignum consulatu, quem sufficiam in locum Cassii Papirii' *etc., nullam fidem meretur.* Dein per Commodum ad Galliam translatus, in qua fusis gentibus transrhenanis celebre nomen suum fecit; quibus rebus accensus Commodus ei Caesareanum nomen obtulit et dandi stipendii facultatem et pallii coccini utendi, quibus omnibus ille prudenter abstinuit *vita 6, 4–5. Haec ficta esse videntur, cum idem auctor postea 13, 4 sqq. Albinum Britannicos exercitus regentem Caesareanum nomen repudiasse scribat. Minus accurate apud scriptorem quendam, a quo pariter auctor vitae Albini 1, 1, Victor Caes. 20, 9, Epitome 20, 2, Eutrop. 8, 18 pendent, narratum erat Albinum post Pertinacis necem in Gallia Caesarem se fecisse, cum re vera Caesaris nomen in Britannia, in Gallia Augusti sumeret. Vnde in vita provinciam aliquam Galliarum rexisse fertur. Ad eundem auctorem ignotum referendum est quod auctor vitae 14, 6, Victor, Eutropius l. l. tradunt* Albinum occidendi Pertinacis Didio Iuliano auctorem vel socium fuisse. *Denique Iunii Cordi (cf. vit. 5, 10; 7, 3; 11, 2) commenta male redolent ea quae de Caesareano nomine a Commodo oblato passim in vita Albini proferuntur. (Num idem narraverit auctor vit. Severi 6, 9, ubi verba corrupta traduntur, valde dubito.)*

Legatus Britanniae eodem tempore, quo Pescennius Niger in oriente, Septimius Severus in Illyrico *(id est aestate ineunte a. 193)* sumpsit imperium *Dio 73, 14.* Severus per litteras Caesarem eum agnovit *Dio 73, 15, Herodian. 2, 15, 2–5.* D. Clodius Septimius Albinus Caesar *t. 2 et in nummis.* Consul a Severo declaratus est eo tempore, quo illum sibi paraverat subrogare *vita 6, 8, cuius auctor consulatum primum ignoravit, cf. vit. Septimii Severi 6, 9.* Consul II a. 194 cum imp. Caes. L. Septimio Severo Aug. II *fasti.* Consul II *passim in nummis; male lectus videtur nummus n. 19 Cohen, qui in aversa exhibere dicitur* Fel. P. R. P. M. Tr. P. Cos. III.

Severus Pescennio Nigro devicto Albinum insidiis e medio tollere frustra studuit *vita 8, Herodian. 3, 5* et ne Caesaris quidem amplius honores tribuit *Dio 75, 4.* Vnde Albinus in Gallia contra Severum rebellis extitit et Augusti nomen sumpsit *Dio l. l., Herodian. 3, 7, vit. Severi 10, 1, anno 196 ut videtur.* Imp. Caes. D. Clodius Septimius Albinus Aug. *nummi.* Apud Tinurtium *vit. Severi 11, 1* (Lugdunum *reliqui*) d. 19 mensis Februarii a. 197 *ibd. 11, 7* a Severo victus periit *vita 9, Dio 75, 4–9, Herodian. 3, 7, Victor Caes. 20, 11, Epitome 20, 2, Eutrop. 8, 18.*

Fuit Albino unus, ut aliqui dicunt, filius, ut (Marius) Maximus dicit, duo, quibus Severus primum veniam dedit; postea vero eos cum matre percussit et in profluentem abici iussit *vita 9, 5 cf. vit. Severi 11, 9.* Pescennius Princus filius *vita 7, 8 in epistula.* — Marius

Maximus Avidium Marci temporibus (tyrannum), Albinum et Nigrum Severi non suis propriis libris, sed alienis innexuit *vit. Firmi, Saturnini etc. 1, 1.*

938 P. CLODIVS THRASEA PAETVS, consul suffectus anno 56 mensibus Novembri et Decembri cum L. Duvio Avito. *In consulatu:* P. Clodius Thrasea *tabula cerata Pompeiana 15,* P. Clodius *tab. 13. 14. 16. 17, X 826. — Apud scriptores:* P. Thrasea Paetus *Dio 61, 15, ceterum* Thrasea Paetus *sive* Thrasea *sive* Paetus.

Origine Patavinus *Tac. a. 16, 21, Dio 62, 26.* Consul a. 56 *fasti,* consularis *Tac. a. 16, 28;* quindecimvir sacris faciundis *ibd. 16, 22 cf. 27. 28.* Anno 57 Cossutianum Capitonem ex Cilicia provincia repetundarum postulatum damnavit *ibd. 16, 21 cf. 13, 33.* Anno 58 in senatu sententiam dixit *ibd. 13, 49.* Anno 59 cum de Agrippina referretur, senatu egressus est *ibd. 14, 12; 16, 21.* Anno 62 ne Antistius praetor a senatu maiestatis capite damnaretur, obstitit *ibd. 14, 48–49* Anno 62 tulit, ne praesidibus provinciarum gratia ageretur *ibd. 15, 20–22.* Aliae sententiae ab eo in senatu dictae *ibd. 16, 21. 22, h. 2, 91, Dio 61, 15.* Cum senatus anno 62 Antium sub recentem partum Claudiae effunderetur, Thrasea a Nerone prohibitus est *ibd. 15, 23.* Inde ab anno 63 per triennium abstinuit senatu *Tac. a. 16, 22, Dio 62, 26.* Instigante Nerone, qui olim ei infensus erat, a Cossutiano Capitone et Eprio Marcello anno 66 eodem tempore atque Barea Soranus maiestatis accusatus est; damnatus mortis arbitrio dato venas exsolvit *Tac. a. 16, 21–35, h. 4, 8, Dio 62, 26, Sueton. Nero 37, schol. Iuvenal. 5, 36.*

Gener Caecinae Paeti et Arriae maioris *Plin. epist. 3, 16, 10,* maritus Arriae minoris et pater Fanniae *ibd. 7, 19, 3, Tac. a. 16, 34,* socer Helvidii Prisci *Plin. ibd., Tac. a. 16, 28. 35, h. 4, 5. 6.* Persius poeta decem fere annis summe dilectus est a Thrasea, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente *vit. Persii p. 74 Sueton. rel. ed. Reifferscheid.* Amicus Vespasiani *Tac. h. 4, 7;* Avidius Quietus familiaris eius *Plin. epist. 6, 29, 1.*

Dicta eius *Plin. epist. 6, 29, 1. 7; 8, 22, 3, Dio 61, 15.* Scripsit de vita Catonis Vticensis *Plutarch. Cato min. 25. 36.* Laudatus libro edito ab Aruleno Rustico *Tac. Agricola 2, Sueton. Domitian. 10.* Pomponius Secundus ad Thraseam citatur (de rebus grammaticis) *a Charisio Grammatici Latini I p. 125, 23, Diomede ibd. p. 371, 18, Prisciano II p. 538, 29.*

Memoratur Martial. 1, 8, 1; 4, 54, 7, Iuvenal. 5, 36, Marc. εἰς ἑαυτόν *1, 14, Dio 66, 12.*

939 Clodius Turrinus pater, rhetor aetate Augusti; natus erat patre splendidissimo, avo divi Iulii hospite, sed civili bello attenuatas domus nobilis vires excitavit et eloquentia pecuniam ac dignitatem, quam primam in provincia Hispania habuit, usque ad summum sibi

peperit *Seneca controvers. 10 praef. 14–16.* Sententiae, divisiones, colores eius *passim apud Senecam.* — Filius eius *cf. n. 940.*

Coniectura prorsus incerta ad hunc rettulit Borghesi opp. II p. 71 nummos aureos et argenteos a. 711 = 43 cusos, qui in parte aversa inscripti sunt P. Clodius M. f. *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 355.*

940 Clodius Turrinus, filius patris cognominis, filiis Senecae rhetoris fraterno amore coniunctus; dedit et ipse dicendo operam, 'adulescens summae eloquentiae futurus, nisi mallet exercere quantum habet quam consequi quantum potest' *Seneca controvers. 10 praef. 14–16.*

941 Clodius Tuscus (*sic Gellius, Lydus, Serv. Verg. Aen. 12, 657, alibi* Clodius), grammaticus, cuius commentarii citantur *Serv. Aen. 1, 52; 2, 229; 12, 657,* Clodius scriba commentariorum libro quarto *id. 1. 176.* Scripsit et ephemcrida totius anni, quam in graecum transtulit Ioannes Lydus *cf. Lyd. de ostentis p. 114 ed. Wachsmuth:* ἐφημερὶς τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ ἤγουν σημείωσις ἐπιτολῶν τε καὶ δυσμῶν τῶν ἐν οὐρανῷ φαινομένων ἐκ τοῦ Κλαυδίου *(sic)* τοῦ Θούσκου καθ' ἑρμηνίαν πρὸς λέξιν *et p. 155* καὶ ταῦτα μὲν ὁ Κλώδιος ἐκ τῶν παρὰ Θούσκοις ἱερῶν πρὸς λέξιν. Litterae Sinnii Capitonis *(grammatici aetatis Augusti)* ad Clodium Tuscum citantur *Gell. 5, 20, 2.*

942 [CLODIV]S VESTALIS. *T. Foroclodiensis mutilus XI 3311:* ..... cos. [C.? Clodiu]s C. f. Vestalis f(ilius) [X]vir stl. iud. m..... 'Filius' *hic quoque (cf. A 62. 637 C 153) additum mihi videtur ad filium a patre cognomine distinguendum, qui in titulo praecessisse videtur et cui ibidem positus est XI 3310 a cf. n. 943.*

943 C. CLODIVS VESTALIS, C. f., proconsul *XI 3310 t. Foroclodiensis, quem posuerunt* Claudienses ex praefectura Claudia urbani patrono. *Ad eundem referendi sunt nummi aurei et argentei inscripti in adversa* C. Clodius C. f., *in aversa* Vestalis *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 354, cusi intra annos fere 717—738 = 37—16 a. C. cf. Mommsen (Berliner) Zeitschrift für Numismatik XV (1887) p. 204. — Cf. et n. 942.*

944 TI. CLODIVS VIBIVS VARVS, consul anno 160 cum Appio Annio Atilio Bradua. *In consulatu:* Ti. Clodius Vibius Varus *Orelli 2322,* Ti. Vibius Varus *VI 162. 2896, ceterum* Varus *fasti.*

945 CLODIA LAETA, virgo Vestalis ab Antonino Severi filio per vim vitiata, dein iussu eius viva sepulta *Dio 77, 16.*

946 CLODIA MACRINA, clarissima femina *memoratur in t. Muzucensi VIII S. 12058.*

947 Q. CLOELIVS, M. f., tribu Quirina inter testes senatus consulti a. 715 = 39 *Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 226.* — Q. ATRIVS CLONIVS.

948 Clusinius Figulus mediis Augusti temporibus Vrbiniae hereditatem petiit, cum filium eius se esse contenderet; acie victa, in qua stetisset,

fugisse iactatumque casibus variis, retentum etiam a rege *(nescio quo)* tandem in Italiam atque patriam suam *Marginos (Marrucinos *Bonnell*) venisse atque ibi agnosci; cum causam eius Labienus defenderet, Asinius Pollio contra dixit servisse eum nomine Sosipatrum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manu missum alienae se familiae venali immiscuisse, a se rogantem, ut ei serviret, emptum *Quintil. instit. 7, 2, 4. 5. 26.*

949 Clusinius Gallus, amicus Plinii, ad quem scripsit *epist. 4, 17.* 'Clusinius (*an* dusinius?)' *codex Asburnhamianus in indice libri quarti Stangl Philologus XLV (1886) p. 655,* . sinio ga ... suo *codex Florentinus in margine ad epist. 4, 17, ceterum traditur* Gallo; *vulgo editur* Asinio Gallo. *Cum in scriptura minuscula quae dicitur litterae* cl *et* d *non semel vix dignoscantur et a librariis persaepe confusae sint, lectio* Clusinius *inde confirmatur, quod id nomen, quod a Clusio oppido derivatum videtur, invenitur Quintilian. institut. 7, 2, 5* Clusinius Figulus *(cf. et* C. Cluseni Galli *IX 967,* C. Numisius Clusinus *XIV 4031). Contra* Dusinii *nominis nec vestigium nec ratio apparet.*

950 Clutorius Priscus. *Sic recte Tac. a. 3, 49,* Γάιος Λουτώριος Πρίσκος *Dio, qui apud scriptorem latinum quendam legerat* C. Lutorius.

Eques Romanus post celebre carmen, quo Germanici suprema defleverat, a Tiberio pecunia donatus anno 21, cum Drusus aeger esset, per vaniloquentiam iecerat se composuisse, quod, si Drusus extinctus esset, maiore praemio vulgaretur; ob id a delatore apud senatum accusatus capitis damnatus ac statim interfectus est *Tac. a. 3, 49–51, Dio 57, 20.*

951 Clutorius Priscus (*traditur* sutor- *vel* utor-, *vulgo editur* Lutor-, *scribendum est* Clutor-) Paezontem e spadonibus Seiani enormi pretio mercatus est; 'quam quidem iniuriam lucri fecit ille mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat' *Plin. n. h. 7, 129, scilicet Priscus* (= ille) *eam iniuriam, quam commisit eo quod enormi pretio* 'libidinis non formae' *hominem sordidum mercatus est, impune fecit in tristi rerum publicarum statu post interitum Seiani. Vnde apparet hunc esse diversum ab eo qui praecedit.*

952 Cluvidienus Quietus coniurationis crimine in insulam Aegaei maris amotus anno 65 *Tac. a. 15, 71.*

953 Cluvienus, poeta aetate Iuvenalis *Iuvenal. 1, 80.*

954 C. CLVVIVS *nummos aereos (cf. Mommsen, Münzwesen p. 654 adn. 552) in Hispania a. 708/9 = 46/45 a. C. cudit, qui in adversa inscripti sunt* Caesar dic(tator) ter(tium), *in aversa* C. Clovi(us) praef(ectus) *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 366. Praefectus igitur Caesaris bello Hispaniensi.* A. 709 = 45 Roma in Galliam *(Cisalpinam)* profectus est, cum 'ei negotium *(nescio quod)* datum esset a. C. Caesare, non iudicium'; quo tempore Cicero ei res municipii Atellani commendavit *Cic. ad Fam. 13, 7. Idem videtur* C. Cluvius

maritus sororis Turiae, qui memoratur in laudatione Turiae *VI 1527, 1 v. 5. 16. 47; 2, 9, fortasse et Cluvius qui sequitur.*

955 L. CLVVIVS *(praenomen ponit Dio 49, 44)* cum M. Antonio in Armenia agente anno 721 = 33 a. C. fuit, quo tempore Antonius ei consulatum dedit statimque detraxit *Dio 49, 44.* Quamquam consulatu non functus, ab Augusto anno 725 = 29 inter consulares adscriptus est *id. 52, 42. — Fortasse loco priore, ubi nomen gentilicium corrupte traditur, in praenomine quoque erratum est et idem fuit atque C. Cluvius qui praecedit.*

956 Cluvius (?) Fuscus (Cluvius *liber Dresdensis,* Claudius *alii*), gener Caecilii Classici a Plinio et Lucceio repetundarum accusatus, sed absolutus *Plin. epist. 3, 9, 18.*

957 P. CLVVIVS MAXIMVS PAVLINVS, salius Palatinus factus anno 181 *VI 1979 fasti Saliorum.*

958 CLVVIVS RVFVS, consularis anno 41 *(consul suffectus anno incerto)* neci imperatoris Gai interfuit *Ioseph. ant. 19, 1, 13.* Nero cum publice cantaret, et Romae et in Graecia eo praecone usus est *Sueton. Nero 21, Dio 63, 14.* Perinde dives et eloquentia clarus nulli unquam sub Nerone periculum facessivit *Tac. h. 4, 43.* Principio a. 69 Hispaniae Tarraconensi legatus praefuit, vir facundus et pacis artibus, bello inexpertus *ibd. 1, 8.* Cum milites Hispaniae in Othonem iurassent, per edictum eius laudatus est *ibd. 1, 76.* Cum statim Hispania in Vitellium conversa esset, Rufus Lucceium Albinum procuratorem utriusque Mauretaniae res novas molientem oppressit *ibd. 2, 58–59.* Omissa Hispania Vitellium a Lugduno digressum adsecutus est, apud quem criminationibus Hilari liberti petitus erat; sed liberto punito Vitellius eum comitatui principali adiecit non adempta Hispania, quam absens rexit *ibd. 2, 65; 4, 39.* Anno 69 exeunte Romae fuit *ibd. 3, 65.*

Historiarum scriptor *Plin. epist. 9, 19, 5;* verba eius afferuntur *Tac. a. 13, 20; 14, 2, Plutarch. Otho 3, quaestion. Rom. 107.*

— C. MARIVS MARCELLVS OCTAVIVS PVBLIVS CLVVIVS RVFVS.

959 Cluvia, 'Mevia non lambit Cluviam' *Iuvenal. 2, 49; meretrices videntur, certe feminae impudicitia notae.*

960 CN. CO....NS, legatus (Germaniae superioris) *in titulo miliarii Germaniae superioris mutilo Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1955; traditur:* Caesar .... no, cos ..... Cn. Co .... te leg .... *supplendum fortasse* Co[nstan]te.

— Aur(elius) *Co..erus.

— CASSIVS DIO COCCEIANVS.

— Dio Cocceianus.

— L. SALVIVS OTHO COCCEIANVS.

961 SEX. COCCEIVS ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS, proconsul provinciae Africae *VIII 1437 cf. VIII S. 15254 t. quem in oppido Thubursico*

Bure posuit res publica [co]loniae !!!!!! Augustae; *nomen coloniae ab Augusto nescio quo deductum erasum est. Litteras tituli Wilmanns qui vidit tertii saeculi iudicavit. — Arta necessitate coniunctus cum Aniciis Faustis supra A 439–442.*

962 L. Cocceius Auctus, L. (Coccei et) C. Postumi libertus, architectus posuit *t. Puteolanum X 1614.* Cocceius architectus aetate Augusti cryptam inter Avernum lacum et Cumas fecit *Strabo 5, 4, 5 p. 245* (τοῦ Κοκκηίου τοῦ ποιήσαντος τὴν διώρυγα ἐκείνην τε καὶ ἐπὶ Νέαν πόλιν ἐκ Δικαιαρχείας ἐπὶ ταῖς Βαίαις, *ubi verba extrema num sana sint, dubitatur).*

963 C. COCCEIVS BALBVS, αὐτοκράτωρ = imperator *publice honoratus t. Attico CIA III 571. Imperator certe intra a. 709—727 = 45—27 a. C. cf. Mommsen, Staatsrecht I³ p. 125, fortasse legatus M. Antonii.*

964 COCCEIVS CASSIANVS, clarissimus vir, qui Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat, mortuus aetate Septimii Severi et Antonini *Papinianus Digest. 34, 9, 16, 1.*

965 M. Cocc(eius) Genialis, vir egregius, procurator Augustorum provinciae Daciae Porolissensis *III S. 7662 t. Napocensis.*

966 Cocceius Iulianus Synesius, Antiochenus, ὁ κράτιστος δουκηνάριος, maritus Aeliae Matronae, pater Coccei Benniani *IGI 1347 t. urbanus. — Incertum est, num idem sit* Cocceius Iulianus, frumentarius vices agens principis peregrinorum *VI 3326.*

967 COCCEIVS [I]VSTVS, proconsul (Macedoniae) *memoratur in t. graece scripto Heuzey, Le Mont Olympe et l'Acarnanie p. 487 n. 49.*

— .. LABERIVS IV ... [C]OCCEIVS LEPIDVS PROC[VLVS].

968 Cocceius Minic[ianus], rationalis et ..... *VI 9031 t. urbanus mutilus, quem correxit Hülsen Römische Mittheilungen III (1888) p. 232.*

969 M. COCCEIVS NEPOS. *Titulus eius Ravennas XI 13, quamquam medio aevo restitutus videtur, omnino sincerus est.* — M. f., tribu Pol.

Xvir stlitibus iudicandis, sevir equitum Romanorum, tribunus militum legionis XI Claudiae, quaestor, legatus pro pr. provinciae Siciliae, tribunus plebis designatus *titulus.*

970 L. COCCEIVS NERVA, consul (suffectus) anno 715 = 39 a. C. — [L.] Cocceius *fasti minores VIII CIL I² p. 65 in consulatus indicatione;* L. Cocceius Nerva *Porphyrio p. 215 ed. Meyer,* L. Cocceius *Appian. bell. civ. 5, 60,* Cocceius *apud Horatium.*

Amicus Caesaris et M. Antonii aestate anni 713 = 41 ab illo ad Antonium in Syria agentem missus *(scilicet ob seditionem L. Antonii)* et Antonium anno sequenti in Italiam comitatus apud Brundisium amicitiam et foedus inter triumviros composuit *Appian. bell. civ. 5, 60–64.* Consul anno 715 = 39 *v. supra. Anno 717 = 37* Maecenas et Cocceius 'missi magnis de rebus uterque legati, aversos soliti componere amicos' Brundisium profecti sunt *Horat. sat. 1, 5 v. 27 sqq.* et foedus inter triumviros renovarunt *(Tarenti) Porphyrio l. l.* T. Livio

in libro CXXVII *teste laudato; at, modo recte numerus libri tradatur, Porphyrio falso non ad Tarentinum foedus, sed ad Brundisinum satiram Horatii rettulit. Nam ex periochis librorum Livii apparet, foedus Tarentinum libro centesimo vicesimo octavo demum memorari potuisse.*

Frater videtur M. Coccei Nervae consulis a. 718 = 36 cf. n. 971. Perperam dicitur avus Nervae qui imperavit *Porphyr. l. l.* — Coccei villa, quae super est Caudi cauponas *Horat. l. l. v. 50 sq.*

971 M. COCCEIVS NERVA, consul anno 718 = 36 a. C. cum L. Gellio Poplicola. *Nummi: a) in adversa caput M. Antonii exhibentes inscripti:* M. Ant. imp. aug. IIIvir r. p. c. M. Nerva proq. p., *in aversa caput L. Antonii:* L. Antonius cos. *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 367 n. 1; 2) eadem adversa nisi quod adscriptum est* M. Nerva q. p., *in aversa caput C. Caesaris cum inscriptione* Caesar imp. pont. IIIvir r. p. c. *Babelon n. 2.*

In consulatu: M. Cocceius Nerva *Dio ind. l. 49;* M. Cocceius *fasti min. VIII CIL I² p. 65, Cassiodor.;* M. Coceio *(sic) I 795 in tessera gladiatoria;* Cocceius Nerva *Dio 49, 1, ceterum* Nerva. — M. Nerva *nummi.*

Q(naestor) *n. 2,* pro q(uaestore) anno 713 = 41 a. C. *n. 1;* p. *littera post* q. *quid significet non constat; perperam omnino legit Babelon* p(rovincialis), p(ro praetore) *proposuerat Eckhel IV p. 248.* — *Hic videtur* frater L. Nervae, quem in gratiam Lucii servavit Caesar *Appian. bell. civ. 5, 61; eodem pertinent verba Senecae de clem. 1, 10:* (Augustus) 'Sallustium et Cocceios et Dellios et totam cohortem primae admissionis ex adversariorum castris conscripsit' *etc., ubi ex contextu apparet Nervam quendam contra Caesarem pugnasse, postea veniam ab eo impetrasse. Et veri est simile M. Nervam bello Perusino a partibus L. Antonii stetisse.* Consul a. 718 = 36 *v. supra.* — *Idem videtur* M. Cocceius quindecimvir sacris faciundis anno 737 = 17 a. C. *acta saecularia, pater eius qui sequitur.*

972 M. COCCEIVS NERVA, consul *(suffectus ante annum 24 p. C.)* cum C. Vibio Rufino. — *Memoratur in fistula plumbea urbana Lanciani, sylloge aquaria n. 567 a.*

Plena nomina extant in consulatus indicatione VI 1539. 9005, in fistula, apud Frontinum; ceterum Cocceius Nerva *sive* Nerva.

M. f. *VI 1539, filius ut videtur M. Nervae consulis a. 718 = 36 a. C.* Consul *(suffectus anno incerto Tiberii ante a. 24) VI 1539,* mense Augusto *VI 9005;* consularis *Tac a. 4, 58.* Curator aquarum a. 24—33 *Frontin. de aq. 102; ad hanc curam pertinet fistula supra memorata.* Anno 26 Tiberium in Campaniam secedentem comitatus est *Tac. a. 4, 58;* Caesari familiarissimus *Pomponius Digest. 1, 2, 2, 48.* Anno 33 cum continuus Tiberio fuisset, integro statu, corpore inlaeso moriendi consilium cepit et, quamquam Tiberius ei summopere refragabatur, vitam inedia finivit *Tac. a. 6, 26, Dio 58, 21.*

Omnis divini humanique iuris sciens *Tac. a. 6, 26;* scientia iuris illustris *Frontin. l. l.* Ateio Capitoni Masurius Sabinus successit, Labeoni Nerva, qui adhuc eas dissensiones auxerunt *(scilicet quae fuerant inter Capitonem et Labeonem) Pomponius l. l. Citatur a Gaio inst. 2, 15. 195; 3, 133 et passim in Digestis cf. Lenel, Palingenesia I p. 789.* — Divi Nervae avus *Frontin. l. l.*

973 (M. COCCEIVS) NERVA, iure consultus, pater imperatoris. *Apud iure consultos semper dicitur* Nerva filius, *scilicet filius eius qui praecedit.* Nervae *(patri)* successit Proculus, fuit eodem tempore et Nerva filius *Pomponius Digest. 1, 2, 2, 52.* Aetate annorum decem et septem aut paulo maiore fertur Nerva filius et publice de iure responsitasse *Vlpianus Digest. 3, 1, 1, 3.* Liber eius de usucapionibus memoratur *a Papiniano Digest. 41, 2, 47. Citatur saepius in Digestis cf. Lenel, Palingenesia I p. 791.*

Quod Prosper post consules anni 38 affert Publicola et Nerva, *multi eos consules suffectos a. 40 et Nervam hunc fuisse patrem imperatoris putaverunt. At Prosper errore nescio unde orto consules a. 718 (cf. n. 971) repetivit.*

974 M. COCCEIVS NERVA = IMP. NERVA CAESAR AVGVSTVS. *Privatus posuit t. Sentini XI 5743:* M. Cocceius [M. f. Nerva], augur, sodal[is August.], [praetor, quaestor] urb., VIvir turma[e eq. R.] ...., [salius] Palat., triumphalib[us ornamentis] honoratus, patron[us] .....

In consulatu primo tria nomina posita sunt VI 1984, X 4734. 5405, in altero VI 621. Alias praeter titulum praenomen non ponitur, Cocceius Nerva *sive* Nerva *apud scriptores.*

Filius sine dubio M. Coccei Nervae n. 973; mater Sergia Laenatis f. Plautilla *Dessau, Inscr. sel. 281.* Nobilitatis mediae *Eutrop. 8, 1,* Narniensis *Victor Caes. 12, Epitome 12.* Natus est die 8 mens. Novembris *fasti Philocali et Silvii I² p. 276. 277, anno fere 35 v. infra.* VIvir equitum R., quaestor urbanus *tit.* Praetor designatus a. 65; coniuratione Pisoniana detecta et punita Nero eum triumphalibus ornamentis honoravit ita extollens, ut super triumphales in foro imagines apud Palatium effigiem eius sisteret *Tac. a. 15, 72 cf. tit.* Neroni coniunctus erat studiis poeticis; Nero in carminibus eum Tibullum sui temporis nominaverat *Martial. 8, 70; 9, 26 cf. Plin. epist. 5, 3, 5.* Ante consulatum augur, sodalis Augustalis, salius Palatinus *tit.* Consul I cum imperatore Vespasiano III a. 71, consul II a. 90 cum imperatore Domitiano XV *fasti.* Sub Domitiano calumniantibus mathematicis, quod genituram imperatoriam haberet, in summum discrimen venit *Dio 67, 15.* A Domitiano Tarentum relegatus *Philostrat. vit. Apollonii 7, 8, 1 cf. 8, 7, 34 sqq., cui vix fides habenda est. Prorsus absurde Victor Caes. 12 refert* eum Domitiani metu ad Sequanos confugisse ibique imperium arbitrio legionum sumpsisse.

Postquam Domitianus d. 18 mensis Septembris a. 96 occisus est

(Sueton. Domit. 17, VI 472), operam dante Petronio Secundo praefecto praetorio et Parthenio interfectore Domitiani Nerva admodum senex imperator nuncupatus est *Dio 67, 15; 68, 1, Eutrop. l. l.* Imp. Nerva Caesar Augustus *sive* imp. Caesar Nerva Augustus *passim in titulis nummisque.* Consul III a. 97, IIII a. 98 *fasti.* Autumno a. 97 *(cf. Epitom. 12, 9)* M. Vlpium Traianum adoptavit *Plin. panegyr. 7. 8. 10, Dio 68, 3, Victor Caes., Epitome, Eutropius l. l.* Mortuus est anno aetatis sexagesimo tertio, die quo solis defectio facta est, imperavit menses sedecim dies decem *Epitome 12 extr. = mortuus d 27 mens. Ianuarii a. 98;* imperavit annum unum menses quattuor dies decem *Clemens Alexandr. strom. 1, 21 p. 406 ed. Potter. (Quamquam omnino mense Ianuario a. 98 solem in terris nusquam defecisse apparet ex Oppolzero, Canon der Finsternisse p. 126.)* Regnavit annum unum menses quattuor dies novem, vixit annos sexaginta quinque menses decem dies decem *Dio 68, 4 (idem spatium regni e Dione sumptum apud Cedrenum p. 433 ed. Bonnensis).* Mortuus est Romae post annum et quattuor menses imperii sui ac dies octo, aetatis septuagesimo et altero *Eutrop. 8, 1,* ἐτελεύτησεν πρὸ η′ καλανδῶν φεβρουαρίων = d. 25 m. Ianuarii *Chron. Pasch. p. 469 ed. Bonn. Secundum Dionem statuendum est Nervam natum esse d. 17/18 mensis Martii (id quod repugnat fastis Philocali) a. 32, secundum Epitomen a. 35, Eutropium a. 26. Cum veri simile sit hominem nobilem amicum Neronis principis praetura suo anno, id est trigesimo aetatis, vel paulo post functum esse, Nerva, qui praetor fuit a. 66, natus esse videtur a. 35.*

975 M. (COCCEIVS) NERVA *nescio quis memoratur in titulo libertae VI 15923:* Coeccia M. Nervae l. Felicula.

976 Cocceius Proculus, speculator *Tac. h. 1, 24.*

977 COC(CEIVS?) RVFI[NVS], legatus (Arabiae) *memoratur in t. graece scripto Arabico Lebas-Waddington 2070.*

978 Cocceius Verus, homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus *vit. Severi 13, 4.*

979 COCCEIVS VIBIANVS, quindecimvir sacris faciundis anno 204 *acta saecularia. Potest idem esse qui sequitur.*

980 SEX. COCCEIVS VIBIANVS, proconsul provinciae Af(ricae) *VIII 84 (1) t. Tamallensis, Ephem. ep. 8 p. 293 (2) urbanus.* XVvir sacris faciundis *t. 2,* patronus municipii Tamallensis *t. 1. — Cf. n. 979.*

981 Cocceia Bassula Numisia Procula, M. Munatii Popiliani (uxor) *VIII 626 t. Mactaritanus. Certe cognatione coniuncta cum Stertinia Cocceia Bassula Veneria Aeliana XI 5672, fortasse filia eius et Q. Camurii Numisii Iunioris v. supra n. 316.*

— CLAVDIA SESTIA COCCEIA SEV[E]RIANA.

982 M. COCVLNIVS QVINTILLIANVS. *Tituli Cirtenses: ei positi sunt VIII 7041 (1) et 7042 (2) mutilus; ipse posuisse videtur 6993 (3), cuius frustula extant.*

M. Coculnius Quintillianus *t. 1. 2* (*ubi* Quintilianus), M. Coculni[us] ..... *t. 3.* Origine Cirtensis *t. 1.* — Lato clavo exornatus ab imperatore L. Septimio Severo *t. 1. 2,* quaestor designatus post flamonium et honores omnes, qnibus in colonia Cirta functus est *t. 1.*

983 Codrus, poeta *Iuvenal. 1, 2 v. infra sub Cordo.*

984 Codrus, homo doctus quidam et pauper *Iuvenal. 3, 103 sqq.*

— *APPIA VETVRIA AIRVLA COECIVA SABINILLA.

985 *Coedes, libertus imperatoris L. Veri *vit. Veri 9, 5.*

986 ...... COELIANVS, *fortasse legatus Lusitaniae in t. Severo et Antonino dedicato II 259 cf. Addenda p. 693; t. in agro Olisiponensi semel accurate saeculo XVI descriptus interpolatus est a Resendio. Illud exemplum exhibet* [IV]LIAE AVG. M[A]TRIS CAS[TR]. DIVI .... COELIANVS; *in litteris* DIVI *latere* D. Iul[ius] *vel simile quid coniecit Hübner.*

987 Q. COELIVS, L. f., praetor, aedilis plebis Cerialis, pro praetore ex senatus consulto, quaestor ex voto suscepto pro incolumitate Ti. Caesaris divi Aug. f. Augusti pontificis maximi Concordiae d. d. auri p. XXV *VI 91.* — *Titulus pertinere videtur ad annum 16, quando ob detecta nefaria M. Libonis consilia (cf. CIL I² p. 329) senatus dona Iovi Marti Concordiae decrevit Tac. a. 2, 32.*

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS IVLIVS APER DVCENIVS PROCVLVS RVTILIANVS RVFINVS SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.

— M. ROSCIVS COELIVS.

988 P. COELIVS APOLLINARIS, consul anno 169 cum Q. Pompeio Senecione Sosio Prisco. *In consulatu:* P. Coelius Apollinaris *VI 1984. 2003, XI 405;* Coelius Apollinaris *XIV 2408, ceterum* Apollinaris *fasti.*

989 P. COELIVS BALBINVS *memoratur in titulo libertorum Salonitano III 2295.*

990 P. COELIVS BALBINVS VIBVLLIVS PIVS, consul anno 137 cum L. Aelio Caesare II. *Titulus ei anno 136 positus VI 1383.*

In consulatu: P. Coelius Balbinus Vibullius Pius *III 1933,* ...... [Vibu]llius Balbinus *XIV 2390,* P. Coelius Balbinus *IX 5839, ceterum* Balbinus *fasti.* — *Titulus plena nomina exhibet.*

P. fil., tribu Ser.; Xvir stlitibus iudicandis, VIvir equitum Romanorum turmae quintae, tribunus militum legionis XXII Primigeniae piae fidelis, adlectus inter patricios ab imperatore Caes. Hadriano Aug., quaestor Augusti, praetor de fidei commissis, consul designatus; salius Collinus *(ante quaesturam),* flamen Vlpialis *(post eam) tit.* Consul a. 137 *fasti.*

991 *C. COELIVS BALBVS. *Nummi Bithyniae feruntur in adversa cum capite Claudii et inscriptione nominis, in aversa inscripti a)* Γάιος Κοήλιος Βάλβος ἀνθύπατος *Mionnet S. V p. 81 n. 408 = p. 172 n 995*

ex Morellio, b) Γ. Κοῖλιος Βάλβος *Mionnet S. V p. 171, 994 ex Vaillantio = p. 172 n. 996. Quisquis incredibilem paene levitatem et temeritatem, qua Morellius et Vaillantius in nummorum inscriptionibus legendis usi sunt, perspectam habuerit, non dubitabit, quin nummi illi re vera ad L. Mindium Balbum proconsulem Bithyniae sub Claudio (cf. M 425) pertineant.*

992 Coelius Caldus, adulescens vetustate familiae suae dignissimus clade Variana a Germanis captus complexus catenarum, quibus vinctus erat, seriem ita illas inlisit capiti suo, ut protinus expiraret *Velleius 2, 120, 6;* Caelius *edidit Halm editionem principem secutus, sed apographum Amerbachium recte exhibere* Coelius *inde sequitur, quod hic Caldus sine dubio fuit ex posteris* C. Coelii Caldi consulis a. 660, *cuius de nomine constat fastis Capitolinis CIL I² p. 77 et titulo Campano X 3772.*

993 Coelius Clemens, affinis socrus Plinii a Traiano in Bithyniam translatus, quo tempore Plinius provinciam regebat *Plin. ad Traian. 51. Munere quodam equestri velut procuratoris functus esse videtur.*

994 L. COELIVS FESTVS, adlectus inter tribunicios, praetor, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto, legatus imperatoris Antonini Augusti Asturiae et Callaeciae, praefectus aerarii Saturni, proconsul provinciae Ponti et Bithyniae, consul *(suffectus anno incerto);* patronus Velleiatium *XI 1183 t. Veleias publice positus. Quem titulum accurate conceptum esse quoniam nihil est cur negemus, cum legato Augusti non addatur 'pro praetore', necesse est Festum intellegere legatum iuridicum per Asturiam et Callaeciam (cf. Ephem. epigr. 4 p. 224) neque quicquam obstat, ne eum legatum Antonini Pii fuisse ponamus, ad cuius aetatem recte rettulit titulum Brandis Hermes XXXI (1896) p. 164. Sine idonea causa igitur Borghesi opp. VIII p. 329, quem secutus est Marquardt, Römische Staatsverwaltung I² p. 255 not. 3, titulum ad Caracalli aetatem reiecit. Nam quod* C. Iulius Cerealis *titulo Legionensi II 2661 dicitur* leg. Aug. pr. pr. pr(ovinciae) H(ispaniae) n(ovae?) c(iterioris?) Antoninianae post divisionem provinciae primus ab eo m[issus], *Festus noster si eodem munere functus esset, provinciam novam eadem ratione atque illic significari exspectandum esset et desideraretur 'pro praetore'. — Num recte ad eundem Borghesi l. l. rettulerit titulum Praenestinum acephalum XIV 2941, parum certum videtur.*

995 Q. COELIVS HONORATVS, praefectus frumenti dandi, legatus Siciliae, legatus Ponti et Bithyniae, proconsul Cypri *Lebas-Waddington 2814 t. Cyprius graece scriptus, cuius litteras saeculi primi exeuntis vel secundi ineuntis esse iudicavit Waddington.*

996 COELIVS MARTIALIS, clarissimus vir, ... liae Honoratae filius, Cn. Coelii Senecionis clarissimi viri et Coelii Senecae equitis Romani frater *VIII S. 20449 t. Mauretaniae Sitifensis. Vel idem est vel pater*

T. Coel(ius) Mar(tialis) egregius vir anno 244 *VIII 10907 corr. Ephem. ep. 7, 461 = VIII S. 20429 t. ibidem repertus.*

— Q. ROSCIVS COELIVS MVRENA SILIVS DECIANVS VIBVLL(I)VS PIVS IVLIVS EVRYCLES HERC(V)LANVS POMPEIVS FALCO.

997 Cn. Coelius Seneca, .. liae Honoratae filius, Coeliorum Senecionis et Martialis frater, eques Romanus *VIII S. 20449 t. Mauretaniae Sitifensis.*

998 COELIVS SENECIO, clarissimus vir, .. liae Honoratae filius, Cn. Coelii Senecae et Coelii Martialis frater *VIII S. 20449 t. Mauretaniae Sitifensis.*

999 L. COELIVS TARPHINVS(?), proconsul (Cypri) *in t. Cyprio graece scripto The Journal of Hellenic studies IX (1884) p. 243 n. 68 B; lectio cognominis non certa est, de qua qui edidit, adnotavit: 'there is a space for an* Ι *between* Ρ *and* Φ *and the name may be* Ταρ(ί)φινον; Τάμφιλον *is not impossible'.*

1000 COELIA CLAVDIANA, virgo Vestalis maxima *VI 2136. 2137 (uterque positus* anno 286), *2138. 2139. 2140;* Coelia Nerviana soror *2139,* Coelia Claudiana clarissima femina soror *2140.*

1001 COELIA CLAVDIANA, clarissima femina cum ..... Nicomede ... [coniuge] Coeliae Claudianae sorori, virgini Vestali maximae posuit *t. VI 2140 mutilum.*

1002 Coelia Nerviana cum Pierio coniuge ac liberis Coeliae Claudianae sorori, virgini Vestali maximae posuit *t. VI 2139.*

1003 Coenus, Neronis libertus a Vitellio anno 69 occisus *Tac. h. 2, 54.*

1004 Coeranus, philosophus graecus, amicus Rubellii Plauti *Tac. a. 14, 59;* Coeranus philosophus auctor Plinii inter graecos *Plin. n. h. ind. l. 2.*

— (AELIVS) COERANVS.

— P. AELIVS COERANVS.

— [TI.] CLAVD(IVS) [CO?]GIDVBNVS.

1005 Cogidumnus, rex Britannorum, qui a Romanis civitatibus quibusdam donatus inde ab imperio Claudii usque ad Flavios fidissimus Romanis mansit *Tac. Agricola 14.*

— Atilius Cognitus.

1006 L. COIEDIVS CANDIDVS, L. f., tribu Aniensi, tribunus militum legionis VIII Augustae, IIIvir capitalis, quaestor Ti. Claudii Caesaris Augusti Germanici, quaestor aerari Saturni, curator tabularum publicarum *(cf. Dio 57, 16);* hunc Ti. Cl. Caesar Augustus Germanicus reversum ex castris donis militaribus donavit corona aurea murali vallari hasta pura, eundem[que] cum haberet inter suos quaestores, eodem anno et aerarii Saturni quaestorem esse iussit *(cf. Tac. a. 13, 29) XI 6163 t. publice positus Suasae in Vmbria repertus.*

— POMPEIVS COLLEGA.

— CN. POMPEIVS COLLEGA.

1007 Collinus, poeta sub Domitiano agone Capitolino corona quercea ornatus *Martial. 4, 54;* idem ad eum scripsit *epigr. 4, 20.*

1008 Colonus, ad quem Plinius scripsit *epist. 9, 9.*

1009 Columbus, murmillo ab imperatore Gaio occisus *Sueton. Calig. 55.*

— M. (Iunius) Columella.

— L. Iunius Moderatus Columella.

— PVBLIA VALERIA COMASIA.

— P. VALERIVS COMAZON EVTYCHIANVS.

1010 Comidius (Cornidius *liber Bambergensis*, Chonidius *Nazarianus, correxit Mommsen*), centurio sub M. Crasso *(a. 29/28 a. C.)* in Moesia militavit *Florus 2, 26.*

— Valeria Cominiana.

— Badius Cominianus.

— Vibius Cominianus Valerius Pius.

1011 C. Cominius a. 24 maiestatis postulatus propter carmen probrosum in Tiberium precibus fratris, qui senator erat, ab imperatore concessus est *Tac. a. 4, 31; frater videtur Cominius Proculus n. 1018.*

1012 C. Cominius dedicavit pro salute Augustorum *t. mutilum Germaniae superioris Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1737; fortasse legatus provinciae vel legionis.*

1013 L. COMINIVS, pedarius a. 743 = 11 a. C. Messallae Corvino curatori aquarum adiutor datus *Frontin. de aquis 99.*

1014 C. Cominius Aufillanus Minicianus P. Statio Paullo Postumio Iuniori amico posuit *V 4129 t. inter Cremonam et Brixiam repertum.*

1015 .. Cominius Bo...... Agricola [Aur]elius Aper, tribu Claudia, praefectus cohortis tertiae Bracaraugustanorum, tribunus legionis I Adiutricis, procurator Augustorum ad annonam provinciae Narbonensis et Liguriae, praefectus alae miliariae in Mauretania Caesariensi *XII 672 t. Arelatensis.*

— M. AVRELIVS COMINIVS CASSIANVS.

1016 P. Cominius Clemens. *Tituli Concordienses: V 8659 (1) integer publice positus, alter ab una parte et a fine mutilus Notizie degli scavi 1890 p. 173 (2).* — P. f. *t. 1. [2],* tribu Claudia *t. 2.*

Honorat. e[quo publico?], [praef.] cohortis V Lingo[num, trib. mil. leg. I] Adiutricis piae fidelis, ... [in] expedition[e Germanica et corona] murali has[tis puris donatus ab impera]toribus Caes. An[tonino et Vero] Armeniacis Me[dicis Parthicis], praefectus alae I si[ngularium civium Romanorum] *t. 2 (in t. 1:* omnibus equestribus militiis functus); procurator Aug. XX hereditatium per Hispaniam citeriorem *t. 1. 2,* procurator Aug. ad familiam gladiatoriam Transpadanam *t. 1. 2,* subpraefectus annonae *t. 1,* procurator Aug. provinciae Daciae Apolensis *(sic) t. 1. 2,* procurator Aug. provinciae Lusitaniae, procurator Aug. XX hereditatium *(Romae)*, praepositus a censibus, praefectus classium praetoriarum Misenensis et Ravennatis *t. 1. 2 (in t. 1 id munus ab*

initio positum est, in t. 2 ante procurationem Daciae). Pontifex (Concordiae), patronus coloniarum Concordiensis, Aquileiensis, Parmensis, Venafranae *t. 1.*

1017 L. Cominius Maximus, L. f., domu Mantua, primus pilus bis, procurator M. Antonini Augusti, praefectus legionis II Troianae *(sic)* fortis (ducenarius); tribunus chortis VII praetoriae, XIIII urbanae, III vigulum; centurio chortis I praetoriae, X urbanae, V vigulum; evocatus Augustorum, beneficiarius praefecti praetorio; Numitoria Moschis coniunx ei posuit *t. sepulcralem XIV 3626 Tiburtinum.*

1018 COMINIVS PROCVLVS. *Nummi Cyprii: a) in adversa cum capite Claudii et inscriptione* Ti. Claudius Caesar Aug. ℞ Ἐπὶ Κομινίου Πρόκλου ἀνθυπάτου Κυπρίων *museum Berolinense, Leake, Numismata Hellenica Suppl. p. 161, Mionnet III p. 671, 7 = Cohen I^2 p. 262 n. 132; b) eadem aversa, in adversa* Ti. Claudius Caesar Aug. P. M. Tr. P. *Numismatic Chronicle ser. III vol. XI (1891) p. 146. — Titulus apud Muratori p. 713 n. 2 falsus est cf. VI 5 n. 2200*.*
Proconsul Cypri sub Claudio *nummi. — Cf. n. 1011.*

1019 COMINIVS SECVNDVS, legatus Pannoniae inferioris a. 150 *dipl. mil. III S. p. 2213.*

1020 L. Cominius Vipsanius Salutaris, domu Roma, subprocurator ludi magni, procurator alimentorum per Apuliam Calabriam Lucaniam Bruttios, procurator provinciae Siciliae, procurator *capiend. vec. et *(sic vel* capiend. vect. *traditur corrupte; quid re vera fuerit, incertum),* procurator provinciae Baeticae, a cognitionibus L. Septimii Severi Augusti, perfectissimus vir *II 1085 t. Ilipensis.*

1021 COMINIA VIPSANIA DIGNITAS, L. f., clarissima femina *IX 2336 t. Allifanus.*

— LARTIDIA COMINIA.

1022 Commiades, qui de conditura vini scripsit, auctor Plinii *Plin. n. h. l. 14. 15;* citatur *ibd. 14, 120. (Ex indice l. 15* 'Commiade' *affertur Priscian. Gramm. Lat. II p. 248, 10.) — Aetatis incertae.*

— C. COSCONIVS COMMODIANANVS.

— T. FL(AVIVS) APER COMMODIANVS.

1023 [COM?]MODVS, consularis (Palaestinae) *memoratur in t. mutilo Hierichunte reperto III S. 6645, qui imperatori L. Vero positus est. Nec supplementum nominis certum est et dubium, num hic fuerit idem atque Commodus, quem a. 157 Syriae praefuisse ex nummis constat cf. infra sub C. Iulio Commodo Orfitiano I 185 et Addenda sub eodem.*

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVGVSTVS.

— L. CEIONIVS COMMODVS.

— Q. Fabius Commodus.

— C. IVLIVS COMMODVS ORFITIANVS.

1024 Comosicus, post Dicineum rex Gothorum in Dacia *Iordan. Getica 1, 73.*

— GALLIENVS CONCESSVS.

— T. Caesernius Concessus Severus.
— [A]ur(elius) Concordin[s].
— SEX. QVINTILIVS CONDIANVS.
1025 Conopas, homo minimus in deliciis Iuliae Augusti neptis fuit *Plin. n. h. 7, 75.*
1026 CONSIDIVS, praetorius anno 31 Pomponium Secundum accusavit *Tac. a. 5, 8. Fortasse idem atque Considius Proculus v. infra.* — M. Considius *(nescio quis)* et Considiae *memorantur in t. servi VI 8730 b.*
1027 Considius Aequus, eques Romanus, quod cum Caelio Cursore fictis maiestatis criminibus Magium Caecilianum petivisset, auctore Tiberio ac decreto senatus anno 21 punitus est *Tac. a. 3, 37.*
1028 L. CONSIDIVS GALLVS, L. f., praefectus urbis, quaestor, tribunus plebis, praetor inter civis et peregrinos; XVvir sacris faciundis *t. urbanus Bullettino comunale 1883 p. 223 n. 639.*
1029 Considius Proculus anno 33 a Q. Pomponio maiestatis damnatus et interfectus est, frater Sanctae *(v. infra S 130) Tac. a. 6, 18. Cf. n. 1026.*
1030 CONSIDIA, M. Servilii consularis *(cos. a. 35)* filia a Democrate medico curata *Plin. n. h. 24, 43.*
1031 L. Consitius (Cossitius *traditur apud Gellium, fortasse scribendum est* Considius), Thysdritanus die nuptiarum ex femina in marem mutatus, quem vidit Plinius in Africa *Plin. n. h. 7, 36, cuius verba repetit Gellius 9, 4, 15.*
1032 CONSIVS QVARTVS, quaestorius .... praetorius ... *II 1270 t. Baeticus mutilus.*
1033 CONSIVS QVARTVS, clarissimus vir *in signaculo X 8059 n. 123. Vtrum idem sit atque is qui praecedit an diversus ab eo, nequit discerni; ex posteris eorum videtur* M. Aur(elius) Consius Quartus Iunior, c. v., corrector Flaminie et Piceni *(intra a. fere 290–364) VI 1700.*
— Ael(ius) Constans.
— Claudius Constans.
— Ra[e?]cius Constans.
1034 Constantina, soror imperatoris Claudii (Gothici), nupta tribuno Assyriorum in primis annis decessit *vit. Claudii 13, 3; haec ficta sunt omnia.*
— Aur(elius) Cons[tantin]us.
— C. (Flavius) Consus.
— SEX. CORNELIVS REPENTINVS *qui et* CONTVCCIVS.
1035 Coponius, eques Romanus ab Augusto anno 6 procurator Iudaeae praepositus *Ioseph. ant. 18, 1, 1; 18, 2, 2, bell. 2, 8, 1.* — L. Coponius *quidam memoratur in t. servae VI 9881.*
1036 Coranus, scriba, qui Nasicam socerum captatorem testamento delusit *Horat. sat. 2, 5, 55–69.*
1037 Coranus, miles, quem pater captavit *Iuvenal. 16, 54–56.*
— Hortensius Corbio.

1038 Corbulo ut homo fortissimus *memoratur Iuvenal. 3, 251;* alii dicunt athletam illius temporis fortem Corbulonem fuisse, alii genus navis *hariolatur schol.; fuerunt qui cogitarent de Domitio Corbulone collato Tac. a. 13, 8.*

— CN. DOMITIVS CORBVLO.

1039 Cordius (Γόρδιος *Dio*), auriga *Dio 79, 15,* ab Elagabalo praefectus vigilum factus *vit. Elagabal. 6, 3; 12, 1,* ab aula remotus *ibd. 15, 2.*

1040 M.' CORDIVS RVFVS. *Titulus ei positus XIV 2603 Tusculanus; nummi ab eo cusi intra a. 705/711 = 49/43 Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 383 sqq. n. 1–9.*

M.' Cordius Rufus *tit. nummi,* M.' f. *tit.; originem Tusculanam praeter tit. confirmant nummi (1. 2) capita Dioscurorum exhibentes.* — IIIvir monetalis *(circa a. 705 = 49) nummi,* praetor, pro consule *tit.;* aedilis lustralis monitor sacrorum Tusculi *tit.*

— Aelius Corduenus.

1041 Cordus, alpha paenulatorum, in quem Martialis scripsit *epigr. 2, 57, 4; 5, 26, 1;* non equestris ordinis *id. 5, 23, 8.*

1041a Cordus *(sic codex Pithoeanus, Serv. Aen. 11, 458;* Codrus *manus recentior cod. P., Serv. Aen. 1 p. 4, 2 ed. Thilo),* poeta aetate Iuvenalis, qui Theseida scripsit *Iuvenal. 1, 2.*

— Aelius Iunius Cordus.

— CAESIVS CORDVS.

— A. CREMVTIVS CORDVS.

— Q. IVLIVS CORDVS.

— MARIVS CORDVS.

— Valerius Cordus.

1042 CORELLIVS, consul *(suffectus anno incerto)* cum Vettoniano *XIV 4276.*

1043 Corellius, eques Romanus Ateste genitus *Plin. n. h. 17, 122,* a quo castanea Corelliana nomen accepit *ibd. 15, 94; aetatis incertae.*

1044 CORELLIVS PANSA, consul a. 122 cum M'. Acilio Aviola. *In consulatu:* Corellius Pansa *VI 10048, ceterum* Pansa *fasti.*

1045 Q. CORELLIVS RVFVS *(plena nomina extant in dipl. mil. III S. XIV,* Corellius Rufus *sive* Corellius *apud Plinium), consul suffectus anno incerto,* legatus Germaniae (superioris) a. 82 *dipl.;* ab imp. Nerva emendis dividendisque agris praepositus collega Claudio Pollione *Plin. epist. 7, 31, 4.* Sponte decessit *(a. 97 vel 98)* annos natus sexaginta octo per triginta tres annos pedum dolore correptus *ibd. 1, 12.* — Maritus Hispullae, frater Corelliae, pater Corelliae Hispullae *ibd. 1, 12, 9; 7, 11, 3; 4, 17;* amicus Plinii *ibd. 4, 17, 8; 5, 1, 5; 9, 13, 6;* dictum de Domitiano *ibd. 1, 12, 8;* laudes mortui *ibd. 1, 12; 3, 3, 1; 4, 17, 4–10; 9, 13, 6.*

1046 CORELLIA, soror Corellii Rufi, uxor Minicii Iusti *Plin. epist. 7, 11,* ad quam Plinius scripsit *epist. 7, 14.*

1047 CORELLIA HISPVLLA, filia Corellii Rufi et Hispullae *Plin. epist.*

4, 17, 1 cf. 1, 12, 3. 9; ad eam scripsit Plinius *epist. 3, 3;* defensa a Plinio contra C. Caecilium consulem designatum a. 102/103 *ibd. 4, 17, 1,* filius eius *ibd. 3, 3 cf. 1, 12, 3.*

— AVFIDIVS CORESNIVS MARCELLVS.

— STATILIVS CORFVLENVS.

1048 Corinthus stupidus *Iuvenal. 8, 197.*

1049 T. Cornasidius Sabinus, T. f., tribu Fabia, egregiae memoriae vir; praefectus cohortis I Montanorum, tribunus legionis II Augustae, praefectus alae veteranorum Gallorum, subpraefectus classis praetoriae Ravennatis, procurator Alpium Atractianarum et Poeninarum iure gladii, procurator Augusti Daciae Apulensis; Laurens Lavinas; augur, aedilis, IIvir, quaestor, quinquennalis perpetuus, patronus coloniae (Falcriensium) *IX 5439 t. Faleriensis;* T. Cornasidius Vesennius Clemens filius *ibd.*

1050 T. Cornasidius Vesennius Clemens, T. Cornasidii Sabini filius, equo publico, Laurens Lavinas *IX 5439 t. Faleriensis.*

— RVFRIA OVINIA CORNELIANA *vide sub Ovinia.*

1051 CORNELIANVS, consul (suffectus) cum Aureliano idibus M[a]is circa a. 183 *VIII 10570.*

1052 Cornelianus, ad quem Plinius scripsit *epist. 6, 31.*

1053 Cornelianus, ab epistulis graecis imperatorum (= *Marci et Commodi*), cui Phrynichus dedicavit ἐκλογὴν ῥημάτων καὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν *Phryn. p. 1. 225. 379. 418 ed. Lobeck. Idem videtur* Cornelianus pater Metrophanis rhetoris *Suidas s. v.* Μητροφάνης.

— ATTIDIVS CORNELIANVS.

— L. ATTIDIVS CORNELIANVS.

— M. Attius Cornelianus.

— Aurunculeius Cornelianus.

— P. [CA]LPVR[N]IVS [PRO]C[LVS?] COR[N]ELIANVS.

— CLAVD[IVS?] .... CORNELI[ANVS?].

— L. CLAVDIVS PROCVLVS CORNELIANVS.

— Q. F(ABIVS) IVLIANVS OPTATIANVS L. FABIVS GEMINVS CORNELIANVS.

— M. Maenius Cornelianus.

— C. MARIVS PVDENS CORNELIANVS.

— L. MVMMIVS FELIX CORNELIANVS.

— L. OVINIVS RVSTICVS CORNELIANVS.

— P. POMPONIVS CORNELIANVS.

— T. Porcius Cornelianus.

— C. SERVAEVS FVSCVS CORNELIANVS.

— (SEXTIVS) CORNELIANVS.

— Sulpicius Cornelianus.

— Q. VOLVSIVS FLACCVS CORNELIANVS.

1054 Cornelius, ad quem Martialis scripsit *epigr. 1, 35; nomen non ficticium videtur.*

1055 Cornelius, miles Romanus, frater Longi *Ioseph. bell. 6, 3, 2.*
1056 Cn. Cornelius, architectus aetate Augusti *Vitruvius praef. l. I.*
1057 L. CORNELIVS, consul suffectus kal. Iuliis a. 722 = 32 a. C. *fasti min. IX CIL I² p. 66, min. X p. 68. — Dubium est, num idem sit atque L. Cornelius Balbus.*
1058 M. CORNELIVS ......, M. f., (augur?) cooptatus *VI 1976 = I² p. 60 in fragmento fastorum, quos propter unum hominem ad augures rettulit Borghesi. Neque magis certa est M. Cornelii huius aetas, a quo incipit* decuria II .....
1059 P. CORNE[LIVS] ...., legatus Augusti pro pr. (Germaniae superioris) *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1559. 1560.*
1060 P. Cornelius. *In versu ultimo t. Forulani mutili IX 4395 extat* P. Cornelio, *versus qui sequebatur erasus est. Incertum est, num fortasse consules memorati sint, ex quibus unus damnatus erat.*
1061 Q. CORNELIVS ....., inter pueros senatorum filios, qui Arvalibus ministraverunt anno 155 *VI 2086 acta Arvalium.*
1062 C(ORNELIVS?) AEMILIANVS CALPVRNIVS RVFILIANVS, [v(ir) c(larissimus)], [l]e[g](atus) Augustorum (Britanniae) *VII 98;* O. AEMILIANVS *traditur,* C(ornelius) *coniecit Hübner, sed vix unquam id nomen per* C *litteram singularem expressum est et utrum omnino littera an foliolum in lapide fuerit, plane incertum est.*
1063 T. CORNELIVS ANNEVS FVSCVS, salius Palatinus factus a. 170 *VI 1978.*
1064 P. CORNELIVS ANVLLINVS, consul II cum M. Aufidio Frontone anno 199. *Titulus ei positus est II 2073 Iliberritanus mutilus corr. II S. 5506 (1), ubi ordo honorum confusus est, memoratur in t. prope Carthaginem reperto VIII 1170 (2).*

In consulatu altero: P. Cornelius Anullinus *VI 2270, ceterum* Anullinus *fasti.* — P. Cornelius Anullinus *t. 1,* Cornelius Anullinus *t. 2, ceterum* Anullinus. — P. f., tribu Galeria *t. 1.* — Clarissimus vir *t. 2.*

Quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus provinciae Narbonensis, proconsul provinciae Baeticae, legatus legionis VII Geminae [p(iae) f(idelis)] *t. 1, consul I suffectus anno incerto ante a. 193,* proconsul provinciae Africae *t. 1. 2,* a. 193 *t. 2;* a. 194 dux Septimii Severi Pescennium Nigrum vicit *Dio 74, 7,* item legatus eius in expeditione Parthica a. 195 *id. 75, 3,* consul II a. 199 *fasti (in t. 1 errore iterationis nota deest),* praefectus urbi *(circa idem tempus) t. 1; in t. 1 praeterea leguntur non suo loco* [leg.] Aug. pr. pr. pro[v.] ...., curat. a[l]v[e]i et [rip. Tiberis]. — *Idem videtur* Anullinus ex amicis Severi, quos ditavit *(Vict.) Epitome 20, 6.*

1065 P. CORNELIVS ANVLLINVS, consul anno 216 cum P. Catio Sabino II. *In consulatu:* P. Cornelius Anullinus *III dipl. mil. 49,* Cornelius Anullinus *II 2221. 2663, XIV 2596, ceterum* Anullinus *fasti.*

Filius sine dubio P. Cornelii Anullini consulis II a. 199; idem

videtur Cornelius Anullinus, salius Palatinus, in cuius locum auguris facti alius cooptatur anno 201 *VI 1982. 1983.*

1066 P. COR(NELIVS) AN[VLLIN?]VS, legatus Augusti (Germaniae superioris) *Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum 1559 cf. quae adnotavit Haug Jahrbücher des Vereins der Alterthumsfreunde in den Rheinlanden LV. LVI (1875) p. 156. — Intellegi potest alter uter eorum qui praecedunt; at supplementum cognominis non certum est.*

1067 *CORN(ELIVS) AQVILA *III S. 6974 vide* Cornutus Aquila.

1068 CN. CORNELIVS AQVILIVS NIGER, legatus legionis I Minerviae piae fidelis, item *(sic)* proconsul Galliae Narbonensis, item sodalis Hadrianialis posuit *t. Bonnensem Brambach, Corpus inscriptionum Rhenanarum 463. — Si modo t. genuinus sit, legioni post proconsulatum praefuit; at vox* 'item' *perperam bis posita suspicionem movet.*

1069 CORNELIVS AQVINVS, legatus legionis una cum Fabio Valente Fontcium Capitonem legatum Germaniae inferioris occidit anno 68 *Tac. h. 1, 7.*

1070 CORNELIVS ARCHELAVS, vir clarissimus, patronus collegii sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi *VI 2010.*

1071 Cornelius Avitus (*libri plerique* Abitus) Chalcedonem urbem Gallieni aetate subversam postea reparavit *Iordanes Get. 20, 107.*

1072 Cornelius Balbus, praeses quidam vel dux imperatoris M. Aurelii Antonini *vit. Pescennii Nigri 4, 1–4 in epistula ficta.*

1073 L. CORNELIVS BALBVS, P. f., *acta triumph. Capitol. CIL* I^2 *p. 50,* filius fratris Cornelii Balbi maioris, Gaditanus cum patruo civitatem Romanam accepit *Plin. n. h. 5, 36.* Bello civili Caesar mense Martio a. 705 = 49 a. C. eum ad L. Lentulum consulem cum litteris cum mandatis cum promissione provinciae misit, ut Romam rediret *Cic. ad Att. 8, 9, 4; 8, 11, 5; 9, 6, 1; epistula eius ad Ciceronem de ea re data ibd. 8, 15 A;* litterae eius ad Ciceronem scriptae anno 707 = 47 memorantur *ibd. 11, 12, 2,* anno 709 = 45 *ibd. 12, 38, 2; 13, 49, 2.* Apud Dyrrachium castra Pompeianorum ingressus saepius cum Lentulo egit *Velleius 2, 51.* Anno 710 = 44 quaestor in Hispania C. Asinii Pollionis Gadibus rapinas caedesque exercuit et grandi pecunia coacta kal. Iuniis ad Calpen in regnum Bogudis se traiecit *Pollio apud Cic. ad Fam. 10, 32, 1–3.* Ludis, quos Gadibus edidit, praetextam de suo itinere ad L. Lentulum proconsulem sollicitandum posuit et, cum ageretur, flevit *id. § 3. 5.*

Ex privato consularis *Velleius l. l., qui si accurate scripsit, Balbus nullo magistratu post quaesturam functus inter consulares sedem obtinuit. Sed auctoris et opusculi indolis ratione habita concedi potest eundem fortasse esse* L. Cornelium consulem (suff.) a. 32 *vide supra n. 1057.* Proconsul Africae Garamantes vicit et VI k. April. a. 735 = 19 de Garamantibus triumphavit *acta tr., Velleius l. l., Plin. n. h. l. l. (inde Solin. 29, 7), Strabo 3, 5, 3 p. 169.* — Pontifex *Vell. l. l.* — Anno

741 = 13 a. C. theatrum Romae dedicavit spectaculis editis et tunc in honorem theatri Tiberius eum primum in senatu sententiam rogavit *Dio 54, 25;* theatrum Balbi memoratur *Sueton. August. 29, Tac. a. 3, 72, Plin. n. h. 36, 60, Dio 66, 24; Notitia region. urb. IX, Curios. region. IX;* *num* crypta Balbi *quae ibidem in regione IX memoratur, ad theatrum pertineat, incertum est. — Potest idem* esse Cornelius Balbus, qui de Hymenaeo citatur *Serv. Verg. Aen. 4, 127,* de rebus sacris ἐξηγητικῶν libro octavo decimo *Macrob. sat. 3, 6, 16.*

Ex posteris eius videtur L. Cornelius L. f. tribu Pob. Balbus Norbanus, *cui positus est V 3575 t. Veronensis.*

1074 Cornelius Bocchus, auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 16. 33. 34. 37;* citatur de rebus Hispaniae *ibd. 16, 216; 37, 24. 97. 127. Idem videtur* Bocchus, ex quo chronologica quaedam hausit *Solinus 1, 97; 2, 11. 18. Cf. n. 1075.*

1075 L. Cornelius Bocchus. *Tituli ei positi sunt Lusitani II 35 (1) Salaciensis, II S. 5184 (2) Caetobrigensis.* — L. Cornelius C. f. Bocchus *t. 1,* [L. C]ornelius C. f. (*traditur* L. f.) Bocchus *t. 2;* flamen provinciae (Lusitaniae), tribunus militum *t. 1. 2* legionis III Augustae *t. 2. — Vel idem atque auctor Plinii vel parentela cum eo coniunctus.*

1076 G. C(ORNELIVS?) CALP. RVFINVS, vir clarissimus *II 2395 a–d t. interpolati et lectionis dubiae.*

1077 Cornelius Capitolinus, rerum scriptor de Zenobia laudatur *vit. trig. tyr. 15, 8.*

1078 A. Cornelius Celsus. *Sic plene in inscriptionibus librorum de medicina,* Cornelius Celsus *sive* Celsus *apud scriptores.* Cornelium Celsum et Iulium Atticum auctores aetatis suae dicit *Columella 1, 1, 14; 3, 17, 4; 4, 8, 1;* (Iulius) Graecinus (qui a Caligula interemptus est *Tac. Agricola 4*) Celsum transcripsit *Plin. n. h. 14, 33, scilicet libros de agricultura confectos certe aetate Tiberii.* Sub Nerone (*circa a. 61 vel postea*) librum singularem de ratione belli contra Parthos gerendi scripsit *v. infra.* Cornelius Celsus, mediocri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripsit artibus (*scilicet quae ad philosophos atque oratores pertinent*), sed amplius rei militaris et rusticae et medicinae praecepta reliquit, dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus *Quintil. inst. 12, 11, 24.* Non solum agricolationis, sed universae naturae prudens vir *Col. 2, 2, 15.* Celsus libros suos a varietate rerum cestos vocavit *schol. Plaut. Bacch. 69.* Artium liber sextus *in libris manu scriptis primus de medicina inscribitur. — Singillatim memorantur:*

I) Libri quinque de re rustica sub Tiberio confecti *v. supra,* quibus totum corpus disciplinae complexus est *Col. 1, 1, 14 cf. 3, 17, 4; 4, 8, 1; 4, 10, 1; 9, 2, 1; citantur passim apud Columellam et Gargilium Martialem; Plinius iis usus est n. h. ind. l. 7. 8. 10. 11. 14. 15. 17–20. 31, laudat n. h. 10, 150; 20, 20; 21, 176; 27, 132. —*

II) Libri octo de medicina qui extant, scripti post libros de re rustica *cf. principium prooemii.* — III) De arte rhetorica scripsit *Quintil. 3, 1, 21; libri rhetorici citantur passim a Quintiliano, qui plerumque sententiis Celsi adversatur, et a Fortunatiano Rhet. min. ed. Halm p. 121.* — IV) Opiniones omnium philosophorum qui sectas varias condiderunt usque ad tempora sua, sex parvis voluminibus quidam Celsus absolvit; nec redarguit aliquem, sed tantum quid sentirent aperuit — — cum centum fere philosophos nominasset *Augustin. de haeres. prol. VIII ed. Bened. p. 3;* scripsit non parum multa *(de philosophia)* Cornelius Celsus Sextios *(Stoicos)* secutus, non sine cultu ac nitore *Quintil. 10, 1, 124, unde propter Sextiorum mentionem sequitur Celsum praeter opiniones philosophorum etiam alia philosophica edidisse.* — V) In iis qui latine de disciplina militari scripserunt, memoratur *Veget. de re mil. 1, 8, Ioann. Lyd. de magistr. 1, 47;* liber singularis eius de ratione belli contra Parthos gerendi *Lyd. ibd. 3, 33,* ubi expeditionis (Cn. Domitii) Corbulonis *(a. 60)* mentionem fecerat *Lyd. ibd. 3, 34.* — *Epigramma sub nomine eius fertur Anthol. lat. 899.*

1079 (CORNELIVS CETHEGVS), pater M. Cornelii Cethegi consulis a. 170, proconsul Asiae post a. 170 *Lucian. Demon. 30 cf. n. 1080.*

1080 M. CORNELIVS CETHEGVS, consul anno 170 cum C. Erucio Claro. *In consulatu:* M. Cornelius Cethegus *VI 1978, XI 619, ceterum* Cethegus *fasti.* — Cum Cethegus consularis per Graeciam in Asiam proficisceretur, ut apud patrem proconsulem Asiae legati munere fungeretur, multa ridicule fecit, ob quae Demonax eum inrisit *Lucian. vit. Demon. 31. Cum Lucianus vitam Demonactis sub finem imperii M. Antonini vel paulo post scripsisse videatur, haec cadunt in tempora Marci post a. 170.*

Anno 180 in locum Cornelii Cethegi salii Palatini alius cooptatus est *VI 1979; potest esse consul a. 170 (id quod perperam negavit Waddington, Fastes n. 152 cf. Marquardt, Staatsverwaltung III² p. 429 adn. 1) vel filius.*

1081 SER. CORNELIVS CETHEGVS, consul cum L. Visellio Varrone anno 24. *In consulatu:* Ser. Cornelius Cethegus *VI 10051, Frontin. de aquis 102, Dio ind. l. 57,* [Ser. Co]rnelius Cethegus *fasti Arvalium I² p. 71;* Ser. Cor. *I 765 in tessera gladiatoria;* Cornelius Cethegus *Tac. a. 4, 17, ceterum plerumque* Cethegus *fasti.* — Ser. filius *Dio l. l.*

1082 P. Cornelius Cicatricula, P. f., tribu Sab., primus pilus bis, praefectus equitum, praefectus classis, praefectus cohortium civium Romanorum quatuor in Hispania, tribunus militum; IIvir et IIvir quinquennalis, pontifex (Pisauri) *XI 6344 t. Pisaurensis publice positus.*

1083 L. (CORNELIVS) CINNA, frater Arvalis *in actis Arvalium a. inc. imperii ineuntis Augusti Ephem. ep. 8 p. 316. De homine nihil constat.*

1084 CN. CORNELIVS CINNA MAGNVS, consul anno 758 = 5 p. C. cum L. Valerio Messalla Voleso. — *Memoratur in t. liberti VI 1961 (1),*

dubium est, num ad hunc spectet fragmentum t. urbani Ephem. ep. 4, 819 (2).

In consulatu: Cn. Cornelius Cinna Magnus *fasti Capitolini, Dio ind. l. 55,* Cn. Cinna Magnus *II 1343, VI 851. 10294,* Cn. Cinna *fasti min. XI CIL I² p. 68, Cassiodor., ceterum plerumque* Magnus *fasti.* — (Cn. Cornelius) Magnus *t. 1,* Cn. Cinna ... *t. 2;* Cn. Cornelius *Dio 55, 14;* L. Cinna *Seneca de clem. 1, 9, 2. 6 (errore auctoris ut videtur),* Cinna *id. de benef. 4, 30, 2.*

L. f. *fasti Cap., Dio ind.;* Magni Pompei nepos *fasti Cap., Seneca clem. 1, 9, 3* ex filia *Dio 55, 14,* filius ergo L. Cornelii Cinnae (praetoris a. 710 = 44) et Pompeiae Magni filiae. Bellis civilibus contra C. Caesarem (filium) pugnavit, sed captus veniam victoris, patrimonium, sacerdotium obtinuit *Seneca l. l. § 8.* Anno 4 p. C. contra Augustum coniuravit; coniuratione detecta hic non solum ei ignovit, sed etiam consulem designavit *Seneca clem. 1, 9, ben. 4, 30, 2, Dio 53, 14–22.* Consul anno 5 p. C. *fasti.* Mortuus est imperante Augusto, qui solus heres ei fuit *Seneca clem. 1, 9, 12.*

1085 SEX. CORNELIVS CLEMENS. *Tituli: ei positus est VIII 9365 (1) Caesariensis, memoratur in t. Troesmensi III S. 7505 (2).*

Tria nomina exhibet t. 1, Cornelius Clemens *t. 2.* — Sex. f., tribu Fal. *t. 1.* — Clarissimus vir *t. 2.* — Consularis et dux trium Daciarum *t. 1. 2,* anno 170 *t. 2.*

— CN. PINARIVS CORNELIVS CLEMENS.

1086 Cor[nelius] Dexter, proc(urator) Gal(liarum?) et Ger(maniarum?) *memoratur in t. Attico* b(eneficiarii) *III 553.*

1087 Cornelius Dext[er] *nescio quis recensetur in laterculo quodam urbano inedito una cum Quintillo, [Pi]sibanio Lepid[o], [C]urtio Crispino.*

1088 Sex. Cornelius Dexter. *Tituli Saldenses: ei positus est VIII 8934 (1), ipse dedicavit 8925 (2).*

Sex. Cornelius Dexter *t. 1. 2,* Sex. f, tribu Arn. *t. 1. 2. Originem Saldis traxisse confirmat t. VIII 8935, ubi* Sex. Cornelius L. f. Arn. Dexter Maximus et Sex. Cornelius Sex. f. Arn. Dexter Petronianus statuas propatrui sui restituerunt.

Praefectus fabrum III, praefectus cohortis V Raetorum, tribunus legionis VIII Augustae, praefectus alae I Augustae geminae colonorum, praefectus classis Syr(iacae), *(in hac praefectura)* donis militaribus donatus a divo Hadriano ob bellum Iudaicum hasta pura et vexillo, procurator Neaspoleos et Mausolei (Alexandreae) *t. 1;* iuridicus Alexandreae *t. 1. 2;* procurator Asiae *t. 1;* patronus coloniae (Saldensium) *t. 1.* — P. Blaesius Felix adfinis, qui dedicavit *t. 1.*

1089 CORNELIVS DOLABELLA, ἐπιφανὴς νεανίσκος ἐν τοῖς Καίσαρος ἑταίροις Alexandreae a. 724 = 30 a. C. *Plutarch. Anton. 84.* — *Vix potest esse cos. a. 10 p. C., quippe qui a. 47 p. C. in vivis fuerit, neque veri simile est iuvenem nobilem comitem Caesaris post quadraginta demum*

annos consulatum adeptum esse. Itaque statuendum erit Dolabellam cos. a. 10 non filium, ut Dittenberger Ephem. ep. 1 p. 254 posuit, sed nepotem cos. a. 710 = 44 a. C. fuisse. — Fortasse ad hunc pertinet t. CIA III 591. Quod si recte ponitur Dolabella Plutarchi fuit P. Cornelius P. f. Dolabella praetor.

1090 CN. CORNELIVS DOLABELLA. Cn. Dolabella *Sueton. Galba 12*, Cornelius Dolabella *Tac. h. 1, 88*, Dolabella *Tac. h. 2, 63. 64, Plutarch. Galba 23, Otho 5.*

Filius ut videtur P. Dolabellae cos. a. 10. Erant qui adoptionem eius Galbae suaderent *Plutarch. Galba 23;* Galbae imperatori suspectus *Sueton. l. l.* Ab Othone imperatore a. 69 in coloniam Aquinatem sepositus nullum ob crimen, sed vetusto nomine et propinquitate Galbae monstratus *Tac. h. 1, 88, Plutarch. Otho 5.* Post mortem Othonis Romam reversus iussu Vitellii Interamnae occisus est *Tac. h. 2, 63–64.* — Petronia A. Vitellii, dein Dolabellae nxor *ibd. 64. Filius eorum est Ser. Cornelius Dolabella Petronianus n. 1096.*

1091 P. CORNELIVS DOLABELLA, P. f., praetor *CIA III 591 cf. n. 1089.*

1092 P. CORNELIVS DOLABELLA, consul a. 10 p. C. cum C. Iunio Silano. *Tituli: in legatione Illyrici ei posuerunt* civitates superioris provinciae Hillyrici *t. Ragusanum III 1741 (1), memoratur in t. Iadestino III 2908 (2), in t. Dalmatico III S. 9967 (3), in miliariis Dalmaticis III 3198. 3199 = III S. 10156 (4). 10157 (5).*

Nummi oppidi incerti provinciae Africae I) in adversa caput Tiberii exhibent cum inscriptione a) Ti. Cae. divi Aug. f. Aug. imp . . . ., *in aversa* Permis(su) P. Corneli Dolabellae pro cos. C. P. CAS. D. D, *in campo* C. P. I. *Müller, Numismatique de l'ancienne Afrique II p. 156 n. 336, Mionnet VI p. 584 n. 22, Cohen I² Tiberius n. 220; b)* Ti. Cae. divi Aug. f. Aug. imp. VIII cos. IIII, *in aversa* Permis. P. Dolabellae pro cos. C. P. G. CAS. D. D *in campo* C. P. I. *Müller n. 335, Mionnet n. 23, Cohen n. 219; c) idem atque nummus b nisi quod in aversa exhibet* C. P. GAVIO CAS. *Müller n. 337, Mionnet n. 24, Cohen n. 221; d) item similis nummo b, in aversa aliam imaginem et litteras* C. P. G. CAS. *exhibet Müller n. 338, Mionnet n. 25, Cohen n. 218 vel* C. P. GAVIO CASCA *Müller n. 339. II) In adversa caput Drusi et inscriptionem* Druso Caesari *exhibent, in aversa* Perm. Dolabellae pro cos. C. P. G. CAS. *Müller n. 340, Mionnet n. 28, Cohen Drusus n. 16.*

In consulatu: P. Cornelius Dolabella *fasti Capitolini, Dio ind. l. 56, VI 1384,* [P. Corn]elius Dolabella *fasti min. XVI CIL I² p. 72;* P. Dolabella *kalend. Praenest. I² p. 231, Cassiodor., ceterum* Dolabella *fasti. — In nummis:* P. Cornelius Dolabella *I a,* P. Dolabella *I b. c. d,* Dolabella *II.* — P. Cornelius Dolabella *t. 1. 2. 3,* P. Dolabella *t. 4. 5.* — P. Dolabella *sive* Cornelius Dolabella *Tacitus,* Dolabella *Velleius.*

P. f. P. n. *fasti Cap.,* P. f. *Dio ind. l. 56, VI 1384; nepos videtur P. Dolabellae consulis a. 710 = 44 cf. n. 1089.* — Consul *t. 1,* anno 10 p. C.

fasti. Legatus pro pr. divi Augusti et Ti. Caesaris Augusti (superioris provinciae Illyrici) *t. 1,* leg. pro pr. *t. 2. 3. 4. 5;* cum Augusto mortuo Germaniae Pannoniaeque exercitus rebellarent, Dolabella in maritima parte Illyrici omnia in summa pace et quiete continuit *Velleius 2, 125; in t. 4 indicatur a. 16/17, in t. 2 a. 18/19, a Dolabella praeterea positi esse videntur miliarii III 3200. 3201, quorum, posterior et ipse indicat a. 18/19. Praefuit ergo Illyrici parti ei quae postea Dalmatia provincia fuit, inde ab a. 14 usque ad a. 18/19.* — Annis 20 et 21 Romae in senatu sententiam dixit *Tac. a. 3, 47. 69.* Proconsul Africae *nummi,* annis 23—24 Tacfarinatem devicit *Tac. a. 4, 23–26; per biennium eum provinciam rexisse apparet ex Tac. a. 4, 23 collato a. 3, 74.* — Anno 27 cum Domitio Afro Quinctilium Varum propinquitate conexum accusavit *ibd. 4, 66.* Anno 47 in senatu sententiam dixit *ibd. 11, 22.* — VIIvir epulo, sodalis Titialis *t. 1.*

1093 P. CORNELIVS DOLABELLA *nescio quis memoratur in titulis libertorum VI 5864. 10103.*

1094 SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS. *Tituli: memoratur in t. Corfiniensibus IX 3152 (1). 3153 (2); ipse posuit nutrici urbanum VI 16450 (3).*

Plena nomina exhibent t. 1. 3, ... rneli Dolabellae Metiliani *t. 2.* — Consul *t. 1 suffectus anno incerto saeculi II ineuntis; nam* M. Atilius Bradua cos. et M.' Acilius Aviola cos. bonorum possessores eius *in t. 1 sunt consules a. 108 (cf. A 1083) et a. 122 (cf. A 42), ut inde sequitur, quod* Ser. Cornelius Dolabella Metilianus Pompeius Marcellus quaestor divi Traiani *in t. 2 frater vel filius nostri intellegendus esse videtur.*

1095 SER. CORNELIVS DOLABELLA METILIANVS POMPEIVS MARCELLVS. *Tituli Corfinienses: ei publice positus est IX 3154 (1), ipse posuit 3153 (2) mutilum.*

Plena nomina exhibet t. 1, ... cellus *t. 2.* — Ser. filius, P. nepos, P. pronepos, P. abnepos *t. 1.*

IIIvir aere argento auro flando feriundo, salius Palatinus *t. 1. 2,* quaestor divi Traiani Parthici, sevir equitum Romanorum turmae III, praetor, consul *(suffectus anno incerto sub Hadriano),* flamen Quirinalis; patronus Corfiniensium *t. 1.*

Frater vel filius videtur Ser. Cornelii Ser. f. Dolabellae Metiliani n. 1094 qui memoratur in t. 2; ut fuerit frater, cum noster dicatur P. nep., *non possunt esse filii Ser. Cornelii Dolabellae Petroniani, ut statuit Mommsen ad IX 3152, quippe quem filium fuisse Cn. Cornelii Dolabellae et Petroniae paene certum videatur.*

1096 SER. CORNELIVS DOLABELLA PETRONIANVS, consul a. 86 cum Domitiano Aug. XII, ex XI kal. Febr. cum C. Secio Campano. *In consulatu:* Sex. *(sic)* Cornelius Dolabella Petronianus *III dipl. 13,* Ser. Cornelius Dolabella *VI 398. 2064, Censorin. 18, 15;* Cornelius

Dolabella *vit. Pii 1, 8,* . . . . . . nelio Dolabella *VI 815, ceterum* Dolabella *fasti.* — *Filius est Cn. Dolabellae (n. 1090) et Petroniae, ut nomina docent.*

1097 [CORNELIVS DOLA]BELLA VERANIANVS, unus ex pueris senatoriis, qui Arvalibus ministraverunt anno 105 *VI 2075 acta Arvalium.*

1098 L. Cor(nelius) Domitianus, pater Cor(neliae) Domitiae *memoratur in t. filiae Melio Athenische Mittheilungen I (1876) p. 247 n. 3,* εὐεργέτης τῆς πόλεως; *fortasse homo nobilis.*

1099 P. CORNELIVS FELIX ITALVS, quaestor provinciae Siciliae, tribunus plebis, praetor, legatus provinciae Achaiae, iuridicus per Flaminiam et Vmbriam *(non ante imperatorem Marcum);* patronus Arimini *XI 377 t. Ariminensis.*

1100 SEX. CORNELIVS FELIX PACATVS, C. fil., tribu Quirina, IIIIvir viarum curandarum, tribunus laticlavius legionis III Cyrenaicae; patronus coloniae (Simitthu) *VIII S. 14559 t. Simitthensis publice positus.*

1101 CORNELIVS FIDVS, Ovidii Nasonis gener in senatu flevit, cum (Domitius) Corbulo eum struthocamelum depilatum dixisset *Seneca dialog. 2, 17, 1.*

1102 M. CORNELIVS FIRMVS, curator aquarum inter tres curatores tertio loco memoratur, quorum primus est A. Didius Gallus *(secundum Frontinum de aquis 102 curator aquarum a. 38—49) VI 1248.*

1103 CORNELIVS FLACCVS, legatus legionis sub Cn. Domitio Corbulone anno 58 *Tac. a. 13, 39.*

1104 Q. Cornelius Flaccus *nescio quis in t. servi dispensatoris VI 9366; titulus, qui ibi ex exemplis antiquis repetitus est, postea cum lapis in lucem rediisset, tamquam novus editus est Notizie degli scavi 1892 p. 160.*

1105 Q. Cornelius Flaccus Numisius Noricus . . . . . *(periit fortasse* Iunior) *honoratus t. Attidiano XI 5672, quem posuit* Q. Camurius Numisius Iunior *cf. supra n. 316.*

1106 M. CORNELIVS FRONTO. *Tituli: ei ante consulatum posuerunt* municipes Calamenses *VIII 5350 (1) Calamensem, memoratur in t. M. Aufidii Frontonis pronepotis Pisaurensi XI 6334 (2); ad eum et fratrem spectare videntur fistulae plumbeae urbanae Lanciani, sylloge aquaria n. 44 (3)* Cornelio(rum) Front(onis) et Quadra[ti] *et n. 45 (4)* Corneli. Fronto. et Quadrati.

M. Cornelius Fronto *t. 1. 2, Marcus apud Fronton. p. 26 ed. Naber,* Cornelius Fronto *t. 3. 4;* M. Fronto *Gellius 2, 26, 1, Sidon. Apollinar. epist. 8, 10, ceterum* Cornelius Fronto *sive* Fronto. — T. f., tribu Quirina *t. 1.* Originem Cirtensem ipse testatur *p. 200. 201 cf. p. 122. 242;* Cirtensis noster *(nomine non allato) Minuc. Octav. 9, 6.*

IIIvir capitalis, quaestor provinciae Siciliae *t. 1* imperante Hadriano, quem in senatu saepe orationibus laudavit *Fronto p. 25;* aedilis plebis,

praetor *t. 1;* consul *t. 2, Fronto ad Marcum Caes. 1, 7, 8 p. 18, passim libro II ad eundem, Gellius 2, 26, 1;* consul suffectus a. 143 (cum Marcus duos et viginti annos natus esset *Fronto p. 23)* ex kalendis Iuliis usque ad kalendas Septembres *Fronto p. 32. 34. 254, Ausonius grat. act. 7, 32. 33;* gratiarum actionem in senatu idibus Augustis se recitaturum esse scribit *p. 25 cf. ad Pium 1, 2 p. 163, ad Marcum Caes. 2, 2 p. 27.* Circa a. 155 Asiam provinciam proconsularem sortitus valetudine coactus se excusavit *ad Pium 8 p. 169 cf. ad Marcum Caes. 5, 36 p. 86.* Mortuus est imperante Marco non ante a. 175 *cf. p. 161:* 'nummum Antonini aut Commodi aut Pii'. Frontoni statuam Marcus a senatu petiit *vit. Marci 2, 5.*

Discipulus Athenodoti et Dionysii *p. 73. 154. 244.* Causarum celeberrimus actor sub Hadriano *Dio 69, 18;* causas sub Pio actas memorat *p. 83. 86. 169. 252.* Orationes in laudes Hadriani habitae et gratiarum actio de consulatu *v. supra;* oratio in Herodem Atticum sub Pio dicta *p. 42. 138 (cf. supra p. 375);* sub Marco et Vero tertia pro Demonstrato Petiliano *p. 111. 137,* pro Bithynis *p. 183;* praeterea memoratur oratio pro Ptolemacensibus *Charisius Gramm. Lat. I p. 138, 11,* in Pelopem *Sidon. Apoll. epist. 8, 10,* in Christianos *Minuc. Octav. 9, 6,* gratiarum actionis pro Carthaginiensibus frustula extant *p. 260.* — Magister M. Aurelii et L. Veri *Dio 71, 35, vit. Marci 2, 5, Veri 2, 5, Eutrop. 8, 12, Hieronym. chron. ad a. Abr. 2180, vir. ill. 24 t. II p. 851 ed. Vallarsi, Marcus εἰς ἑαυτόν 1, 11, Fronto passim.*

Gratia uxor *p. 32. 48,* de cuius morte queritur *epistula ad M. Aurelium Augustum de nepote amisso p. 236 et ad L. Verum Augustum 2, 9 p. 137, quae scripta est postquam Verus e Syria rediit; uxor ergo mortua est intra a. 166–168.* Quinque liberos amisit *p. 232.* Gratiam filiam unicam C. Aufidio Victorino despondit *p. 200; de nepotibus ex filia sublatis cf. supra A 1160.* — Frater Frontonis *p. 32. 134. 235, vide sub Cornelio Quadrato.*

Omissis locis quibus verba Frontonis afferuntur, memoratur Gell. 13, 28, 2; 19, 8; 19, 10; 19, 13, Minuc. Octav. 31, 2, Panegyr. 5, 14, Hieronym. epist. 125, 12 I p. 934 ed. Vallarsi, Macrob. sat. 5, 1, 7, Martian. Cap. 5, 432, Artemidor. de somn. 4, 22, Sidon. Apollinar. epist. 8, 3, 3, Claudian. Mamert. epist. ad Sap. p. 206 ed. Vindobonensis.

1107 Cornelius Fuscus, procurator in Pannonia anno 69, vigens aetate, claris natalibus; prima iuventa quaestus cupidine senatorium ordinem exuerat; idem pro Galba dux coloniae suae eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus acerrimam belli facem praetulit *Tac. h. 2, 86;* praefectus classis Ravennatis a militibus destinatus *ibd. 3, 12;* postquam Flaviani urbe potiti sunt *(mense Decembri a. 69),* praetoria insignia ei ob res contra Vitellianos gestas *(cf. h. 3, 4. 42)* decernuntur *ibd. 4, 4.*

Praefectus praetorio sub Domitiano *Sueton. Domitian. 6, Eutrop.*

7, 23, Lydus de magistrat. 2, 19; 3, 22; in secunda expeditione Dacica Domitiani, qui ei belli summam commiserat, a Dacis victus et occisus est *Sueton., Eutrop. l. l., Orosius 7, 10, Petrus Patric. FHG. IV fragm. 4 p. 185, schol. ad Iuvenal. 4, 112, Iordanes Get. 13, 77;* in mortuum epigramma *Martial. 6, 76.*

Adfuit consilio Domitiani de mullo *Iuvenal. 4, 112. — Nominatur Tac. h. 3, 66, Dio 68, 9.*

1108 Cornelius Gallicanus, cuius mulier anno 65 infantem capite Anubidis peperit *Phlegon fragm. 52 FHG. III p. 622. Fortasse pater eius qui sequitur.*

1109 C. CORNELIVS GALLICANVS *memoratur in t. cornicularii prope Genavam reperto XII 2602 (1), in dipl. mil. III S. XVI (2), in tabula alimentaria Veleiate XI 1147, 2, 37; 3, 12; 5, 38. 56; 7, 31 sqq. (3).*

C. Cornelius Gallicanus *t. 2,* Cornelius Gallicanus *t. 1. 3.* — Legatus Augusti anno 83 *t. 1, scilicet provinciae Lugdunensis ut ex contextu tituli et loco, ubi repertus est, apparet.* Consul (suffectus) a. d. III nonas Sept. a. 84 cum C. Tullio Capitone Pomponiano Plotio Firmo *t. 2.* Vt ex indulgentia optimi maximique principis imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici pueri puellaeque alimenta accipiant, obligationes praediorum facit *t. 3 ante annum 102.*

1110 CORNELIVS GALLVS, praetorius in venere mortuus *Valer. Max. 9, 12, 8, Plin. n. h. 7, 184 aetatis incertae.*

1111 C. Cornelius Gallus. *Tituli: ipse posuit mense Aprili a. 725 = 29 a. C. in insula Philis trilinguem Sitzungsberichte der Berliner Akademie 1896 p. 469 sqq. (1); ad eundem referendus videtur urbanus Bullettino comunale 1886 p. 332 n. 1367 (2):* C. Cornelius Galli libert. Hermia.

C. Cornelius Gallus *t. 1. 2, pars librorum Eutropii 7, 7 et Paeanius, item ex Eutropio Hieronym. chron. ad a. Abr. 1985;* Cn. Cornelius Gallus *libri Eutropii meliores, ceterum* Cornelius Gallus *sive* Gallus. — Cn. f., eques Romanus *t. 1.*

Foroiuliensis mortuus XLIII aetatis suae anno *Hieronym. ad a. 1990; natus igitur a. 685 = 69 a. C.* Condiscipulus Vergilii *Probus in Verg. ecl. p. 6 ed. Keil.* Ex infima fortuna ab Augusto provectus *Sueton. August. 66.* Dux Caesaris anno 724 = 30 in Aegypto rem contra Antonium gessit *Dio 51, 9, Plutarch. Anton. 79, Orosius 6, 19.* Eodem anno primus praefectus Aegypti nuncupatus *Sueton. l. l., Eutrop. 7, 7 (inde Hieronymus 1985), Ruf. Fest. 10; Dio 51, 17, Serv. Verg. ecl. 10, 1;* pos[t] reges a Caesare Deivi f. devictos praefect[us Alex]andreae et Aegypti primus defectioni[s] Thebaidis intra dies XV, quibus hostem v[icit bis a]cie victor V urbium expugnator (τὰς μὲν ἐξ ἐφόδου, τὰς δὲ ἐκ πολιορκί[ας] καταλαβόμενος *t. 1 graece sriptus*): Bore[se]os, Copti, Ceramices, Diospoleos Meg[ales, Op]hieu, ducibus earum defectionum interf[e]ctis, exercitu ultra Nili catarhacte[n transd]ucto, in quem locum neque populo Romano neque regibus Aegypti

[arma ante s]unt prolata Thebaide communi omn[i]um regum formidine subact[a] (σὺν τῇ στρατιᾷ ὑπεράρας τὸν καταράκτην ἀβάτου στρατ[οῖς χώ]ας πρὸ αὐτοῦ γενομένης καὶ σύμπασαν τὴ[ν] Θηβαΐδα μὴ ὑποταγεῖσαν τοῖς βασιλεῦσιν [ὑποτάξ]ας), leg[atis re]gis Aethiopum ad Philas auditis eoq[ue] rege in tutelam recepto tyrann[o] Tr[iakontas]choen[i] .... Aethiopiae constituto — — [d(onum) d(at)] ([τύ]ραννόν τε τῆς Τριακοντασχοίνου τοπαρχία[ς] μιᾶς ἐν Αἰθιοπίᾳ καταστήσας) *t. 1.* Γάλλος μέν γε Κορνήλιος, ὁ πρῶτος κατασταθεὶς ἔπαρχος τῆς χώρας ὑπὸ Καίσαρος, τήν τε Ἡρώων πόλιν ἀποστᾶσαν ἐπελθὼν δι' ὀλίγων εἷλε, στάσιν τε γενηθεῖσαν ἐν τῇ Θηβαΐδι διὰ τοὺς φόρους ἐν βραχεῖ κατέλυσε *Strabo 17, 1, 53 p. 819;* Thebae Aegypti usque ad solum erutae *Hieronym. ad a. Abr. 1990 = 727 = 27 cf. Euseb. arm. ad a. 1991 (vel 1992), Syncell. p. 583, 18;* exhausit civitatem (Thebas) plurimis interceptis *Ammian. 17, 4, 5. Expeditionem contra Thebaida finitam esse vere ineunte a. 725 = 29 docet t. 1 aegyptiace scriptus, cuius initium vertit Erman l. l. p. 474:* 'im Jahre 1 im 4. Wintermonat *(dem sogenannten Pharmuthi)* am 20. Tage' *etc. id est mense Aprili a. 725.*

Statuas sibi per universam Aegyptum posuit *(cuius rei testis est t. 1)* et acta sua in pyramidas inscripsit *Dio 53, 23.* Cum multa perperam fecisset, revocatus *(a. 727 vel 728 = 27/26)* et a Valerio Largo accusatus est; Augustus ei ob ingratum et malivolum animum domo et provinciis suis interdixit; post id senatus consulto damnatus se interemit anno 728 = 26 *Sueton., Dio, Ammian. l. l., Hieronym. 1990, Serv. Verg. ecl. 10, 1.*

Cytheridem mimam cum Bruto et Antonio amavit *de vir. ill. 82, 2,* meretricem Volumnii libertam, quae eo spreto Antonium euntem ad Gallias est secuta *Serv. Verg. ecl. 10, 1, fragmenta Bobiensia Grammat. Lat. VII p. 543;* Cytheridem sub Lycoridis nomine carminibus celebravit *Verg. ecl. 10, Ovid. trist. 2, 445, amor. 1, 15, 29, Propert. 3, 34, 91, Martial. 8, 73, 6;* poeta eximius, nam et Euphorionem transtulit in latinum sermonem *(cf. Prob. in Verg. ecl. 10, 50* Euphorionis colorem secutus videtur Cornelius Gallus) et amorum suorum de Cytheride scripsit libros quattuor *Serv. l. l.;* inter poetas elegiacos celeberrimos nominatur *Ovid. ars am. 3, 334, trist. 4, 10, 53; 5, 1, 17;* durior (Tibullo et Propertio) *Quintilian. 10, 1, 93.* Versus affertur *a Vibio Seq. p. 5, 21 ed. Bursian.*

Familiaris Asinii Pollionis *Asin. apud Cic. ad Fam. 10, 32,* Caecilii Epirotae *Sueton. de gramm. 16.* Amicus Vergilii *vit. Verg. Val. Probi p. 53 ed. Reifferscheid, Donati p. 59, Plocae p. 70 v. 31, Serv. l. l.;* Vergilius ad eum scripsit eclogam decimam, eum celebrat *ecl. 6, 64 sqq.* Fuit amicus Vergilii adeo, ut quartus georgicorum liber a medio usque ad finem eius laudes teneret, quas postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutavit *Serv. ecl. 10, 1, georg. 4, 1. At vitam Vergilii fabulis posteriorum refertam esse satis constat et prorsus incredibile*

est Vergilium dimidium fere libri quarti, ubi de apibus agit, laudibus Galli complevisse. Gallo dedicavit Parthenius libellum περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων *Parthen. praef.*

Memoratur Ovid. amor. 3, 9, 64, remed. am. 765. — Corneliana charta a Cornelio Gallo praefecto Aegypti primum confecta *Isidor. orig. 6, 9 = Sueton. rel. p. 132.* — Oratio Labieni sive illa Cornelii Galli est in Pollionem *Quintilian. inst. 1, 5, 8.*

1112 P. CORNELIVS GEMINVS, frater Arvalis adfuit in collegio a. 119. 122 *VI 2079. 2081 acta Arvalium.*

1113 Cornelius Hispanus, rhetor aetate Augusti; sententiae eius et colores *passim apud Senecam rhetorem cf. indicem Kiesslingii.*

1114 Sex. Cornelius Honoratus. *Tituli ex testamento eius positi sunt Portumagnenses VIII 9760 (1) ipsi, 9757 (2) Getae Caesari dedicatus.*

Sex. fil., tribu Quirina, Portumagnensis *t. 1*, egregiae memoriae vir *t. 1. 2.* — Militiis equestribus exornatus *t. 1;* procurator *t. 1. 2*, Severi et Antonini *t. 2*, sexagenarius provinciae Mesopotamiae *t. 1;* obiit sub Severo *t. 2.*

1115 Cornelius Labeo primo Fastorum libro citatur *Macrob. 1, 16, 29*, de oraculo Apollinis Clarii *id. 1, 18, 21*, de dis Penatibus *id. 3, 4, 6*, Labeo in libris de dis animalibus *Serv. Aen. 3, 168*, καθολικὴ ἐπιτήρησις πρὸς σελήνην περὶ κεραυνῶν καὶ ἄλλων καταστημάτων ἐκ τῶν Λαβεῶνος *Ioann. Lyd. ostent. 42 cf. Wachsmuth praef. p. XXIII. Citatur praeterea passim apud Augustinum, Lydum, Macrobium. Fragmenta collegit G. Kettner programmate Portensi 1877 p. 19–31 cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 390[5].*

1116 Cornelius Laco, ex assessore praefectus praetorio imperatoris Galbae anno 68 *Sueton. Galba 14, Tac. h. 1, 13. 19, Plutarch, Galba 13;* summa apud Galbam potentia, arrogantia socordiaque intolerabilis *Sueton. l. l., Tac. h. 1, 6. 13;* res ab eo anno 69 actae *Tac. h. 1, 14. 19. 26. 33. 39, Plutarch. G. 26;* una cum Galba occisus ab Othone *Tac. h. 1, 46, Plutarch. G. 27.* — *Memoratur Plutarch. G. 29, (Vict.) Epitome 6, 2.* — IMP. CAESAR VLP(IVS) COR(NELIVS) LAELIANVS AVG.

1117 Cornelius Latinianus, cui divus Hadrianus rescripsit *Vlpianus Digest. 48, 5, 28, 6.*

1118 (CORNELIVS) LENTVLVS. 'Quis tibi Maecenas, quis nunc erit aut Proculeius aut Fabius? quis Cotta iterum, quis Lentulus alter?' *Iuvenal. sat. 7, 94–95, ubi apparet imperatoriae aetatis homines nobiles patronos poetarum memorari. Cogitari potest de Cn. Cornelio Lentulo Gaetulico cos. a. 26 (vide infra), qui fuit et ipse poeta.*

1119 (CORNELIVS) LENTVLVS, homo nobilis, maritus adulterae *Iuv. 6, 78–81.*

1120 (CORNELIVS) LENTVLVS, homo nobilis, qui Laureolum mimum egit *Iuvenal. 8, 187–188;* deprehensus in falso cruci fixus est *hariolari videtur schol. verbis Iuvenalis* 'indice me dignus vera cruce' *male intellectis.*

1121 CN. CORNELIVS LENTVLVS, consul anno 736 = 18 a. C. cum P. Cornelio Lentulo Marcellino. *In consulatu:* Cn. Cornelius Lentulus *Dio index l. 54*, Cn. C[ornelius] *fasti min. VII CIL I² p. 64*, Cn. Le[ntulus] *fasti min. VIII p. 65;* Cn. Lentulus *Monument. Ancyr. lat. 1, 37 = graec. 3, 12, lat. 3, 40 = graec. 9, 21, Dio 54, 12, Cassiodor., ceterum* Lentulus *fasti.* — Cn. Lentulus *apud Tacitum, ceterum* Lentulus.

L. filius *Dio ind. l. 54.* Consul *Tac. a. 4, 44*, anno 736 = 18 a. C. *fasti.* Legatus Augusti contra Dacos Danuvium transgressus exercitum duxit et Sarmatas a Danuvio prohibuit *Florus 2, 28. 29;* triumphalia de Getis (degetes *lib. Mediceus*) meruit *Tac. a. 4, 44 cf. Mommsen, Res gestae divi Aug. p. 131².* Anno 14 p. C. aetate et gloria belli insignis Drusum in Illyricum comitatus est *Tac. a. 1, 27.* Annis 16 et 22 in senatu sententias dixit *ibd. 2, 32; 3, 68.* Anno 24 extremae senectutis intimus Tiberii amicus accusatus, sed statim exemptus est *ibd. 4, 29, Dio 57, 24.* Anno 25 obiit; praeter consulatum et ornamenta triumphalia gloria fuerat paupertas bene tolerata, dein magnae opes innocenter partae et modeste habitae *Tac. a. 4, 44. Eius filius videtur Cossus Cornelius Lentulus cos. a. 753.*

1122 CN. (CORNELIVS) LENTVLVS *memoratur in t. Vrbinate XI 6058 duobus exemplis servato:* T. Mario Siculo — — tr. mil. leg. XII, praef. duor(um) prin(cipum) *[haec unum exemplum exhibet, omisit alterum]*, praefect(o) in cl(asse?) Cn. Lentuli praet(oris) in Sicilia. *Titulum ad Augusti aetatem rettulit Bormann verba* praef. duor. prin. *interpretatus* Augusti et Agrippae. *Quae interpretatio quamquam ferri nullo modo posse mihi videtur atque de lectione tradita dubitandum esse, tamen titulum propter vocem 'praetoris' ad aetatem Augusti ineuntem pertinere et ipse putarim.*

1123 CN. CORNELIVS LENTVLVS *nescio quis honoratus t. Attico CIA III 585 aetatis imperatoriae ineuntis.*

1124 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, consul anno 753 = 1 a. C. cum L. Calpurnio Pisone. *Nummi eius Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 430: a)* Augustus ℞ Cossus Cn. f. Lentulus, *b)* Augustus cos. XI ℞ M. Agrippa cos. ter. Cossus Lentulus. — *Memoratur in t. M. Iunii Silani pronepotis VI 1439.*

In consulatu: Cossus Cornelius Lentulus *Dio ind. l. 55, V 3257, CIG 2943;* Cossus Cornelius *VI 8738. 10395*, Cossus Lentulus *Cassiodor., ceterum* Lentulus *fasti.* — Cossus Lentulus *nummi*, Cossus Cornelius *Dio 55, 28*, Cossus *Velleius 2, 116, Florus 2, 31, Orosius 6, 21, Seneca epist. 83, 15.* Gaetulici nomen eum sumpsisse *dicunt Dio et Florus l. l., et Velleius:* 'sed Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit'; *quamquam haec verba minus perspicua etiam ita interpretari licet, ut Velleium dicere voluisse ponamus Cossum quidem ipsum abstinuisse usu cognominis, indulsisse filio; utrum re vera gesserit an non, monumentis non diiudicatur. Filius maior*

natu consul a. 25 semper dicitur Cossus Cornelius Lentulus, *minor consul a. 26* Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus, *ita ut pater illi praenomen, huic cognomen victoria paterna partum indidisse videatur.* — Cossus *in tit. pronepotis.*

Perperam et huic et filio maiori vulgo praenomen Gnaei tribui solet. Sed et in his et in aliis Cossis Lentulis, de quibus infra agemus, testimonia monumentorum scriptorumque ad unum omnia consentiunt Cossum fuisse tunc temporis praenomen. Ut enim aetate Augusti Aemilii Fabiique praenomine Paulli, Scauri Mamerci, Antonii Iulli utebantur, ita Lentulorum stirps Cossi. Id quod cum virorum doctorum non pauci non cognovissent, permulta falsa de Lentulis aetatis imperatoriae in medium prolata sunt. Sed ea plerumque silentio hic praeterii.

Cn. f. *numm. a, Dio ind. l. 55. Filius videtur Cn. Cornelii Lentuli consulis a. 736 = 18 a. C., quamquam si hoc ponimus, spatium temporis inter annos consulatuum patris filiique paulo minus quam solet esse efficitur.* — IIIvir monetalis sub Augusto *(circa a. 736 = 18) nummi.* Consul a. 753 = 1 a. C. *fasti.* Anno 759 = 6 p. C. Musulamios et Gaetulos vicit meruitque ornamenta triumphalia *Velleius 2, 116, Florus 2, 31, Orosius 6, 21, Dio 55, 28.* Tiberius Cossum fecit urbis praefectum *(scilicet post L. Aelium Lamiam mortuum anno 33 exeunte vide supra A 149),* virum gravem moderatum, sed mersum et vino madentem, adeo ut ex senatu aliquando, in quem e convivio venerat, oppressus inexcitabili somno tolleretur; huic tamen multa Tiberius manu sua scripsit neque Cosso aut privatum secretum aut publicum elapsum est *Seneca epist. 83, 15. Haec ad patrem magis quam ad filium consulem a. 25 ideo rettulerim, quod et Piso (cos. a. 739 = 15 a. C.) et Lamia (cos. a. 756 = 3 p. C.), qui ante Cossum urbis praefectura functi sunt, triginta fere annis post consulatum ad id culmen honorum ordinis senatorii pervenerunt. Perperam autem Borghesi opp. III p. 324, IX p. 260 de patre cogitari posse negavit, cum plane confunderet Gnaeos et Cossos Lentulos.*

Filii: Cossus Cornelius Lentulus cos. a. 25, Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus cos. a. 26. — *Subieci stemma familiae Cossorum:*

Cn. Cornelius L. f. Lentulus
cos. a. 18 a. C.

Cossus Cornelius Lentulus (Gaetulicus)
cos. a. 1 a. C.

Cossus Cornelius Lentulus *cos. a. 25 p. C.* Cossus Cornelius Lentulus *cos. a. 60 p. C.*	Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus *cos. a. 26 p. C.*

Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus *cos. a. 55 p. C.*	Cossus Cornelius Lentulus Gaetulicus Cornelia *virgo Vestalis*	D. Iunius Silanus Gaetulicus M. Iunius Silanus	Cornelia Gaetulica

1125 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, consul anno 25 cum M. Asinio Agrippa. *In consulatu:* Cossus Cornelius Lentulus *fasti Arvalium CIL I² p. 71, Dio ind. l. 57, VI 10051, XI 3613,* Cossus Cornelius *Cassiodor.,* Cornelius Cossus *Tac. a. 4, 34,* Cornelius Le... (L. f. *traditur*) *V 5594, ceterum plerumque* Lentulus *fasti.* — Cossi filius *Dio ind. l. 57 scilicet consulis a. 1 a. C. qui praecedit; pater Cossi qui sequitur.*

1126 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS, consul anno 60 cum imperatore Nerone IIII. *In consulatu:* Cossus Lentulus Cossi filius *VI 2042 acta Arvalium, VI 396,* Cossus Cossi filius *Frontin. de aquis 102,* Cornelius Cossus *Tac. a. 14, 20,* Cossus *tabula cerata Pomp. 120, ceterum* Cornelius *sive* Lentulus *fasti.* — Cossi filius *v. supra, scilicet filius consulis cognominis a. 25 qui praecedit, nepos consulis a. 1 a. C.*

1127 COSSVS (CORNELIVS LENTVLVS) ut homo nobilis *nominatur Iuvenal. 3, 184. Incertum est, num idem sit* Cossus captator *id. 10, 202; ut nomen nobile* Cossus *ponitur id. 8, 21.*

1128 COSSVS [CORNELIVS LENTVLVS] *honoratus t. mutilo Erythraeo graece scripto Lebas-Waddington 48, quem posuerunt* [.... αὐτο]ῦ Βουλουμνία .... καὶ Ῥαβειρία ..., *quarum una fortasse mater, altera uxor fuit.*

1129 COSSVS (CORNELIVS LENTVLVS) *nescio quis memoratur in titulo liberti:* L. Corneli Primigeni Cossi n(ostri) liberti *VI 16287. Libertum non praenomine patroni uti non est mirum, cum praenomina nobilia clararum gentium (cf. supra p. 408) ad libertos omnino non transeant.*

1130 L. CO[RNELIVS LENTVLVS] *publice honoratus t. Thyatireno Bulletin de correspondance Hellénique XI (1887) p. 457 n. 19:* Ὁ δ[ῆμος ἐτεί-μησεν] Λεύκιον Κο[ρνήλιον ..... υἱὸν] Λέντλον ε[ὐεργέτην καὶ πάτρω]να τοῦ δήμ[ου] ...... *Titulus ad aetatem imperatoriam ineuntem pertinet.*

1131 L. CORNELIVS LENTVLVS, consul anno 751 = 3 a. C. cum M. Valerio Corvino Messalla. *Nummi ab eo sub Augusto cusi in aversa inscripti sunt* Lentulus flamen Martialis *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 431. Ad hunc pertinere videtur t. CIA III 588* ὁ δ[ῆμος] Λεύκιον [Κορνήλιον] Λευκί[ου υἱὸν] Λέντλον.

In consulatu: L. Cornelius Lentulus *Dio ind. l. 53,* [L. Cornelius Lentul]us flam. Mart. *Notizie degli scavi 1890 p. 214,* L. Lentulus *I 748, IV 2450, VI 10395 = fasti min. XIII CIL I² p. 69, Monumentum Ancyr. lat. 3, 29 = graec. 9, 7,* Cn. *(sic)* Lentulus *Sueton. Galba 4, ceterum plerumque* Lentulus *fasti.* — L. [Cornelius] Lentulus *tit.,* Lentulus *nummi, Institution. 2, 25.*

L. f. *Dio ind., tit.* — IIIvir monetalis sub Augusto *nummi (intra annos fere 734/739 = 20/15 a. C. cf. Mommsen Zeitschrift für Numismatik 1884 p. 80),* consul a. 751 = 3 a. C. *fasti;* flamen Martialis *nummi, cf. supra in consulatu.* Decessit Augusto regnante in Africa filia superstite *Institut. l. l. fortasse in proconsulatu Africae.*

1132 CN. CORNELIVS LENTVLVS AVGVR, consul anno 740 = 14 a. C. cum M. Licinio Crasso. *Tituli: epistula eius ad Nysaeos data CIG 2943 (1), memoratur in actis Arvalium VI 2023 (2), in t. libertorum IX 3099 (3).*

In consulatu: Cn. Lentulus Augur *Monumentum Ancyr. lat. 3, 23 = graec. 8, 20,* Cn. Cornelius Lentulus *Dio ind. l. 54,* C[n. Co]rn[elius] *fasti minor. VIII CIL I² p. 65,* Cn. Cornelius *Dio 54, 24;* Cn. Lentulus *I 745. 797 (in tesseris gladiatoriis), VI 23532, X 885. 886. 1938. Cassiodor.;* Augur *Chronographus, ceterum* Lentulus *fasti.* — Γναῖος Λέντλος Αὔγουρ *t. 1,* [Cn. Corneliu]s Lentulus Augur *t. 2* (Cn. Cornelius) Lentulus Augur *t. 3;* Cn. Lentulus Augur *Seneca de ben. 2, 27, Sueton. Tiber. 49,* Lentulus Augur *Tertullian. de pallio 4,* Augur Lentulus *Tac. a. 3, 59.*

Augurem *hunc verum cognomen gessisse docet titulus graecus, sumptum ut videtur ex sacerdotio quo ornatus erat, distinctionis causa. Recte autem vidit Nipperdey ad Tac. a. 1, 27 omnibus locis, quibus certe de nostro Lentulo agitur, semper additum esse illud cognomen, ut distingueretur a Cn. Cornelio Lentulo aequali cos. a. 18 a. C. Nam quod Mommsen, Res gestae divi Aug. p. 131 adn. contra nititur iis locis, quibus* Augur *re vera deest, omnes ad unum sunt consulatus indicationes, ubi non id agitur, ut singuli consules quam accuratissime significentur, sed idunum, ut annus clare designetur. Cuius rei causa cum homines aetatis Augusti bina nomina ponere satis habere consueverint, non mirum est annum 740 plerumque designari per M. Crassum (vel M. Licinium) et Cn. Lentulum (vel Cn. Cornelium) consules. Nec minus recte Nipperdey l. l., quamquam ei adversatus est G. Zippel, die Losung der consularischen Proconsuln Königsberg 1883 p. 9, docuit diversa tradita esse de Cn. Lentulo cos. a. 18 a. C. et Lentulo Augure cos. a. 14 a. C.*

Cn. f. *t. 2, Dio ind. l. 54.* — Consul a. 740 = 14 a. C. *fasti.* Proconsul Asiae a. 753 = 1 a. C. die XVII μηνὸς Δαισίου, id est mense Maio ineunte *(cf. Ideler, Chronologie I p, 419)* rescripsit Nysaeis *t. 1,* fuit ergo proconsul anno proconsulari 752/753 = 2/1 a. C. *(non anno 753/754, ut falso statuit Waddington, Fastes n. 61).* In senatu sententiam dixit anno 22 *Tac. a. 3, 59,* anno incerto *Tertullian. de pallio 4.* Divitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent; ingenii fuit sterilis, tam pusilli oris quam animi; cum esset avarissimus, nummos citius emittebat quam verba: tanta illi inopia erat sermonis *Seneca de ben. 2, 27.* Cum ei census maximus esset, metu et angore ad fastidium vitae a Tiberio actus, ut ne quo nisi ipso herede moreretur *Sueton. Tiber. 49.* — Magister fratrum Arvalium *t. 2,* augur.

1133 (CORNELIVS) LENTVLVS CETHEGVS *memoratur in t. nutricis VI 6072, infans ut videtur mortuus.*

1134 CN. CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS, consul anno 26 cum C. Calvisio Sabino. *Tituli: memoratur in fastis Arvalium CIL I² p. 71 (1), in actis eorundem VI 2029 (2), in t. filiae VI 1392 (3), nepotis VI 1439 (4), liberti VI 9834 (5).*

In consulatu: Cn. Cornelius Gaetulicus *II 2093*, [Cn. Lent]ulus Gaetu[licus] *VI 343*, Cn. [Lentulus] *X 896*, Cn. Gaetulicus *Cassiodor.*, *ceterum plerumque* Gaetulicus *fasti*. — Cn. (Cornelius) Lentulus Gaetulicus in *t. 5* Cn. Cornelii Atimeti, [Cn. Le]ntulus Ga[etuli]cus t. 1, Cn. Lentulus Gae[tulicus] *t. 2*, Gaetulicus *t. 3. 4.* — Lentulus Gaetulicus *Tac. a. 4, 42; 6, 30, Suclon. Calig. 8, Dio 59, 22, Plin. epist. 5, 3, 5, ceterum* Gaetulicus.

Cossi filius *t. 4*, *ubi* M. Iunius Silanus *dicitur* Gaetulici nepos, Cossi pronepos. *Filius ergo Cossi Cornelii Lentuli cos. a. 753 = 1 a. C., frater minor Cossi Cornelii Lentuli cos. a. 25 p. C. cf. stemma supra p. 452,* — Cossus (pater) victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit *Velleius 2, 116.*

Praetor peregrinus anno 23 *t. 1.* Anno 25 consul designatus Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure damnavit *Tac. a. 4, 42.* Consul anno 26 *fasti.* Legatus provinciae Germaniae superioris per decem annos *Dio 59, 22 (scilicet per annos 29–39)*; Gaetulicus ea tempestate *(anno 35)* superioris Germaniae legiones curabat mirumque amorem consecutus erat, effusae clementiae modicus severitate *Tac. a. 6, 30 cf. Sueton. Galba 6.* Ab imperatore Gaio anno 39 occisus *Dio l. l., Sueton. Claud. 9.* Ante diem VI k. Novembres a. 39 immolaverunt fratres Arvales ob detecta nefaria con[silia in C. Caes. Aug. Germanic]um Cn. Lentuli Gae[tulici] *t. 2.*

Inter poetas eroticos nominatur *Plin. epist. 5, 3, 5, Sidon. Apollin. carm. 9, 259,* inter lascivos *Martial. praef. l. 1;* Caesennia amica ab eo versibus celebrata *Sidon. epist. 2, 10, 6;* tres versus de Britannis *affert Probus in Verg. Georg. 1, 227.* Gaetulici epigrammata graeca novem *extant in anthologia graeca cf. Jacobs XIII p. 896.* — Testimonium eius de urbe natali imperatoris Gai refellerat Plinius Secundus *Sueton. Cal. 8, unde opus aliquod historicum confecisse videtur.*

Gener L. Apronii; ipse L. Seiani filium generum destinaverat *Tac. a. 6, 30.* Liberi: Cn. Cornelius Lentulus Gaetulicus, Cossus Cornelius Lentulus Gaetulicus, D. Iunius Silanus Gaetulicus, Cornelia Gaetulica. — *Memoratur Senec. natur. quaest. 4 praef. 15.*

1135 CN. (CORNELIVS) LENTVLVS GAETVLICVS, consul suffectus mense Decembri a. 55 *(ut videtur)* cum T. Curtilio Mancia. *In consulatu:* Cn. Lentulus Gaetulicus *VI 2037 corr. Ephem. ep. 8 p. 328*, Cn. Lentulus *tab. cerat. Pompeian. 50. 127.* — *Filius certe Cn. Cornelii Lentuli Gaetulici cos. a. 26 p. C. Huius filia potest esse* [Cor]nelia Cn. Lentuli [Ga]etulici filia Caesia *VI 1391.*

1136 COSSVS CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS. *Tituli: posuit liberto patris VI 9834 (1), memoratur in t. concubinae VI 17170 (2).*

Cossus Cornelius Lentulus Gaetulicus *t. 1*, Cossus Gaetulicus *t. 2;* Cn. Lentuli Gaetulici *(cos. a. 26 p. C.)* filius *t. 1;* Cornelia virgo Vestalis filia *t. 2.*

1137 (CORNELIVS LENTVLVS) MALVGINENSIS, filius Ser. Maluginensis anno 23 in locum patris defuncti flamen Dialis factus *Tac. a. 4, 16.*

1138 CORNELIVS (LENTVLVS) MALVGINENSIS *nescio quis memoratur in t. Corneliae Memoris libertae VI 7700.*

1139 SER. CORNELIVS LENTVLVS MALVGINENSIS, consul suffectus anno 763 = 10 p. C. cum Q. Iunio Blaeso. *In consulatu:* Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis flamen Dialis *fasti Capitolini*, Ser. Lentulus *fasti min. XVI CIL I² p. 77*, Ser. Lentulus Maluginensis *VI 4418, Bullettino comunale 1880 p. 75 n. 361*, Ser. Lent(ulus) *X 8070, 4 = I p. 201*, Maluginensis *VI 25617*. — Ser. Maluginensis *apud Tacitum.*

Cn. f. Cn. n. *fasti Cap.* Consul ex kal. Iuliis per secundum semestrem a. 10 p. C. *fasti.* Flamen Dialis *fasti Cap., Tac. a. 3, 58. 71; 4, 16.* Anno 22 frustra postulavit, ut Asiam sorte haberet *Tac. a. 3, 58. 71.* Defunctus anno 23; Maluginensis filius *ibd. 4, 16.*

1140 CN. CORNELIVS LENTVLVS MARCELLINVS, P. f., legatus pro praetore (Cyrenarum), patronus Cyrenensium *publice honoratus t. Cyrenaico graece scripto Smith and Porcher, History of the recent discoveries at Cyrene p. 109 n. 1 cf. tab. 77. Potest filius esse consulis a. 736 = 18 a. C., qui sequitur.*

1141 P. CORNELIVS LENTVLVS MARCELLINVS, consul a. 736 = 18 a. C. cum Cn. Cornelio Lentulo. *In consulatu:* P. Cornelius Lentulus Marcellinus *Dio ind. l. 54*, P. Cornelius *fasti min. VII et VIII CIL I² p. 64. 65*, P. Lentulus *Monument. Ancyr. lat. 1, 37 = graec. 3, 12, lat. 3, 40 = graec. 9, 21, Dio 54, 12, Cassiodor., ceterum* Lentulus *fasti.* — P. filius *fasti min. VII, Dio ind. l. 54. Huius filius potest esse qui praecedit.*

1142 P. CORNELIVS LENTVLVS SCIPIO, consul suffectus anno 755 = 2 p. C. cum T. Quinctio Crispino Valeriano. *In consulatu:* P. Cornelius Scipio *fasti Capitolini*, L. *(sic)* Lentulus Scipio *X 2039 a, VI 1385*, P. Lentulus *fasti minor. XI CIL I² p. 68, X 2039 a.*

Cn. f., Cn. n. *fasti Cap.*, Cn. f. *VI 1385; filius fortasse putari potest Cn. Cornelii Cn. f. Lentuli Auguris consulis a. 740 = 14 a. C., quamquam spatium quattuordecim tantum annorum, quod intercessit inter consulatus eorum, huic opinoni minus favet.*

Consul suffectus kal. Iuliis a. 2 p. C. *fasti. Vel ad hunc vel ad filium cognominem qui sequitur pertinet t. Smyrnaeus CIG 3186* ὁ δῆμος Πόπλιον Λέντλον Σκιπίωνα ἀνθύπατον εὐεργέτην ὄντα διὰ προγόνων τῆς πόλεως, *qui propter insignem simplicitatem et brevitatem certe ad initium aetatis imperatoriae spectat; alter uter ergo fuit proconsul Asiae.*

1143 P. CORNELIVS LENTVLVS SCIPIO, consul suffectus anno 24 cum L. Calpurnio Aviola. *Titulus ei positus est V 4329 Brixianus.*

P. Scipio *fasti Arvalium CIL I² p. 71*, P. Cornelius Len[tulus] Scipio *tit.*, Cornelius Scipio *Tac. a. 3, 74, ceterum* Scipio. — *Filius consulis a. 2 p. C. qui praecedit.*

Praetor aerarii, legatus Ti. Caesaris Augusti legionis VIIII Hispanae *tit.*, cui in Africam propter bellum cum Tacfarinate missae praefuit sub Iunio Blaeso proconsule anno 22 *Tac. a. 3, 74.* Consul suffectus anno 24 *fasti Arvalium.* Anno 47 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 11, 4.* Pontifex, fetialis *tit.* Maritus Poppaeae Sabinae anno 47 *(quae ante nupta fuerat T. Ollio) Tac. a. 11, 2. 4. — De proconsulatu Asiae vide in patre.*

1144 P. CORNELIVS (LENTVLVS?) SCIPIO, consul anno 56 cum Q. Volusio Saturnino. *In consulatu:* P. Cornelius Scipio *X 1574, tab. cerat Pompeian. 21, Phlegon mirab. 27; item restituendum est* [P.] Corn. Sc[ip.] *in titulo Mogontiacensi Westdeutsche Zeitschrift II (1883) p. 431 cf. Correspondenzblatt III (1884) p. 32;* P. Cornelius *X 1401, tab. cer. 18. 20,* P. Scipio *Tac. a. 13, 25, ceterum plerumque* Scipio *fasti. — Filius videtur consulis a. 24 qui procedit.*

— Pomponius Cornelius Lollianus Hedianus.

1145 CORNELIVS LVPVS. *Nummi Cretenses capita divi Augusti et Tiberii cum inscriptionibus nominum exhibent et diversum in modum abbreviata* ἐπὶ Κορνηλίου Λύπου: *a) Polyrrhenii Mionnet II p. 257 n. 1 accuratius Suppl. IV p. 336 n. 265, in parte adversa monogramma solvendum est* Πολ(υρρηνίων) *non* Ἀνθυπ(άτου), *ut perperam solvit Borghesi opp. I p. 437; b) Axi Revue numismatique ser. III tom. III (1885) p. 159 n. 3; c) Cydoniae α) Eckhel II p. 302 ex Morellio, catalog. musei Britannici p. 32 n. 37 (nummus similis Mionnet II p. 258 n. 2 = 274 n. 132 est falsus);* β) *Imhoof-Blumer, Monnaies grecques p. 215 n. 17, Eckhel II p. 302 ex Morellio (inde Mionnet Suppl. IV p. 313 n. 121), Mionnet II p. 258 n. 5 melius Suppl. IV p. 313 n. 120; d) Eleuthernarum* Τι. Και. Σεβαστός. Κορ. Λυ. *caput Tiberii laureatum* R/ Θεῷ Σεβαστῷ Κρητῶν Ἐλευθ. *caput Augusti radiatum collectio Imhoof-Blumer, catalog. Lond. p. 35 n. 18; minus bene descripti vel servati Eckhel II p. 302 ex Morellio (inde Mionnet II p. 276 n. 153), Mionnet Suppl. IV 317 n. 144; e) Gortynae Eckhel II p. 302, Mionnet II p. 258 n. 4 = Suppl. IV p. 321 n. 170; f) Hierapytnae* α) [Τιβέριος Κ.] Σεβαστὸς ε. Κορ. Λυ. *caput Tiberii laureatum* R/ Θεὸς [Σεβαστός] Κρῆτες Ἱερα. *caput Augusti radiatum museum Berolinense;* β) *Eckhel II p. 301, minus accurate Mionnet II p. 285 n. 217 = Suppl. IV p. 296 n. 1.*

Sub Tiberio proconsul Cretae Cyrenarum *nummi.* Consul (suffectus) anno 42: (C. Caecina) Largo *(cf. supra n. 75)* et Lupo cos. *Gaius 3, 63;* a P. Suillio circumventus *Tac. a. 13, 43;* amicus Claudii ab eo occisus *Seneca apocolocynt. 13.*

1146 D. CORNELIVS MAECIANVS, legatus Augusti anno 79 (legionis VII Geminae Felicis) *II 2477 t. Aquiflariensis.*

1147 CORNELIVS MARCELL(INVS) (*vel* MARCELL(VS)), 'libertorum et familiae Scriboniae Caesar(is) et Corneli Marcell. f(ilii)' *VI 26033.* Scribonia, antequam a C. Caesare *(qui postea Augustus)* uxor duceretur *(anno 714 = 40 a. C.)*, duobus consularibus nupta fuit, ex altero etiam mater *Sueton. August. 62. Alterum fuisse vulgo statuitur P. Cornelium Scipionem (cos. a. 716 = 38 a. C. cf. infra n. 1174), ex quo filium cognominem (consulem a. 738 = 16) et Corneliam uxorem Paulli Aemilii Lepidi peperisset cf. n. 1175 et 1206, alterum patrem Marcellini nostri Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum (Dio ind. l. 39), consulem a. 698 = 56. Cui opinioni verba Suetonii eo adversantur, quod secundum eum Scriboniam ex uno eodemque marito et Corneliam filiam et filium vel filios peperisse ponendum est atque P. Cornelius Scipio cos. a. 716, quem ante a. 714 cum Scribonia divortium fecisse necesse est, quo tempore eam in matrimonio habebat, nondum consularis fuit. At cum Propertius eleg. 5, 11 diserte testetur v. 29 sq. 37 sq. Corneliam originem paternam e stirpe Scipionum duxisse atque duos illius aetatis Scipiones notos habeamus, qui ex temporum rationibus pater fraterque Corneliae apte haberi possunt, veri similius mihi videtur Suetonium rem minus accurate tractasse quam Propertium aequalem Corneliae cuidam e stirpe Lentulorum ea aetate, qua stirps Scipionum nondum evanuerat, originem e familia Africanorum falso finxisse. Itaque quae vulgo de maritis Scriboniae statuuntur, si minus certa, at probabilia videntur.*

1148 L. CORNELIVS MARCELLVS *memoratur in t. Agrigentino X 7192 (1), ipse posuit Panormitanum 7266 (2). — Plena nomina exhibent tituli,* Cornelius Marcellus *apud Tacitum.*

Quaestor pro pr. provinciae Siciliae *t. 1. 2,* M. Haterii Candidi proconsulis *t. 1;* legatus pro praetore provinciae eiusdem, praetor d[esignatus] *t. 2.* Anno 65 in causa Iuniae Lepidae quasi conscius accusatus damnationem evasit *Tac. a. 16, 8;* anno 68 a Galba in Hispania occisus *id. h. 1, 37.*

1149 Cornelius Martialis, tribunus cohortis praetoriae anno 65 tribunatu exutus *Tac. a. 15, 71.*

1150 Cornelius Martialis, primipilaris anno 69 inter obsessos in Capitolio a Vitellianis occisus *Tac. h. 3, 70. 71. 73. Potest idem haberi atque is qui praecedit, si ponitur Martialem post tribunatum primipilatum iterum (cf. CIL V 867) adeptum esse.*

1151 C. Cornelius Minicianus *(praenomen exhibet tit.)*, conterraneus et amicus Plinii, cui a (Q. Pompeio) Falcone tribunatum petiit *epist. 7, 22;* scripsit ad eum *epist. 3, 9; 4, 11. Eundem honoravit* patronum plebs urbana Bergomi *V 5126:* C. f., tribu Vot., praefectus cohortis primae Damascenorum, tribunus militum legionis III Augustae, prae-

fectus fabrum, curator rei publicae Otesinorum; IIIIvir iure dicundo, pontifex, flamen divi Claudii Bergomi; flamen divi Traiani Mediolani.

1152 M. CORNELIVS NIGRINVS CVRIATIVS MATERNVS. *Eiusdem tituli duo exempla extant, unum Liriae II S. 6013 (1), unde corrigitur lectio alterius in agro Valentino reperti II 3783 (2).*

M. fil., tribu Galeria, consul, legatus Augusti pro praetore provinciae Moesiae, provinciae Syriae *t. 1. 2.* — *Num idem sit atque* Maternus consul (ordinarius) a. 185, *plane incertum est.*

1153 M. Cornelius Octavianus. *Tituli: publice ei positus est VIII S. 12296 (1) Bisicensis, ipse dedicavit VIII 8435 (2) Sitifensem mutilum.*

Tria nomina exhibet uterque tit. — Vir perfectissimus, praefectus classis praetoriae Misenensis, dux per Africam Numidiam Mauretaniamque *(non ante saeculum III)*, patronus municipi Bisicensis *t. 2.*

1154 SER. CORNELIVS ORFITVS, consul anno 51 *vide infra* Ser. Cornelius (Scipio) Salvidienus Orfitus.

1155 A. CORNELIVS PALMA, consul I a. 99 cum Q. Sosio Senecione, consul II a. 109 cum Tullo. — *Tituli: memoratur in t. graece scripto in Batanaea reperto Lebas-Waddington 2296 (1); nomina eius probabiliter restituit Waddington in t. ibidem reperto 2305 (2), ad eundem rettulit Borghesi opp. V p. 31 t. acephalum VI 1386 (3).*

In consulatibus: A. Cornelius Palma II *VI 2186, ceterum plerumque* Palma *fasti.* — A. [Cornelius Palma] *t. 2,* Cornelius Palma *t. 1,* Palma *apud scriptores.*

Consul I anno 99 *fasti.* Legatus Hispaniae citerioris a. 100/101 *Martial. 12, 9.* Legatus Syriae inde ab a. fere 104/105 *t. 1. 2, Dio 68, 14* Arabiam Petraeam a. 105/106 subiecit et in provinciae formam redegit *Dio l. l. cf. nummos* Arabia adquisita *Eckhel VI p. 420; sed hos nummos non anno 105, sed anno 106 tribuendos esse sequitur et ex narratione Dionis et ex epocha aerae Bostranae cf. Marquardt, Staatsverwaltung I² p. 431.* Consul II a. 109 *fasti.* A Traiano statua honoratus *Dio 68, 16; inscriptionis eius fragmentum extat in t. 3.* Sub finem imperii Traiani in suspicionem affectae tyrannidis lapsus *vit. Hadrian. 4, 3;* anno 118 coniurationis reus iussu senatus Tarracinis occisus est *ibd. 7, 2.*

1156 Cornelius Pinus, pictor Romae aetate Vespasiani *Plin. n. h. 35, 120.*

1157 CORNELIVS PLOTIANVS, legatus (legionis II Adiutricis) *III S. 10507 t. Aquincensis.*

— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.

— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.

1158 Cornelius Primus, cliens Vespasiani *Tac. h. 3, 74.*

1159 Cornelius Priscianus, advocatus anno 166 rem legatarii cuiusdam apud imperatorem M. Antoninum egit *(Vlpius) Marcellus Digest. 28, 4, 3.*

1160 CORNELIVS PRISCVS *memoratur in t. Ephesio Ancient Greek inscriptions in the British Museum III n. CCCCLXXXVI, qui continet epistulam imperatoris Hadriani a. d. V kal. Octobr. a. 120 ad gerusiam Ephesiorum datam.*

Consularis in senatu sententiam dixit *Plin. epist. 5, 20, 7 a. fere 105/106; sub idem fere tempus consul suffectus fuit.* Proconsul Asiae anno proconsulari 120/121 *tit.* — Plinius ad eum scripsit *epist. 3, 21.*

Idem fortasse vel filius memoratur in t. urbano Bullettino comunale 1880 p. 136: Sulpicia C. f. Platorina Corneli Prisci (uxor).

1161 COR(NELIVS) PROC(VLVS) *memoratur in signaculo servi X 8059, 377.*

1162 P. CORNELIVS PROCVLVS, legatus Pannoniae superioris anno 133 *dipl. mil. III S. XLVII.*

— CN. ARRIVS CORNELIVS PROCVLVS.

— L. FVLVIVS ..... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN ... VALERIVS MAXIMVS POMPEIVS L ...... VALENS CORNELIVS PROCVLVS ...... AQVILIVS VEIENTO.

1163 L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS. *Titulum sepulcralem ei posuerunt* Corneliae Procula et Placida filiae *VI 1387. Plena nomina exhibet tit.; nomina principalia huic fuisse* Q. Cornelium Proculum *ex nominibus et filiae maioris et* Q. Cornelii Senecionis Proculi *filii VI 1388 apparet.* Proconsul Asiae *tit.* Rescriptum divorum fratrum ad Cornelium Proculum *Vlpianus de officio proconsulis Digest. 48, 18, 1, 4, datum probabiliter ad proconsulem Asiae.* Alterum eorundem rescriptum ad Cornelium Proculum *(cum praeesset provinciae nescio cui) memorat Paulus Digest. 26, 5, 24, unde Proculum imperatoriam provinciam rexisse perperam collegit Waddington, Fastes n. 150. Neque enim in universo tit. V ulla fit distinctio inter legatum et proconsulem neque verbum* 'praesidis', *quo utitur rescriptum, speciem quandam rectorum provinciarum significat, sed generaliter de omni genere usurpatur.*

Rescriptum Antonini Pii ad Cornelium Proculum Digest. 2, 8, 7 propter temporum rationes ad Cn. Arrium Cornelium Proculum (supra A 901) rettulimus. — Num in titulo Sagalassensi Lanckoroński, Städte Pamphyliens und Pisidiens II p. 226 n. 200 V omnino supplendum sit [ἐπὶ Κορνηλίου] Πρόκλου τοῦ σεμνοτάτου ἡγεμόνο[ς], *ut supplevit qui edidit, in cognomine satis vulgari plane incertum est.*

1164 Cn. Cornelius Pulcher. *Titulus eius Argolicus CIG 1186 descriptus est a Chandlero, Inscriptiones antiquae pars II p. 81 n. 137, quocum consentit fere exemplum antea a Fourmonto datum:* Γν. Κορνήλιον Τιβερίου υἱὸν Φαβίᾳ Πούλχρον χειλίαρχον λεγ. δ' Σκυθικῆς ΔΥ *(sic Boeckh cum Fourmonto,* ΔΚ *Chandler)* ἀνδρῶν ἀντιστράτηγον ἐν Κορίνθῳ εὐθη[ν]ίας ἐπιμελητήν, ἀγωνοθέτην Καισαρήων Νερουανήων Τραιανήων Σεβαστήων Γερμανικήων Δακήων καὶ Ἰσθμίων καὶ Καισαρήων καὶ ἀγωνοθέτην Σεβαστείων Ἀσκληπείων καὶ στρατηγὸν καὶ γραμματέα τῶν Ἀχαίων καὶ

ἀρχιερέα καὶ ἐπίτροπον Καίσαρος Γν. Κορνήλιος Φιλίσκος τὸν αὐτοῦ φίλον ψηφίσματι βουλῆς.

Boeckh p. 592 Pulchrum post tribunatum 'duumvirum' fuisse statuit, quamquam qualis hic duumvir sit, se nescire profitetur; postea propraetorem (sic) Achaiae, factum esse, quo munere cum fungeretur, annonae curatorem in Achaia, ludorum agonothetam et praetorem scribamque Achaeorum fuisse. At patet hunc hominem ordinis equestris post tribunatum legionis ad procurationem imperatoriam pervenisse, honores autem et munera omnia reliqua quae memorantur in titulo esse municipalia vel provincialia. Δύ' ἀνδρῶν ἀντιστράτηγος nisi intellegendus sit praefectus duovirum Corinthi, *qua alia ratione explicari possit, equidem non video. Nam de 'duoviro pro praetore' cogitari vix potest; 'duoviri praetores' enim et 'quattuorviri praetores' (nunquam 'pro praetore') praeter Italiam non inveniuntur nisi in Gallia Narbonensi, in qua una provincia Romani magistratibus municipalibus antiquum 'praetoris' nomen indulserunt cf. quae exposui Philologus Suppl. VI (1891—1893) p. 672. Coloniae autem Corinthum anno 710 = 44 deductae magistratus qui praeerant inde ab initio semper 'duoviros' appellatos esse confirmant nummi cf. Eckel II p. 238 sqq. — Propter ludos memoratos homo ad aetatem Traiani vel Hadriani pertinere videtur.*

Idem videtur Cornelius Pulcher, cui dedicavit Plutarchus libellum inscriptum πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφέλοιτο; *ex prooemio enim apparet Pulchrum hominem fuisse in rebus publicis multum versatum.*

1165 L. CORNELIVS PVSIO, L. f., tribu Gal., IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis XIIII Geminae, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus Augusti legionis XVI *(ante Vespasianum) t. urbanus Römische Mittheilungen 1892 p. 199.*

1166 Cornelius Quadratus *memoratur in fistulis urbanis Lanciani, sylloge aquaria n. 44* Cornelio(rum) Front(onis) et Quadra[ti] *et n. 45* Corneli(orum) Fronto(nis) et Quadrati. *Frater videtur M. Cornelii Frontonis rhetoris, qui scripsit de nepote amisso p. 235 ed. Naber:* cum fratre optimo concordissime vixi, quem patris vestri (= Pii) bonitate summos honores *(consulatum?)* adeptum gaudeo, vestra vero amicitia satis quietum et multum securum video; *praeterea* frater *memoratur p. 32. 134.*

1167 CORNELIVS REPENTINVS, gener Didii Iuliani, quem imperium adeptus in locum Sulpiciani praefectum urbi anno 193 fecit *vit. Did. Iulian. 3, 6; 8, 6. Maritum esse Didiae Clarae, quae patre regnante Augusta nuncupata est cf. Eckhel VII p. 151, certum videtur; alii autem coniuges intellegendi sunt vit. Pertin. 14. 4, ubi Didius Iulianus filiam filio fratris despondisse narratur.*

1168 SEX. CORNELIVS REPENTINVS *qui et* CONTVCCIVS *memoratur in fistula plumbea urbana Lanciani sylloge aquaria n. 172 (1) et in t. acephalo VI 1564 (2).*

Sex. Cornelius Repentinus *t. 1,* Cornelius Re[pentinus] *t. 2.* — Cornelius Repentinus *in inscriptione epistulae Frontonis ad amic. 2, 4;* 'frater Contucci' *Fronto cum adloquitur in epistula ipsa. Sed magis crediderim signi instar Contuccium ei fuisse quam cognomen, similiter atque Naucellium in Claudio Iuliano cf. supra n. 719. 'Frater' autem item a Frontone honorifice appellatur Passienus Rufus ad amic. 1, 8, Caelius Optatus ibd. 1, 9, (M. Gavius) Squilla Gallicanus ibd. 1, 25 cf. et Friedländer, Darstellungen aus der Sittengeschichte I⁶ p. 137.*

Praefectus praetorio *t. 1,* a commentariis Corneli Re[pentini pr. pr.] *t. 2,* Cornelio Repentino [p]r. [pr.] *restituendum videtur in inscriptione epistulae l. l., ubi traditur* fr.; Antoninus Pius in locum Tatii Maximi demortui duos praefectos substituit Fabium Repentinum et Cornelium Victorinum *vit. Pii 8, 8 traditur errore sive biographi sive librariorum; intellegendi sunt, ut vidit Borghesi, Cornelius Repentinus et Furius Victorinus. Vt recte tradatur in t. 1* c(larissimus) [v.], *ex praefectura praetorii in ordinem amplissimum adlectus est.* — Fronto ad eum scripsit *epist. l. l.*

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS *vide supra n. 1163.*

1169 Cornelius Sabinus, tribunus praetorianorum coniurationis contra imperatorem Gaium particeps *Sueton. Calig. 58, Dio 59, 29 (Zonaras 11, 7), Ioseph. ant. 19, 1, 7–14; 19, 4, 4. 5;* ipse se interemit *Dio 60, 3 (Zonaras 11, 8), Ioseph. ant. 19, 4, 6.*

1170 P. CORNELIVS SAECVLARIS, consul II anno 260 cum C. Iunio Donato II. *In consulatu:* P. Cornelius Saecularis *XI 5748. 5750, ceterum* Saecularis *fasti.* — Cornelius Saecularis praefectus urbi a. 258–260 *Chronographus.*

— P. LICINIVS CORNELIVS SALONINVS VALERIANVS CAESAR.

1171 L. CORNELIVS SALVIVS TVSCVS, salius Palatinus cooptatus anno 181 *VI 1979 fasti Saliorum.*

1172 CORNELIVS SATVRNINVS, vir clarissimus *VI 1389.*

1172a Cornelius Saturninus, sculptor quidam Oeensis *Apul. apol. 61. 62. 63.*

1173 (CORNELIVS) SCIPIO, adulter Iuliae Augusti filiae punitus *(anno 2 a. C.) Velleius 2, 100, 5. Diversus sit necesse est a P. Scipione cos. a. 738 = 16 a. C., qui frater uterinus fuit Iuliae.*

1174 [P.] CORNELIVS (SCIPIO), consul suffectus anno 716 = 38 a. C. *fasti minores VIII CIL I² p. 65. Pater videtur P. Cornelii P. f. P. n. Scipionis cos. anno 738 = 16 a. C. et Corneliae uxoris Paulli Aemilii Lepidi censoris, quam e gente paterna Scipionum filiam Scriboniae fuisse elegia Propertii 5, 11 constat v. infra n. 1206; cf. Sueton. August. 62:* 'Scribonia, antequam a. C. Caesare *(qui postea Augustus)* uxor duceretur, duobus consularibus nupta fuit, ex altero etiam mater' *cf. supra n. 1147.*

1175 P. CORNELIVS SCIPIO, consul anno 738 = 16 a. C. cum L. Domitio Ahenobarbo. *Tituli: ei positus est CIA III 580 (1), epistula eius ad Thyatirenos data Bulletin de correspondance Hellénique X (1886) p. 400 (2). — Nummus Pitanes Mysiae in museo Berolinensi in aversa inscriptus* [Σεβασ]τὸν Πιταναῖοι *caput Augusti laureatum, in adversa* Π. Σκιπίωνα *caput nudum Scipionis exhibet; eundem descripsit Waddington, Fastes n. 56, exempla minus integra ibd. et in museo Berolinensi.*

In consulatu: P. Cornelius Scipio *Dio ind. l. 54,* P. Corne.... *fasti min. VIII CIL I² p. 65,* P. Co...... *fasti min. VII p. 64,* P. Scipio *Dio 54, 19, Cassiodor., ceterum* Scipio *fasti.* — P. Cornelius Scipio *t. 1,* P. Cornelius S[cipio] *t. 2,* P. Scipio *nummi.*

P. f. P. n. *Dio ind. l. 54,* P. f. *t. 1. Filius videtur P. Cornelii Scipionis consulis suffecti a 716 = 38 a. C. qui praecedit et Scriboniae, frater Corneliae n. 1206.*

Quaestor pro praetore (provinciae Achaiae) *t. 1.* Consul a. 738 = 16 a. C. *fasti.* Proconsul Asiae *numm., t. 2 circa a. 750 = 4 a. C. quo tempore Augustus proconsulibus Asiae et Africae indulserat, ut nummi capita eorum referrent. Cum Asinius Gallus (cos. a. 742 = 12) Asiam regeret anno proconsulari 748/749 = 6/5 (cf. supra A 1017), probabile est Scipionem provinciae praefuisse anno 747/748 = 7/6.*

1176 (P. CORNELIVS) SCIPIO *nescio quis memoratur in titulo liberti VI 16203.*

1177 P. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS, consul (suffectus) mense Octobri et Decembri anni 68 cum C. Bellicio Natale. *In consulatu:* P. Cornelius Scipio Asiaticus *dipl. mil. III S. VI, VI 471. 8680,* P. Cornelius Scipio *dipl. mil. III 4. 5.*

1178 .. CORNELIVS SCIPIO ORFITVS, salius Palatinus cooptatus anno 189 *VI 1980,* exiit collegio anno incerto *VI 1981 fasti saliorum. Propter aetatem certe diversus est et ab Orfito cos. a. 172 et ab Ser. Scipione Orfito cos. a. 178.*

1179 L. CORNELIVS SCIPIO ORFITVS. *Titulos posuit VI 402 (1). 505 (2). 506 (3). — Plena nomina exhibent t. 2. 3,* Scipio Orfitus *t. 1.* Clarissimus vir, augur *t. 1. 2. 3;* taurobolium fecit anno 295 *t. 2.*

1180 SER. (CORNELIVS) SCIPIO ORFITVS, consul anno 178 cum P.(?) Velio Rufo. *In consulatu:* Ser. Scipio Orfitus *dipl. mil. III S. LXXVI, ceterum* Orfitus *fasti. — Huic nomen* Cornelii *fuerit an* Orfito consuli a. 172, *cuius reliqua nomina adhuc ignoramus, dubium est cf. quae supra adnotari ad. n. 262. Alter uter videtur filius esse Ser. Cornelii Salvidieni Scipionis Orfiti cos. a. 149, frater mulieris quae nominatur IX 663* Ser. Cor(neli) Scipionis Orfiti cos. filia, Orfiti cos. soror.

1181 SER. CORNELIVS (SCIPIO) SALVIDIENVS ORFITVS, consul anno 51 cum Claudio Augusto V. *In consulatu:* Ser. Cornelius Orphitus *X 6638 fasti Nolani,* Ser. Cornelius Orfitus *VI 353. 1984;* Ser. Cornelius *Tac. a. 12, 41 (ubi* Orfitus *glossemate additur),* Ser.

Cornel.... *II 4095;* Cornelius Orfitus *Plin. n. h. 2, 99, ceterum* Orfitus *fasti.* — Cornelius Orfitus *Tac. a. 16, 12,* Orfitus *id. h. 4, 42,* Salvidienus Orfitus *Sueton. Nero 37.* — *Scipionis cognomen praeterea huic fuisse inde veri mihi videtur simillimum, quod et posteri eius (cf. n. 1182. 1183) eodem usi sunt et omnino apud Cornelios Orfiti cognomen in una stirpe Scipionum invenitur. Itaque unus ex Corneliis Scipionibus aetate Augusti vel Tiberii, sive pater nostri sive ipse, ex cognatione vel affinitate nomina Salvidieni Orfiti adsumpsisse videtur.*

Consul anno 51 *fasti cf. verba Taciti h. 4, 42* 'cum ex funere rei publicae raptis consularibus spoliis — — inlustres senes — — prosterneres', *quibus significatur Aquilium Regulum (M. Licinium) Crassum (consulem a. 64) et Orfitum perdidisse.* Anno 65 in senatu sententiam dixit *Tac. a. 16, 12.* Intra a. 66/68 cum accusante Aquilio Regulo ei obiectum esset, quod tabernas tres de domo sua ad stationem locasset, a Nerone occisus et domus eius subversa est *id. h. 4, 42, Sueton. Nero 37.* — *Vel hic vel unus ex posteris potest esse patronus* Ser. Cornelii Orfiti l. Restituti *IX 6116.*

Pater videtur Salvidieni Orfiti qui sequitur, avus Ser. (Cornelii) Scipionis Salvidieni Orfiti consulis a. 110.

1182 (SER. CORNELIVS SCIPIO) SALVIDIENVS ORFITVS (*apud Suetonium* Salvidienus Orfitus, *Philostratum* Orfitus), consularis *(consul suffectus anno incerto sub Flaviis)* a Domitiano in insulam relegatus, postea occisus *Sueton. Domit. 10, Philostr. vit. Apoll. 7, 8. 33; 8, 7, 36. Videtur filius consulis a 51 qui praecedit, pater consulis a. 110 qui sequitur.*

1183 SER. (CORNELIVS) SCIPIO SALVIDIENVS ORFITVS, consul anno 110 cum M. Peducaeo Priscino. *In consulatu:* Ser. Scipio Salvidienus Orfitus *dipl. mil. III 25,* Ser. Salvidienus Orfitus *VI 10243, ceterum* Orfitus *fasti. Idem videtur* Orfitus, praefectus urbi, qui ab Antonino Pio successorem petiit et impetravit *vit. Pii 8, 6.* — *Probabile est eum filium fuisse Orfiti qui praecedit, patrem consulis a. 149.*

1184 SER. CORNELIVS SCIPIO SALVIDIENVS ORFITVS, consul anno 149 cum Q. Nonio Sosio Prisco. *Tituli: ipse dedicavit Antonino et Vero VIII 24 (1) Tripolitanum, memorari videtur in t. filiae Ausculano mutilo IX 663 (2).*

In consulatu: Ser. Scipio Orfitus *II 327,* ... Σκιπίωνος Ὀρ[φίτου] *Lebas-Waddington 2307,* Σαλβιδιηνοῦ Σκιπίωνος Ὀρφίτου *in t. graece scripto Borghesi opp. VIII p 276,* Λ. (*sic traditur vix recte*) Σεργίῳ Σκιπίωνι Ὀρφίτῳ *Athenische Mittheilungen 1896 p. 256,* Scipio Orfitus *VI 644. Liber colon. Gromat. I p. 244. 253 (utroque loco* Scipione *corrupto in* priore *vel* seniore), *ceterum* Orfitus *fasti.* — Ser. Co[rnelius] Orfitus *t. 1.* Ser. Cor(nelius) Scip(io) Orfitus *t. 2.* — Scipio Orfitus *Apul. florid. 17.*

Filius videtur Ser. Scipionis Salvidieni Orfiti cos. a. 110. — Consul *t. 2,* anno 149 *fasti.* Proconsul Africae *t. 1, Apul. l. l. Cum in t. 1*

Verus dicatur Armeniacus, quod nomen recepit sub finem anni 163, sed desit Antonino, qui recepit anno 164 (cf. Eckhel VII p. 72. 90), efficitur annus proconsularis Orfiti a. 163/164. — Filiae nomen periit in t. 2.

1185 Cornelius Senecio, eques Romanus splendidus ac dives, amicus Senecae philosophi, subito mortuus *Seneca epist. 101, 1–4.*

1186 Q. CORNELIVS SENECIO ANNIANVS. *Titulus eius Carteiensis II 1929 honores ordine inverso exhibet. — Patris nomen periit,* tribu Galeria.

Quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor, curator viae Latinae, legatus legionis VII Geminae Felicis, curator viae Appiae, proconsul Ponti et Bithyniae, consul *(suffectus anno incerto); proconsulatu utrum consularis an praetorius functus sit, ex titulo non apparet cf. quae adnotavi supra ad A 934; in fine* sacerdoti Herculis *extra ordinem reliquorum honorum additur, unde recte Hübner intellexit sacerdotium Herculis Gaditani.*

1187 Q. CORNELIVS SENECIO PROCVLVS, frater Corneliarum Proculae et Placidae, *filius ergo* L. Stertinii Quintiliani Acilii Strabonis Q. Cornelii Rustici Apronii Senecionis Proculi *VI 1387 cf. supra n. 1163,* praetoricius legatus provinciae Asiae *VI 1388 t. sepulcralis a sororibus positus; legatus patris proconsulis Asiae decessisse videtur.*

1188 Cornelius Senex inter legatarios Dasumii nominatur *VI 10229 v. 28.*

1189 Cornelius Severus, poeta aetatis Augusti, ad quem Ovidius scripsit *ex Ponto 4, 2;* 'vates magnorum maxime regum' *ibd. v. 1;* 'quique dedit Latio carmen regale Severus' *id. ex Ponto 4, 16, 9.* Etiamsi versificator quam poeta melior, si tamen ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum *(scilicet inter poetas carminis heroi) Quintil. instit. 10, 1, 89.*

— M'. ACILIVS GLABRIO CN. CORNELIVS SEVERVS.

1190 CORNELIVS SISENNA, senator, cui anno 741 = 13 a. C. in senatu propter uxoris vitam crimina obiecta sunt *Dio 54, 27.*

In nummis I) sub Augusto non ante a. 742 = 12 a. C. cusis (cf. Mommsen, Münzwesen p. 744) memorantur quattuor IIIviri aere argento auro flando feriundo Sisenna, Apronius, Galus, Messalla *Babelon, Monnaies de la République Romaine I p. 432. Item nummi II) aetatis Augusti in Sicilia ut videtur cusi in parte adversa caput Augusti exhibent inscripti* Augustus, *in aversa* Sisenna pr. cos. L. Statius Flaccus, P. Cotta Bal. IIvir(i) *museum Berolinense, collectio Imhoof, Borghesi opp. II p. 324, Numismatic chronicle XIV (1852) p. 123 cf. XVII (1855) p. 218.*

Nummos omnes ad eundem hominem memoratum a Dione referendos esse censuit Borghesi l. l. p. 326, cum nummos I paulo post pugnam Actiacam cusos esse falso opinaretur. Postquam autem illud monetalium collegium non ante a. 742 fuisse constitit, veri parum simile videtur Cornelium Sisennam qui fuit senator anno 741, quaestor ergo

fuerat ante, postea monetalem fuisse. Immo duo homines cognomines aetatis Augusti distinguendi mihi videntur sive pater filiusque sive fratres. Vter proconsul Siciliae fuerit, non magis definire licet quam ad utrum referendus sit titulus liberti VI 1900: V. L. Cornelius Sisennae libert. Hilarus *etc. — Perperam Sisennam Dionis memorari ab Horatio sat. 1, 7, 8 statuit Borghesi.*

1191 CORNELIVS SVLLA fuit inter prodigos et ob flagitia egentes, quos Tiberius anno 17 movit senatu aut sponte cedere passus est *Tac. a. 2,48.*

1192 FAVSTVS CORNELIVS SVLLA, consul suffectus anno 31. *In consulatu:* Faustus Cornelius Sulla *X 1233 fasti Nolani, XIV 2466,* [Faustus Cor]nelius [Sulla] *VI 2298;* Faustus Sulla *fasti Arvalium CIL I² p. 71,* Sulla *Digest. 48, 2, 12 pr.*

Suffectus VII idus Mai. usque in kal. Oct. a. 31, collegis Sex. Teidio Valerio Catullo usque in kal. Iul., dein L. Fulcinio Trione *fasti.*

Potest idem esse qui memoratur in t. Corneliae Fausti l. Vrbanae nutricis Faustae *(filiae) VI 16470. Filius huius videtur Faustus Cornelius Sulla Felix consul a. 52.*

1193 L. CORNELIVS SVLLA, consul anno 749 = 5 a. C. cum Augusto XII. *Titulum ei posuerunt clientes VI 1390.*

In consulatu: L. Cornelius Sulla *IX 4644, X 2381;* L. Sulla *Plin. n. h. 7, 60, Cassiodor.;* L. [Cornelius Sulla] *fasti min. XII CIL I² p. 69, ceterum* Sulla *fasti.*

P. f., praetor, consul, VIIvir epulonum *tit.*

1194 L. (CORNELIVS) SVLLA, iuvenis nobilis, de cuius inreverentia Domitius Corbulo anno 21 in senatu questus est; ei patrocinati sunt Mamercus Scaurus patruus simul ac vitricus et L. Arruntius aliique propinqui *Tac. a. 3, 31. Filius videtur Sextiae (cf. A 280); cum de patre nihil constet, incertum est num idem sit atque L. Cornelius Sulla Felix cos. a. 33.*

1195 L. (CORNELIVS) SVLLA, senator, cui cum prae senio in senatu quaedam audire non posset, ab imperatore Claudio anno 42 concessum est in praetoriis subselliis sedere *Dio 60, 12.*

1196 (CORNELIVS) [SVLLA] FELIX, frater Arvalis anno 21 *VI 2023 b. Inter Sullas Felices illius aetatis, qui quidem adhuc noti sunt, cogitari possit de uno consule anni 33 (cf. n. 1198); at is vix anno 21 fuit frater Arvalis et flamen ut videtur collegii.*

1197 FAVSTVS CORNELIVS SVLLA FELIX, consul anno 52 cum L. Salvio Othone. *In consulatu:* Faustus Cornelius Sulla Felix *dipl. mil. III 1,* Faustus Cornelius *Ephem. ep. 1, 176,* Faustus Sulla *Tac. a. 12, 52, ceterum* Sulla *fasti.* — Faustus Cornelius Sulla Felix *in actis Arvalium VI 2037. 2039. 2040,* Cornelius Faustus Sulla *Zonaras 11, 9 p. 30 ed. Dindorf,* Faustus Sulla *Sueton. Claud. 27;* Cornelius Sulla *Tac. a. 13, 23. 47,* Sulla *ibd. 14, 57. 59.*

Filius videtur Fausti Cornelii Sullae cos. a. 31. Ἀδελφὸς τῆς Μεσσαλίνης *(uxoris Claudii) Zonaras l. l., sed ne de uterino quidem cogitari poterit neque novimus ullam aliam propinquitatis rationem, qua cum Messalina coniunctus fuerit.* — Consul anno 52 *fasti.* Claudius post Cn. Pompeium interfectum Antoniam filiam ei in matrimonium dedit *Sueton. Claud. 27, Tac. a. 13, 23.* Quamquam ingenium eius socors, natura maxime despecta et nullius ausi capax erat, Neroni suspectus anno 58 Massiliam amotus est *Tac. a. 13, 47, unde in actis Arvalium a. 58 nomen eius non legitur nisi ab initio.* Anno 62 iussu Neronis Massiliae occisus *ibd. 14, 57. 59.* — Frater Arvalis adfuit in collegio a. 55. 57. 58 *acta Arv.* — Ex Antonia imperante Claudio filium tulit *Zonaras l. l.*

1198 L. CORNELIVS SVLLA FELIX, consul anno 33 cum Ser. Sulpicio Galba. *Memoratur in fastis Arvalium CIL I² p. 71.*

In consulatu: L. Sulla Felix *X 1233 fasti Nolani,* L. Cornelius *Dio 58, 20,* L. Sulla *I 770. 771 in tesseris gladiatoriis, Tac. a. 6, 15, ceterum* Sulla *fasti.* — L. Sulla *fasti Arval.*

Praetor peregrinus anno 29 *fasti Arval.,* consul anno 33 *fasti.* — *Dubium est, num idem sit L. (Cornelius) Sulla n. 1194 vel (Cornelius) [Sulla] Felix n. 1196.*

1199 Cornelius Tacitus, eques Romanus, procurator Galliae Belgicae, cuius filium ἐκτράπελον Plinius viderat *Plin. n. h. 7, 76.*

1200 P. CORNELIVS TACITVS *memoratur in t. Mylaseno Bulletin de correspondance Hellénique XIV (1890) p. 621, accuratius edito ab Hula et Szanto Sitzungsberichte der Wiener Akademie Phil.-Hist. Classe 1895 p. 18 (1), fortasse et in testamento Dasumii VI 10229 (2).*

P. Cornelius Tacitus *codex Mediceus in subscriptionibus libri primi et tertii annalium;* C. Cornelius *Sidon. Apoll. epist. 4, 22, 2,* C. Tacitus *ibd. 4, 14, 1 falso ut videtur;* Cornelius Tacitus *t. 1, ubi in lapide est* [ἀνθυπά]τῳ Κορνηλίῳ Τακίτῳ, *non ut ante edebatur* Πο(βλίῳ) Κορνηλίῳ Τακίτῳ; Cornelius [Tacitus?] *t. 2, ceterum apud scriptores* Cornelius Tacitus *sive* Tacitus.

Cum Cornelio Tacito procuratore Belgicae (n. 1199) certe parentela coniunctus, probabiliter filius. Aetate propemodum aequalis, maior tamen Plinio *Plin. epist. 7, 20, 2. 4, natus fere circa a. 55.* Anno 77 Cn. Iulius Agricola filiam ei iuveni despondit ac post consulatum collocavit *Tac. Agr. 9.* 'Mihi Galba Otho Vitellius nec beneficio nec iniuria cogniti; dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim' *ipse h. 1, 1. Ex quibus verbis obscurioribus, quae alii aliter interpretati sunt, nulla unquam ratione Taciti cursus honorum qui fuerit ante praeturam accurate colligi poterit. Probabiliter cum ordini sequestris esset, a Vespasiano latum clavum ita accepit, ut ad vigintiviratum admitteretur et stipendia legitima tribunus militum laticlavius mereretur. Quaestura*

autem sub Vespasiano an sub Tito functus sit non magis certe statuere licet quam utrum tribunus plebis aut aedilis Tito fuerit an Domitiano imperante. Praetor, quindecimvir sacris faciundis anno 88 ludis saecularibus adfuit *ipse a. 11, 11.* Per quadriennium Roma absens fuit *(probabiliter, ut praetorius provinciam administraret vel legioni praeesset)*, cum Agricola moreretur *(anno 93)*, sed ante finem imperii Domitiani in urbem rediit *ipse Agr. 45.* Consul (suffectus) anno 97 publice laudavit Verginium Rufum *Plin. epist. 2, 1, 6 cf. quae exposui Rheinisches Museum XLIIII (1889) p. 273 sqq.*; consularis *Sidon. Apoll. epist. 4, 14, 1.* Proconsul (Asiae sub Traiano) *t. 1.*

Auditor M. Apri et Iulii Secundi, quos in iudiciis non modo studiose audiebat, sed domi quoque et in publico adsectabatur *ipse dial. 2;* Plinius adulescentulus eum, cum iam fama gloriaque floreret, sequi studuit *Plin. epist. 7, 20, 4;* laudator eloquentissimus *ibd. 2, 1, 6,* σεμνῶς dicere eximium orationi eius inerat *ibd. 2, 11, 17.* Cum Plinio anno fere 100 Marium Priscum accusavit *ibd. 2, 11.*

Amicus Fabii Iusti, cui dedicavit dialogum de oratoribus *dial. 1,* Asinii Rufi *Plin. epist. 4, 15, 1;* cum Plinio familiaritate et communione studiorum coniunctus *ibd. 7, 20; 9, 23;* Plinius scripsit ad eum *epist. 1, 6. 20; 4, 13; 6, 9. 16. 20; 7, 20. 33; 8, 7; 9, 10. 14. Cum Plinio fortasse memoratur inter legatarios Dasumii t. 2 cf. Plin. epist. 7, 20, 6.*

Postquam per totum imperii Domitiani spatium librum in publicum non emisit, post excessum Nervae anno 98 vitam Cn. Iulii Agricolae edidit *ipse Agr. 3 cf. 43.* Eodem anno scripsit librum de Germania *cf. Germ. 37. Vtrum sub idem fere tempus, ut alii statuunt (cf. Schanz, Geschichte der Römischen Litteratur II p. 362), an regnante Tito, ut alii (cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 334, 2⁵), dialogum de oratoribus confecerit, non certe dispicere licet. Neque enim inde quod colloquio illi, quod habitum esse anno 75 finxisse videtur cf. dial. 15,* 'iuvenem admodum' *se interfuisse dicit dial. 1, efficere necesse est Tacitum cum haec scriberet, hominem fuisse aetatis provectae, praesertim cum more Romano homo pueritiam egressus, priusquam ad senectutem venisset, non aliter diceretur nisi iuvenis. Neque reliqua argumenta ex indole libri petita quae in utramque sententiam disputata sunt, rem certe diiudicant. — Deinde Tacitum intra a. 104–109 in Historiis scribendis versatum esse docent Plinii epistulae 6, 16. 20; 7, 20. 33; 8, 7,* immortales historias Taciti fore auguratur *id. 7, 33, 1.* Post historias quas memorat *ipse a. 11, 11,* scripsit libros ab excessu divi Augusti, *in quorum altero conficiendo sub finem imperii Traiani versatum esse recte a plerisque (cf. adn.) ex verbis a. 2, 61 statuitur* 'exin Elephantinen ac Syenen, claustra olim imperii Romani, quod nunc Rubrum ad mare patescit'.

Imperator (M. Claudius) Tacitus Cornelium Tacitum, scriptorem historiae Augustae, quod parentem eundem suum diceret, in omnibus

bibliothecis conlocari iussit, neve lectorum incuria deperiret, librum per annos singulos decies scribi publicitus *euicos archiis iussit et in bibliothecis poni *vit. Taciti 10, 3.* A Cornelio Tacito originem ducere voluit et Polemius, praefectus praetorio Galliarum *Sidon. Apoll. epist. 4, 14, 1.*

Memoratur vel citatur Tertull. apol. 16 = ad nation. 1, 11, ad nation. 2, 12, vit. Aureliani 2, 1, Probi 2, 7, Hieronym. in Zachar. 3, 14 VI p. 913 ed. Vallarsi, Oros. 1, 5, 1; 1, 10, 1. 3. 5; 7, 3, 7; 7, 9, 7; 7, 10, 4; 7, 19, 4; 7, 27, 1; 7, 34, 5, Cassiodor. Var. 5, 2, Iordan. Get. 2, 13, Sidon. Apollin. epist. 4, 22, 2, carm. 2, 192; 23, 154, schol. ad Iuven. 2, 99; 14, 102, Serv. Aen. 3, 399, auctor fingitur Cornelius Tacitus libro facetiarum *Fulgent. p. 183 ed. Muncker.*

Verba Taciti a. 2, 61 quae supra attulimus referenda esse ad expeditionem a Cornelio Palma susceptam itaque scripta esse posse post a. 108 [immo a. 106 cf. supra n. 1155] statuit Asbach Raumers Historisches Taschenbuch 1887 p. 147, qui mare Rubrum quod dicit Tacitus sinum Arabicum intellegit. Quamquam mare Rubrum (*id est oceanus Indicus*) in duos dividitur sinus, Persicum et Arabicum, *ut ait Plin. n. h. 6, 108, tamen apud Tacitum mare Rubrum intellegendum esse sinum Persicum apparet ex verbis eius a. 14, 25. Atque ea interpretatio confirmatur conferentibus nobis verba Eutropii 8, 3:* (Traianus) usque ad Indiae fines et mare Rubrum accessit atque ibi tres provincias fecit Armeniam Assyriam Mesopotamiam, *cf. Ruf. Fest. 20:* in mari Rubro classem instituit.

1201 Cornelius Titianns, amicus Plinii, qui ad eum scripsit *epist. 1, 17; idem videtur* Titianus, ad quem dedit *epist. 9, 32.*

1202 Cornelius (Tuscus?) Mamercum Scaurum una cum Servilio anno 34 maiestatis postulavit *Tac. a. 6, 29;* iidem accusatores postea, quia pecuniam a Vario Ligure omittendae delationis ceperant, in insulas interdicto igni atque aqua demoti sunt *ibd. 6, 30. Alteri utri cognomen Tuscum fuisse apparet ex verbis Senecae rhetoris suasor. 2, 22:* 'Tuscus ille qui Scaurum Mamercum — — maiestatis reum fecerat, homo quam improbi animi tam infelicis ingenii dixit' *(in declamatione suasoriae) etc.*

1203 [COR]NELIVS VALENTI[NVS] [H]ONESTIANVS IVNIANVS, [quaestor prov. A]chaiae, tribunus plebis, [praetor, cu]rat(or) via[rum] *VIII S. 18269 t. Lambaesitanus mutilus.*

1204 Cornelius Valerianus, auctor Plinii de animalibus et arboribus *Plin. n. h. ind. l. 8. 10. 14. 15,* citatur *ibd. 10, 5; 14, 11. Dubium videtur, num idem intellegendus sit* Valerianus *ibd. ind. l. 3 et 3, 108.* — P. LICINIVS CORNELIVS VALERIANVS CAESAR.

1205 Cornelius Vrsus (*sic plene in inscriptione epist. 4, 9; 5, 20, ceterum* Vrsus), amicus Plinii, qui ad eum scripsit *epist. 4, 9; 5, 20; 6, 5. 13; 8, 9.*

1206 CORNELIA *(nomen ponitur v. 13. 43),* de cuius morte Propertius consolatur maritum *elegia 5, 11.*

E gente paterna Scipionum *v. 30, filia ut videtur P. Cornelii Scipionis consulis suffecti a. 716 = 38 a. C. vide supra n. 1174;* filia Scri-

boniae, quae postea *(cf. Sueton. August. 62)* C. Caesari nupsit, soror uterina Iuliae Augusti filiae *v. 55 sqq., soror (germana) P. Cornelii Scipionis consulis a. 738 = 16 a. C.* Vxor Paulli Aemilii Lepidi censoris a. 732 = 22 *cf. v. 67*, mater (L. Aemilii) Paulli et (M. Aemilii) Lepidi *v. 63* et filiae *v. 65.* Defuncta est fratre consule = 16 a. C. *v. 66.*

1207 CORNELIA *publice honorata t. Thespiaco Inscript. Graeciae Septentr. I 1854:* [Ὁ δῆμος Θεσπιέω]ν Κορνηλίαν Σισέννα [Σταπλίου] Ταύρου ἀνέθηκεν. *Dubium videtur, utrum hic intellegenda sit Tauri uxor an filia, ea fortasse* Statilia Cornelia *quae memoratur VI 6264 cf. 6322. 6371. 6424, de qua vide infra sub Statilia.*

1208 CORNELIA anno 23 virgo Vestalis capta *Tac. a. 4, 16.*

1209 CORNELIA, uxor Calvisii Sabini sub Gaio accusata, quod in legatione mariti vigilias et exercitia militum inspexisset, se interemit *Dio 59, 18;* in ipsis principiis stuprum ausa est et criminis huius reus T. Vinius arguebatur *Tac. h. 1, 43, Plutarch. Galba 12, qui nomen tacent.*

1210 CORNELIA, e Scipionum gente, uxor L. Volusii Saturnini praefecti urbi (a. 42—56), mater Q. Volusii Saturnini consulis (a. 56) *Plin. n. h. 7, 62.* [C]orneliae L. f. Volusi Saturnini p[raef. urbi] *in t. urbano Bullettino comunale 1887 p. 182 n. 1915,* Cornelia L. [Volu]si *in t. servae VI 7387. — In t. servi dispensatoris* Q. et Corneliae n(ostrae) *VI 9343 vel de nostra et filio eius Q. Volusio Saturnino cos. a. 56 vel de filio filiaque cogitari potest.*

1211 CORNELIA, Cossi Gaetulici filia, virgo Vestalis *memoratur in t. VI 17170; cum Cossus (vide supra n. 1136) videatur filius Cn. Lentuli Gaetulici consulis a. 26, eadem esse potest* Cornelia ex familia Cossorum, quae anno 62 virgo Vestalis capta est *Tac. a. 15, 22.*

1212 CORNELIA, virgo Vestalis maxima a Domitiano incesti damnata et viva defossa *Plin. epist. 4, 11, 6–11, Sueton. Domit. 8, Eusebius arm. ad a. Abr. 2106 = Hieronymus 2107; rem attingit nomine non allato Iuvenal. 4, 9–10.*

— (STATILIA) CORNELIA.

— [VAL]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

— VOLVSIA CORNELIA.

1213 [COR]NELIA CAESIA, Cn. Lentuli [Ga]etulici filia *VI 1391 t. mutilus. cf. supra n. 1135.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA(?) PROCILLA ... LVCVLLA.

1214 CORNELIA CETHEGILLA *publice honorata a civitate Mytilenaeorum t. graece scripto Lesbio Ephem. ep. 2 p. 6. 19:* M. Gavii [Squillae] Gallicani consularis *(cos. a. 127)* et Pompeiae Agrippinillae filia, M. Pompei Macrini Theo[ph]anis neptis.

1215 CORNELIA CETHEGILLA AEMILIA PLANCINA posuit Corneliae Piae libertae *t. urbanum Bullettino comunale 1881 p. 18 n. 456.*

— LVCIA LORENIA CORNELIA CRISPINA.

1216 (CORNELIA) DOLABELLINA *memoratur in titulo libertae VI 5096.*
1217 Cor(nelia) Domitia, L. Cor(nelii) Domitiani filia *publice honorata t. Melio Athenische Mittheilungen I (1876) p. 247 n. 3. Femina nobilis videtur.*
1218 CORNELIA GAETVLICA, Gaetulici filia *VI 1392 t. in monumento Scipionum repertus, filia scilicet Cn. Cornelii Lentuli Gaetulici consulis a. 26.*
1219 CORN(ELIA) MARVLLINA, L. f., clarissima femina *IX 662 t. Ausculanus mutilus servatus libro Filonardiano. Vbi sequitur fragmentum n. 663:* 'Ser. Cor. Scip. Orfiti cos. [fi]liae NI (*sic traditur editurque, quid subsit nescio*), Orfiti cos. sorori L. Lucilius Pansa Priscilianus sanctissimae fecit'; *hoc cum priore fortasse iungendum esse opinatus est Mommsen. Quod qui fieri possit non video, nisi in t. priore pro* CORN. L. F. *scribitur* CORNEL.
1220 [C]ornelia Ocel[la], (uxor) M. Arrecini Clementis *Ephem. ep. 8, 79 t. Rubensis mutilus.*
1221 CORNELIA ORESTINA *dicitur Dio 59, 8 (Zonaras 11, 5),* quae Livia Orestilla *Sueton. Calig. 25,* uxor C. Pisonis a Gaio abducta marito *v. supra p. 280.*
— IVLIA CORNELIA PAVLA AVGVSTA.
1222 CORNELIA PLACIDA, soror Corneliae Proculae *VI 1387. 1388 cf. n. 1225.*
1223 CORNELIA PRAETEXTATA, clarissima femina *in fistulis plumbeis Ostiae repertis XIV 1986; eadem esse potest* Cornelia Praetextata, quae posuit anno 239 imperatori Gordiano *t. VI 1089.*
1224 CORNELIA PRIVIGNA, L. f., uxor L. Iulii Larcii Sabini *ut videtur XI 1431 t. sarcophagi Pisani mariti certae lectionis, sed insolito more conceptus.*
1225 CORNELIA PROCVLA. *Tituli: posuit urbanos una cum sorore patri VI 1387 (1), fratri 1388 (2) sepulcrales ut videtur; filio V 7791 (3) Albingaunensem sepulcralem et ipsum.*

Cornelia Procula *t. 1. 2. 3,* Q. f. *t. 3,* filia L. Stertinii Quintiliani Acilii Strabonis Q. Cornelii Rustici Apronii Senecionis Proculi *t. 1,* soror Q. Cornelii Senecionis Proculi *t. 2* et Corneliae Placidae *t. 1. 2;* mater M. Vibullii Proculi *t. 3.*

— OSCIA MODESTA CORNELIA PVBLIANA.
1226 Cornelia Quinta, uxor P. Livii Larensis *VI 2126.*
1227 CORNELIA SALONINA AVGVSTA, uxor imperatoris P. Licinii Gallieni Augusti *passim in titulis nummisque Eckhel VII p. 418 sqq., Cohen* V^2 *p. 496* Iuliae *nomen ei tribuitur in nonnullis nummis urbium Cariae ut Antiochiae et Aphrodisiadis, ubi dicitur* Ἰου(λία) Κορ(νηλία) Σαλωνίνα *Eckhel VII p. 420;* Salonina *vit. Gall. 21, 3, Epitome 33, 1, Porphyr. vit. Plotini 12.* Plotini philosophi amica *Porphyr. l.l. Eam ad finem imperii mariti advixisse docent nummi eius Alexandrini, qui ei quintum deci-

mum annum (Gallieni) tribuunt; nam nummis Gallieni, qui sextum decimum exhibere feruntur, fides abroganda est cf. von Sallet, Daten der Alexandrinischen Kaisermünzen p. 73. Erat cum Gallieno, cum Mediolanium anno 268 obsideret *Zonaras 12, 25 p. 147 ed. Dindorf (nomine omisso). Probabile igitur est post necem mariti et ipsam interfectam esse.*

— AEMILIA CORNELIA SCRIBONIA MAXIMA.

1228 CORNELIA SEVERINA, P. f., mater Valerii Vegeti consulis (a. 91), flaminica Aug. *II 2074 t. Iliberritanus publice positus.*

— Aufidia Cornelia Valentilla.

— LICINIA CORNELIA VOLVSIA TORQVATA.

— Annius Cornicula.

1229 L. CORNIFICIVS, L. f. *Dio ind. l. 49,* anno 711 = 43 a. C. C. Caesare (filio) auctore M. Brutum accusavit *(lege Pedia) Plutarch. Brut. 27.* Legatus Caesaris bello a. 716—718 = 38—36 contra Sex. Pompeium gesto interfuit *Velleius 2, 79, 4, Appian. bell. civ. 5, 80. 86. 111. 113, Dio 49, 6–7.* Consul a. 719 = 35 cum Sex. Pompeio *Dio ind. l. 49; 49, 18. 33, Cassiodor., Chronograph., fasti Hyd., chron. Pasch.* III non. Dec. *(a. 721 vel 722 = 33/32 ut videtur)* ex Africa (proconsul) triumphavit *tab. triumph. Barberiniana CIL I² p. 76.* Augusto auctore aedem Dianae restituit *Sueton. August. 29.*

1230 Cornificius Gallus Vergilii Georgica irrisit versu quem affert *Cledonius Gramm. Lat. V p. 43. — Fortasse idem est* Cornificius grammaticus qui citatur *Fest. p. 123. 166 b. 170 b. 182 a. 194 b. 217 b. 282 a. 359 b, Arnob. 3, 39, Serv. in Verg. ecl. 2, 39 p. 54 ed. Thilo cf. adn., georg. 1, 55, Aen. 3, 332 (ubi traditur* Cornificius Longus*), Philarg. in ecl. 3, 106;* Cornificius Etymorum libro tertio *Macrob. sat. 1, 9, 11,* in Etymis *ibd. 1, 17, 62 cf. 1, 17, 9; 1, 17, 33; 1, 23, 2.*

— VELIVS CORNIFICIVS GORDIANVS.

1231 CORNIFICIA, filia M. Aurelii et Faustinae, cuius dies natalis a patre memoratur *Front. ad Antonin. imp. 1, 1 p. 94 ed. Naber. Certe minor natu quam Fadilla cf. supra A 1133; nata igitur circa a. 165.* Ab Antonino Severi filio mori iussa venas exsolvit *Dio (ecl. de sententiis Vaticanae) V p. 214 ed. Dindorf. Eodem spectare videtur Herodian. 4, 6, 3* τήν τε Κομμόδου ἀδελφὴν πρεσβῦτιν ἤδη καὶ πρὸς πάντων βασιλέων ὡς Μάρκου θυγατέρα τετιμημένην ἀπέκτεινεν, αἰτιάν ἐπαγαγὼν ὡς δακρυσάσῃ παρὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τοῦ παιδὸς φόνῳ, *sed nescio an auctor levissimus filium quem dicit confuderit cum Ti. Claudio Severo Proculo cf. n. 814 (ubi p. 400 l. 5 pro 'Vibia Aurelia' corrigendum est 'Cornificia').* Cornificia Augusti (= Commodi) soror *memoratur in t. servi VI 8721. — Eadem videtur* Cornificia, quam infamissime Pertinax dicitur dilexisse *vit. Pert. 13, 8.*

— FAVSTINA VMMIDIA CORNIFICIA *vide sub* VMMIDIA.

— VOLTEIA CORNIFICIA.
— ANNIA CORNIFICIA FAVSTINA.

1232 (Cornificia) Faustilla *memoratur in t. libertae VI 16481. Femina nobilis videtur.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA (?) PROCILLA ... LVCVLLA.

1233 Cornutus, amicus Tibulli, qui in diem natalem eius scripsit elegiam *2, 2,* eum adloquitur *2, 3, 1. Potest idem esse* Cerinthus, *ad cuius amores spectant carmina Tibulli 4, 2–6 et Sulpiciae 4, 7–12.*

1234 CORNVTVS AQVILA, legatus Augusti pro pr. (Galatiae) anno 748 ≙ 6 a. C. *III S. 6974, ubi editum est* Corn(elio); *in lapide legit* Cornuto *Bérard Bulletin de correspondance Hellénique XVI (1892) p. 420 cf. III S. 12217.*

— L. Annaeus Cornutus.
— M. CAECILIVS CORNVTVS.
— FVFICIVS CORNVTVS.
— C. IVLIVS PLANCIVS VARVS CORNVTVS.
— C. IVLIVS CORNVTVS TERTVLLVS.
— C. Licinius Cornutus Gabinianus.
— MANILIVS CORNVTVS.
— L. SERVENIVS CORNVTVS.

1235/36 Corocotta, latro in Hispania nobilis aetate Augusti *Dio 56, 43.*

1237 (Corvinius) Aemilianus, procurator Augustorum (Pannoniae inferioris), pater Q. Corvini Severiani *III 3281 t. Mursensis.*

1238 Q. Corvinius Severianus, (Corvinii) Aemiliani filius *III 3281 t. Mursensis.*

1239 Corvinus, amicus Iuvenalis, ad quem scripsit *sat. 12 (nomen ponitur v. 1. 93).*

1240 Corvinus memoratur ut homo nobilis prosapiae pauper factus *Iuvenal. 1, 108; videtur fuisse e gente Valeria cf. Tac. a. 13, 34.*

— TAVRVS STATILIVS CORVINIVS = T. STATILIVS CORVINVS TAVRVS.
— M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS.

1241 Corvinus Celer, quaestor Oecensis *Apuleius apol. 101 p. 111, 27 ed. Krüger;* Corvinus Clemens *loco interpolato p. 112, 5.*

1242 *P. CORVIVS RVSTICVS, consul *(suffectus)* XVI k. Sept. *(anno incerto ante annum 79). Sic nomina Borghesi in titulo Pompeiano graphio exarato IV 1554 agnovisse sibi visus est; sed litterae pessimae (cf. tab. XV 1) nomina consulum ne probabiliter quidem statuere sinunt.*

1243 Corvus, rhetor aetate Augusti *Seneca suasor. 2, 21.*

1244 Coryllus, rex Gothorum post Comosicum in Dacia per quadraginta annos suis gentibus imperavit *Iordan. Get. 12, 73;* Scoryllus *probabiliter coniecit A. von Gutschmid collato Frontino strat. 1, 10, 4* 'Scorylo dux Dacorum'.

1245 COSCONIANVS, curator operum publicorum cum Nigro *VI 1472 t. mutilus saeculi incerti aetatis imperatoriae.*

1246 Cosconius, poeta, quem Martialis perstringit *epigr. 2, 77; 3, 69. Nomen non ficticium videtur.*

1247 C. COSCONIVS COMMODIANVS, clarissimus puer *VI 1393* = *VI 4229.*

1248 M. Cosconius Fronto. *Tituli: ei positi sunt Caralitani X 7584 (1) corr. Additam. p. 995 et 7583 (2) mutilus, sed plane in eundem modum conceptus atque t. 1; ipse posuit in Foro Traiani X 7860 (3).*

M. Cosconius Fronto *t. 1. 3;* ..... Fronto *t. 2.* — M. f., tribu Poll. *t. 1. [2].*

Praefectus fabrum a consule adlectus, praefectus cohortis I..... IF *(sic legit Mommsen in ectypis, incertum quid subsit),* tribunus militum legionis I Italicae, procurator Augustorum ad vectigal XX hereditatium per Pontum et Bithyniam et Pontum mediterraneum et Paphlagoniam, procurator Augustorum item ad vectigal XX hereditatium per Asiam Lyciam Phrygiam Galatiam insulas Cyclades, subpraefectus annonae urbis, procurator Augustorum ad vectigal ferrariarum Gallicarum *t. 1. 2,* procurator Augustorum et praefectus provinciae Sardiniae *t. 1. 2. 3.*

1249 COSCONIVS GENTIANVS. *Nummi Moesiae a) Nicopolis ad Istrum, b) Marcianopolis in adversa caput Septimii Severi laureatum exhibent: a) 1)* Αὐτ. Και. Λ. Σεπ. Σεουῆρος ℞ Ὑπ(ατικοῦ) Κοσκ. Γεν .... ου Νικοπολιτῶν πρὸς Ἴστρον *catalogus musei Berolinensis I p. 73 n. 5, 2)* Αὐ. Και. Λ. Σεπτ. Σευῆρος Περ. ℞ ΥΠ. ΚΟΣΕΙ .... [Νι]κοπολιτῶν πρὸς Ἴσ(τρον) *catalogus musei Atheniensis p. 114 n. 837, ubi patet Postalaccam inscriptionem aversae non recte legisse. b) 1) Eadem adversa atque in a 2, in aversa* Υ. Κ. Γεντιανοῦ Μαρκιανοπολιτῶν *Eckhel, catalogus Vindobonensis I p. 54 n. 5 (non accurate inde Mionnet Suppl. II p. 72 n. 104), 2) cum alio typo in aversa, ceterum idem atque n. b 1 Revue numismatique ser. III vol. I (1883) p. 375. — Alii plerumque male descripti Mionnet l. l. p. 72 n. 103. 105–107, p. 74 n. 115, p. 77 n. 136.*

Legatus (Augusti pro praetore) provinciae Moesiae inferioris sub Septimio Severo *nummi.*

1250 Cosconia, uxor Vrbici *Martial. 11, 55, 5.*

1251 P. COSINIVS FELIX, vir clarissimus, legatus Augustorum pro pr. (Pannoniae inferioris) *III 3421 t. Aquincensis.*

— Agilius Cosmianus.

1252 Cosmus, Augusti servus *Sueton. August. 67.*

1253 Cosmus, myropola *Martial. 1, 87, 2; 3, 55, 1; 9, 26, 2; 11, 8, 9; 11, 18, 9; 11, 50, 6; 12, 65, 4; 14, 59, 2; 14, 110, 1; 14, 146, 1, Iuvenal. 8, 86, cf. Petron. fragm. XVIII ed. Bücheler p. 111*[3].

1254 Cossinus (*fortasse* Cosinius), eques Romanus, amicitia Neronis notus a medico Aegyptio interemptus *Plin. n. h. 29, 93.*

1255 L. COSSO[NIVS], IIIvir aere [argento auro flando feriundo], pont[ifex] *IX 1122 t. Aeclanensis mutilus.*

1256 L. COSSONIVS EGGIVS MARVLLVS, consul anno 184 cum Cn. Papirio Aeliano. *In consulatu:* L. Cossonius Eggius Marullus *VI 2099;* L. Eggius Marullus *VI 723* (Maryllus). *1993, IX 4686, X 5160, XII 1782, XIV 3663, ceterum* Marullus *fasti.*

In locum L. Cossonii Eggii Marulli, salii Palatini, qui flamen factus collegio exierat, alius cooptatur anno 170 *VI 1978 fasti saliorum.*

— C. PASSIENIVS COSSONIVS SCIPIO ORFITVS.

— Claudius Cossus.

1257 COSSVTIANVS CAPITO, legatus Ciliciae anno 57 ex provincia repetundarum damnatus *Tac. a. 13, 33; 16, 21, quo pertinent versus* 'quam fulmine iusto et Capito et Numitor ruerint damnante senatu piratae Cilicum' *Iuvenal. 8. 92–94;* verba quaedam accusatoris affert *Quintil. inst. 6, 1, 14.* Gener Tigellini *Tac. a. 14, 48; 16, 17,* cuius precibus paulo post damnationem senatorium ordinem recepit et anno 61 Antistium Sosianum accusavit *ibd. 14, 48;* anno 66 Pactum Thraseam *ibd. 16, 21. 22. 27–28,* ob id praemiis donatus *ibd. 16, 33.* — *Memoratur ibd. 11, 6; 16, 26.*

— PEDANIVS COSTA.

1258 Costunius (?) Rufinus sub Antonino Pio Pergami templum Iovis Asclepii extruxit *Galenus II p. 224 K.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA COTIA (?) PROCILLA ... LVCVLLA.

1259 Cotiso, rex Dacorum *Flor. 2, 28,* rex Getarum, cui Caesarem (*qui postea Augustus*) Iuliam filiam despondisse, quo tempore sibi quoque in vicem filiam regis in matrimonium petiisset, insimulaverat M. Antonius *Sueton. August. 63;* occidit Daci Cotisonis agmen *Horat. carm. 3, 8, 18, quod scripsit in kal. Martias a. 725 = 29, cum M. Licinius Crassus (cos. a. 724) proconsul in Macedoniam missus contra Thraces et Getas bellum gereret Dio 51, 23 sqq. Cf. Mommsen, Res gestae divi Augusti p. 130*².

1260 COTTA *VI 1395 fragmentum tituli urbani, quod nihil praeter nomen exhibet; num recte inter titulos hominum ordinis senatorii relatum sit, non magis apparet quam quis intellegendus sit.*

1261 Cotta, eques Romanus Claudii iussu a Narcisso interfectus *Seneca apocol. 13.*

1262 Cotta, quem Lucanus poeta adlocutus est *versu laudato a Martiale 10, 64, 6.*

1263 Cotta, senex impudicus *Martial. 6, 70, 2.*

— AVRELIVS COTTA.

— M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS = M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS MESSALINVS.

1264 A. COTTIVS, proconsul Hispaniae *(scil. ulterioris)*, maritus Pacullae, pater A. Cotti et Cottiae Gallae, quae posuit parentibus et fratri *t. VI 1396.*

1265 A. COTTIVS, A. Cotti et Pacullae filius, Cottiae Gallae frater, quaestor, aedilis plebis *VI 1396.*

— M. Iulius Cottius.

— (VESTRICIVS?) COTTIVS.

1266 COTTIA, uxor Vestricii Spurinnae; ad coniuges Plinius scripsit *epist. 3, 10; memoratur* 'uxor singularis exempli' *ibd. 3, 1, 5.*

1267 COTTIA GALLA, A. Cotti et Pacullae filia, Memmiae Gallae neptis, A. Cotti soror *VI 1396.*

1268 Cotys, rex Thraciae. *Ipse posuit in oppido Thraciae Bizye parentibus t. graece scriptum Rangabé, Antiquités Helléniques II p. 784 n. 1236 (1). Eundem memorari in t. Attico CIA III 552 = Loewy, Inschriften griechischer Bildhauer p. 226 n. 315 a:* βασιλέα Ῥαισκούποριν Κότυος ἀρετῆς ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτόν. Ἀντίγνωτος ἐποίησε[ν] *statuit Mommsen Ephem. ep. 2 p. 253 adn. 6; at recte Dittenberger obiecit ad n. 552 hunc titulum separari non posse ab altero 553, ubi idem statuarius memoratur:* Ὁ δῆμος βασιλέα Κοῦτυν βασιλέος Ῥαισκουπόριδος ὑὸν ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν. Ἀντίγνωτος ἐποίησεν. *Ab altera autem parte eiusdem lapidis (n. 553) scriptus est titulus honorarius Paulli Fabii Maximi consulis a. 11 a. C., ita ut illos reges hoc pluribus decenniis antiquiores esse Dittenberger recte iudicasse videatur. Itaque etiam nummi in adversa inscripti* βασιλεὺς Κότυς, *in aversa* βασιλέως Ῥαισκουπόριδος *Eckhel II p. 59, catalogus musei Britannici Thracia p. 209, musei Berolinensis I p. 335 ad idem illud par regum aetatis liberae rei publicae mihi referendi videntur. Nam quae A. von Sallet de iis proposuit cat. musei Berol. I p. 334, refelluntur titulo Attico altero, quem ille et ipse neglexit.*

Filius Sadalae et Polemocratiae *t. 1, unde apparet Dionem 47, 25 errasse, cum scriberet* M. Brutum anno 712 = 42 a. C. occupasse regnum Sadalae, ἄπαις γὰρ τελευτῶν τοῖς Ῥωμαίοις αὐτὴν (*scil.* χώραν) κατέλιπε. *Rectius apud Appianum bell. civ. 4, 75 traditur* Πολεμοκρατία γυνή τινος τῶν βασιλίσκων *(scil. Sadalae)* ἀναιρεθέντος αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς ὑπ' ἐχθρῶν δείσασα περὶ τῷ παιδὶ ἔτι παιδίῳ ἧκεν αὐτὸν φέρουσα καὶ ἐνεχείρισεν Βρούτῳ, ἐνεχείρισε δὲ καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς θησαυρούς. ὁ δὲ τὸν μὲν παῖδα Κυζικηνοῖς ἀνατρέφειν παρέδωκε κτλ.

Cotys hic quando regnum paternum recuperaverit non traditur, recuperasse omnino apparet ex tit. 1. Obierat a. 738 = 16, quo Rhoemetalces patruus et tutor liberorum Cotyis memoratur *Dio 54, 20;* Rhescuporis filius eius *id. 54, 34.*

1269 Cotys, rex Thraciae. *Tituli: memoratur in decretis Cyzicenis in honorem Antoniae Tryphenae factis Monatsberichte der Berliner Akademie 1874 p. 17 (1), Athenische Mittheilungen XVI (1891) p. 141 (2). — De nummis ei falso tributis cf. n. 1268.*

Filius Rhoemetalcis regis Thraciae, quo defuncto Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit *Tac. a. 2, 64;* rex *t. 1.* Regnum adeptus erat, cum Ovidius ad eum scriberet epistulam *ex Ponto 2, 9, id est anno fere 12 p. C.* Patruus sub Augusto cunctanter regnum Cotyis infestare, dein sub Tiberio palam arma movere coepit, et cum uterque ab imperatore arma ponere iussus esset, simulata pace Cotyn ad colloquium illectum dolo cepit interfecitque (intra a. 14—15) *Tac. a. 2, 64–66, Velleius 2, 129, 1, Strabo 12, 3, 29 p. 556.* Vxor Antonia Tryphaena *t. 1. 2 (cf. A 718)* Rhoemetalcen in senatu occisi mariti accusavit *Tac. a. 2, 67.* Filii: Rhoemetalces, Polemo, Cotys *(n. 1270) t. 1.* — Cotyi mite et amoenum ingenium erat *Tac. a. 2, 64;* 'iuvenum mitissime' *eum adloquitur Ovidius l. l. v. 5 cf. v. 50;* poeta *id. v. 51 sqq.* Antipater in eum scripsit *epigr. Anth. gr. 4, 75. Memoratur Tac. a. 3, 38; 4, 5.*

1270 Cotys, rex Armeniae minoris, *memoratur in t. Cyziceno Antoniae Tryphenae cf. n. 1269 Monatsberichte p. 17.*

Filius tertius Cotyis regis et Antoniae Tryphenae, frater Rhoemetalcis et Polemonis; tres fratres anno 37/38 imperator Gaius in regna avita restituit *tit.;* et Cotys quidem Armeniam minorem (quam Polemo avus maternus quondam obtinuerat *Dio 49, 33*) accepit *id. 59, 12,* rex Armeniae minoris *Ioseph. ant. 19, 8, 1.* Anno 47 cum Mithridates Armeniam occuparet, paululum cunctationis attulit rex Armeniae minoris Cotys, versis illuc quibusdam procerum Armeniorum, dein litteris imperatoris Claudii coercitus est *Tac. a. 11, 9.*

1271 Cotys, rex Bospori. *Tituli Panticapaeenses graece scripti: ipse posuisse videtur Neroni mutilum Latyschev, Inscriptiones regni Bosporani n. 32 (1):* — — [Κότυς] ὁ Ἀσπούρ[γ]ου [β]α[σ]ι[λεὺς φιλόκαισαρ καὶ φιλορώ]μαιος εὐσεβὴς ἀρχιε[ρεὺς τῶν Σεβαστῶν διὰ βίου καθ]ιέρωσεν; *in altero ibd. n. 37 (2) versibus concepto praedicatur quod fons repertus sit virtute* υ[ἱ]έος Ἀσπούργου, εὐσεβέος Κότυος κτλ.

Nummi: Köhne, Description du Musée de Kotschoubey II p. 218 sqq., Catalogue of the Greek Coins, Pontus etc. p. 52: a) sine anno in parte adversa exhibet sellam curulem, supra eam coronam auream, in latere sceptrum inscriptus Τειμαὶ Βασιλέως Κότυος, *in aversa arma militaria* Τοῦ Ἀσπούργου *Köhne n. 1, Cat. n. 10; b) nummi aurei et aerei qui capita Claudii, Britannici, Agrippinae, Neronis exhibent cum inscriptionibus nominum et nomine regis per monogramma indicato; anni aerae Bosporanae indicantur inde ab a.* βμτ' *= 342 = 45/46 usque ad* ζντ' *= 357 = 60/61 Köhne n. 2–13, Cat. 1–9; c) aureus in aversa caput divi Claudii exhibet, in adversa caput Neronis et* Νέρω(ν) Κ(αῖσαρ) *monogrammate scriptum, infra* θντ' *= 359 = 62/63 Köhne n. 14, von Sallet Zeitschrift für Numismatik IIII (1877) p. 304; d) monogramma regium Cotyis, ut alii rei nummariae peritorum posuerunt, repetitum est in statere aureo inscripto* εξτ' *= a. 365*

= *68/69, qui nummus ad Vitellium referri solet Köhne n. 15 cf. Sallet l. l. p. 305, quamquam alii (cf. Latyschev praef. p. XLV) hunc nummum ad Rhescuporidem I (a. 71–92) rettulerunt.*

Aspurgi regis Bospori filius *t. 1. 2 (cf. A 1048) numm. a*, frater Mithridatis, regis Bospori *Tac. a. 12, 18.* A fratre Mithridate, rege Iberorum *(sic)*, cum res novas moliretur, Romam ad imperatorem Claudium missus est, ὁ δὲ παραπρεσβεύσας πάντα αὐτῷ κατεμήνυσε καὶ βασιλεὺς Ἰβηρίας κατὰ Μιθριδάτου γίνεται *Petrus Patricius fr. 3 Fragm. Historic. Graec. IV p. 185, ut eadem ratione in excerptis Vaticanis Dionis V p. 191 ed. Dindorf Mithridates Bosporanus et Ponticus confunduntur.* Frater Cotys proditor olim, deinde hostis *Tac. l. l.*; (A.) Didius (Gallus) exercitu Mithridatem regno expulit (ante a. 49) et Cotyn iuventa rudem regem constituit paucis cohortium cum Iulio Aquila equite Romano relictis *id. a. 12, 15.* Contra quos Mithridates anno 49 regnum repetere frustra conatus est *id. a. 12, 15–18.*

Cum de nummo d iudicium adhuc parum certum videatur, num Cotys hic Neroni superstes fuerit non licet diiudicare. Sed omnino potestatem regiam eius anno 63 a Nerone imminutam esse recte Sallet l. l. inde conclusit, quod inde ab eo ipso anno (quo et Pontus Polemoniacus in provinciam redactus est) monogramma regis in nummis sub Nerone cusis non iam invenitur.

1272 Ti. Iulius Cotys, rex Bospori. *Titulus eius Panticapaeensis Latyschev, Inscriptiones regni Bosporani n. 27:* [ὑπ]ὲ[ρ] βασιλέως [βασιλέ]ων Τιβερίου Ἰουλίου Κόττ[ος] φιλοκαίσ[αρος καὶ φ]ι[λ]ορωμα[ί]ου — — ἐν τῷ κυ' ἔτει καὶ μηνὶ Δαεισίῳ κζ' *id est anno 420 aerae Bosporanae = 123/124.*

Nummi aurei et aerei in adversa caput Cotyis exhibent cum inscriptione βασιλέως Κότυος, *in aversa caput Hadriani et annos aerae Bosporanae inscriptos inde ab a. 420 usque ad a. 429 = 123/124 — 131/132 Eckhel II p. 378, catalog. musei Londinensis p. 61 sq., Köhne II p. 255 sqq. cf. p. 381.*

Rex Bospori a. 123/124 — 131/132 *tit., nummi, Phlegon fr. 20 Fragm. Historic. Graec. III p. 607.* Mortuus est a. 131/132, quo tempore Flavius Arrianus Bosporum navigavit et de ea re ad Hadrianum scripsit Periplum qui extat: ἐπεὶ δὲ ἐπυνθανόμην Κότυν τετελευτηκέναι τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι κτλ. *Peripl. c. 17 ed. Hercher.*

1273 Ti. Iulius Cotys, rex Bospori *memoratur, in titulis Tanaiticis graece scriptis Latyschev, Inscriptiones regni Bosporani n. 432 (1). 452 (2). 453 (3); fortasse et in mutilo 455. — Nummi Eckhel II p. 380, catalogus musei Londinensis p. 72, Köhne II p. 316 sqq., in adversa caput regis exhibent cum inscriptione* βασιλέως Κότυος, *in aversa caput Alexandri Severi et annos aerae Bosporanae inscriptos inde ab a. 524 usque ad a. 530.*

Ti. Iulius Cotys *t. 1. [2. 3]*, Cotys *nummi*, (Ti. Iulii) Rhescuporidis filius, *t. 1. [3]*. Rex Bospori *tituli*, *nummi*, φιλόκαισαρ καὶ φιλορώμαιος *t. 1. [2]*, anno 525 = a. 228/229 *t. 2*, 527 = a. 230/231 *t. 3*, a. 524—530 = 227/228—233/234 *nummi. Cum ultimus nummus Rhescuporidis patris cusus sit a. 525 (cf. catal. Lond. p. 71 n. 10), sequitur Cotyn per annum una cum patre participem imperii regnasse.*

1274 Cotys, porticus Cotyis quae appellabatur Epidauri ab Antonino senatore restituta est *Pausan. 2, 27, 6. Quis intellegendus sit, incertum est.*

1275 Cr.... Severinus *nominatur in t. VI 3001 graphio exarato anno 225, qui ad sebaciaria cohortium vigilum spectat; praefectus vigilum anno 225 ut videtur.*

1276 L. Crassitius, genere Tarentinus, ordinis libertini cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit; hic initio circa scaenam versatus est, deinde in pergula docuit, donec commentario Zmyrnae edito inclaruit; cum doceret iam multos ac nobiles, in his Iullum Antonium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola ad Q. Sexti philosophi sectam transiit *Sueton. gramm. 18.*

— C. CALPVRNIVS CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— C. CALPVRNIVS PISO CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— Galerius Crassus.

— Iunius Crassus.

— M. LICINIVS CRASSVS.

— P. LICINIVS CRASSVS.

— L. Lic(inius) Crassus Damasippus.

— M. LICINIVS CRASSVS FRVGI.

— (LICINIVS) CRASSVS SCRIBONIANVS.

— SVLPICIVS CRASSVS.

1277 Craterus, ut medicus celeberrimus nominatur *Horat. sat. 2, 3, 161, Pers. sat. 3, 65;* Augusti temporibus nobilis *schol. utriusque;* medicus Pomponii Attici *Cic. ad Att. 12, 13, 1; 12, 14, 4. Idem memorari videtur Galen. XIII p. 96 ed. Kühn, XIV p. 147 et XIII p. 80 (ubi* Καρτεροῦ *editur), Porphyr. de abstin. 1, 17.*

1278 Craterus, statuarius domus Caesarum replevit probatissimis signis *Plin. n. h. 36, 38.*

1279 Craterus Monocerotis cognomine, recenti fama, quod in Erizena regione Asiae corvorum opera venabatur *Plin. n. h. 10, 124.*

— Cn. Sergius Craterus.

1280 Crato, rhetor Asianus ab Augusto donatus *Seneca controv. 10, 5, 21. 22.*

— M. PETRONIVS CREMVTIVS.

1281 A. CREMVTIVS CORDVS *(praenomen solus posuit Seneca consol. ad Marciam 1, 2)*, rerum scriptor liberius dictis Seianum offenderat, qui eum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit *Seneca l. l. 22, 4;* anno 25 a Satrio Secundo et Pinario Natta maiestatis in senatu

accusatus, quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset, vitam inedia finivit *Tac. a. 4, 34–35, Dio 57, 24, Seneca l. l. 22, 6 cf. Sueton. Tib. 61.*

Edidit annales, quibus civilia bella deflevit, proscribentes in aeternum ipse proscripsit *Seneca l. l. 26, 1;* verba eius de morte Ciceronis afferuntur *Seneca suasor. 6, 19. 23;* de lectione senatus a. 736 = 18 a. C. laudatur *Sueton. August. 35;* auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l. 7. 10. 16,* citatur *ibd. 10, 74 (= Solin. 14, 19); 16, 108.* Libri post damnationem senatus consulto per aediles cremati sunt, sed manserunt occultati et opera Marciae filiae permissu imperatoris Gai denuo editi sunt *Tac. a. 4, 35, Dio 57, 24, Seneca ad Marc. 1, Sueton. Calig. 16,* quamquam circumcisis quae dixisse Cordo nocuerat *Quintil. inst. 10, 1, 104.*

1282 Cremutius Ruso, a quo ut una secum causam Triarii agat, Plinius petit *epist. 6, 23;* ad Rusonem eiusdem data est *epist. 9, 19.*

— Q. CAECILIVS RVFINVS CREPEREIANVS.

— M. CAECILIVS FVSCIANVS CREP[E]REIANVS F[L]OR[I]ANVS.

1283 Crepereius Calpurnianus, Pompeiopolitanus de bello Parthico imperatoris L. Veri scripsit Thucydidem imitando *Lucian. quomodo hist. conscrib. 15.*

1284 Crepereius Gallus, familiaris Agrippinae, matris Neronis, anno 59 periit *Tac. a. 14, 5.*

1285 Crepereius Pollio, qui triplicem usuram praestare paratus circumit et fatuos non invenit *Iuvenal. 9, 5–8;* Pollio mendicus *id. 11, 43.*

1286 L. CREPEREIVS PROCVLVS, consul *(suffectus anno incerto),* proconsul *IGI 744 = CIG 5798 t. Neapolitanus, quem posuerunt* Ἀρτεμίσιοι φρήτορες. *De nominibus hominis tria quae extant tituli exempla dissentiunt:* Λ. ΚΡΕΠΕΛΛΙΟΝ *Fabius Iordanus,* Λ. ΚΡΕΠΕΡΑΙΟΝ *Capaccius,* Λ. ΚΡΕΠΕΡΕΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ *Marc. Ant. Surgens.*

1287 L. CREPEREIVS ROGATVS *signo* SECVNDINVS. *Titulus eius VI 1397 (1), memoratur in t. uxoris 1398 (2).* — L. Crepereius Rogatus *t. 1,* Crepereius Rogatus *t.* 2. — Secundini *t. 1.*

Clarissimus vir *t. 1. 2,* pontifex dei Solis *(non ante Aurelianum),* septemvir (epulonum) et insignis Lupercus *t. 1.* — L. Baebia Sallustia Crescentilla uxor *t. 2.*

1288 Crescens, Neronis libertus anno 69 Carthagine epulum plebi dedit ob laetitiam recentem imperii Othonis *Tac. h. 1, 76.*

1289 Crescens, philosophus Cynicus, qui Antoninorum temporibus Romae degebat, contra quem Iustinus Christianos defendit *Iustin. apolog. 2, 3;* insidias Iustino et Tatiano struxit *Tatian. adversus gent. 19;* auctor supplicii Iustini *Euseb. hist. eccles. 4, 17 (ubi verba Iustini et Tatiani afferuntur), Euseb. arm. chron. ad a. Abr. 2168 = Hieronym. 2170 = Syncell. p. 663, 6, Hieronym. de vir. ill. 23 II p. 851 ed. Vallarsi, Suidas I p. 1018 ed. Bernhardy.*

— M. Aemilius Crescens.

— M. ANTIVS CRESCENS CALPVRNIANVS.
— Atilius Crescens.
— P. Bassilius Crescens.
— Sex. Caecilius Crescens Volusianus.
— C. MEVIVS SILIVS CRESCENS FORTVNATIANVS.
— SATTIVS CRESCENS.
— [Sem]pronius Cresce[n]s.
— Tarquitius Crescens.
— VAL(ERIVS) CRESCENS FVLV[I]ANVS.
— Aurelia Crescentia.
— Q. AIACIVS [MO]DESTVS CRESCENTIA[NVS].
— L. BAEBIA SALLVSTIA CRESCENTILLA.
— Canutia Crescentina.
— [Q.] [C]AECILIVS M[ETELLVS CRETICVS].
— [Q. CAECILIVS METELLVS CR]ETICVS IVNIVS SILA[NVS].
— Q. CAECILIVS METELLVS CRETICVS SILANVS.
— Iulius Creticus.
— Cretonius, aedificator insanus, opes fregit *Iuvenal. 14, 86–95;* filius pariter amens *ibd. v. 94.*

1290 Crinagoras, poeta, *memoratur in duobus t. Mytilenaeis apud Cichorium, Rom und Mytilene p. 12. 43, Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1889 p. 962 sqq., cf. Mommsen ibd. p. 975 sqq. et Sitzungsber. 1895 p. 897 sqq.* Mytilenaeus clarus aetate Strabonis *Strabo 13, 2, 3 p. 617;* Callippi filius *tituli.* Bis inter legatos Mytilenaeos fuit, qui ad Caesarem dictatorem a. 709 = 45 a. C. et ad Augustum a. 728/729 = 26/25 missi sunt *tit. cf. Mommsen l. l.* Postea diu Romae versatus et in domo Octaviae sororis Augusti familiariter egit: scripsit in (M. Claudium) Marcellum ex Hispania reversum *(anno fere 729 = 25 cf. supra n. 739) epigr. Anth. graec. 6, 161,* praeterea *9, 545;* in coniugium Cleopatrae et Iubae *epigr. 9, 235;* ad Antoniam (minorem) *epigr. 9, 239,* in puerperium eius viva Octavia *epigr. 6, 244 (intra a. 739/743 = 15/11),* in (Ti. Claudium) Neronem fratrem Drusi *epigr. 16, 61 (certe non post a. 757, quo Tiberius ab Augusto adoptatus est, probabiliter intra a 739/746 = 15/18). Cui epigrammati in Tiberium scripto cum plane respondeat alterum in victorias* 'Germanici' *compositum 9, 283, viros doctos olim recte id in Drusum rettulisse puto. Neque enim ullum epigramma, cuius tempus certe definire licet, res post a. 746 actas memorat et in tanta familiaritate Crinagorae et Antoniae sane mirum esset nullum extare epigramma in maritum (qui memoratur πόσις nomine omisse 6, 244), in quem eximius favor et familiae imperatoriae et populi Romani erat. Quod autem* Germanici *cognomen Druso post mortem publice decretum est (cf. supra p. 368), non obstat, ne privatim id vel antea adulatorie usurpatum esse ponamus, qualia sescenties in appellationibus honorificis aetate imperatoria facta sunt. Sin autem recte Mommsen et Rubensohn (p. 19) in illo*

epigrammate filium Drusi intellexerunt, necesse est pertinere ad expeditiones a. 15/16 p. C. Prout quisque horum vel priorum iudicium probabit, ita Mommseni sententiae (die Oertlichkeit der Varus-Schlacht p. 62 sqq.) assentietur aut refragabitur epigr. 9, 291 ad cladem Varianam referentis. Quamquam ut re vera Crinagoras ad imperium Tiberii advixerit, verba eius epigrammatis aptius ad Germanici expeditionem a. 16 p. C. referenda esse iure Rubensohn p. 21 observasse mihi videtur. Atque Mommsen ea carmina, quae ad Germanicum Drusi filium et ad cladem Varianam rettulerut, aliter posse explicari ipse postea non negavit (Sitzungsb. p. 981). — Augusti laudes praedicavit Crinagoras *epigr. 9, 291. 419. 562,* ad (C. Sallustium) Crispum *(infra S 61)* scripsit *epigr. 16, 40.* Parthenius poeta librum ei dedicavit inscriptum Κριναγόρας *cf. Etym. Magn. s. v.* ἄρπυς. *Memoratur epigr. Philippi 4, 2, 8. — Poemata collegit Rubensohn, Crinagorae Mytilinaei epigrammata.*

1291 Crinas, Massiliensis, medicus celeberrimus aetate Neronis, qui HS. ↀ reliquit muris patriae moenibusque aliis paene non minore summa extructis *Plin. n. h. 29, 9.*

— VLPIVS CRINITVS.

1292 CRISPINA, T. Vinii filia corpus patris occisi a. 69 composuit *Tac. h. 1, 47, Plutarch. Galba 28;* vidua *Tac. h. 1, 13, Plutarch. Galba 17;* a Tigellino servata *Tac. h. 1, 72.*

— ASINIA CRISPINA.

— (BRVTTIA) CRISPINA = CRISPINA AVGVSTA.

— LVCIA LORENIA CORNELIA CRISPINA.

— NOVIA CRISPINA.

— [VAL]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA.

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.

1293 CRISPINILLA, mater C. Valerii Terentiani clarissimi [viri] *III 1989 t. Salonitanus.*

— CALVIA CRISPINILLA.

— MARCIA CRISP[INILL]A.

1294 C. Crispinius Hilarus, ex ingenua plebe Faesulana aetate Augusti prole insignis *Plin. n. h. 7, 60.*

1295 CRISPINVS, consularis a. 238 Aquileiam contra Maximinum defendit *Herodian. 8, 2, 5; 8, 3, 4. 7, inde vit. Maximini 21. 22 et vit. Maximi et Balbini 12.*

1296 Crispinus, centurio, qui sanguine Fontei Capitonis se cruentaverat, a Vitellio anno 69 militibus ut piaculum obiectus et occisus est *Tac. h. 1, 58.*

1297 Crispinus, 'cum pars Niliacae plebis, cum verna Canopi Crispinus Tyrias umero revocante lacernas ventilet aestivum digitis sudantibus aurum nec sufferre queat maioris pondera gemmae, difficile est saturam non scribere' *Iuvenal. 1, 26–30.* In eum invehitur *id. 4, 1–33;*

succinctus patria quondam papyro *v. 24*, magna qui voce solebat vendere municipes fracta de merce siluros *v. 32–33*, incestus cum quo nuper *(scilicet sub Domitiano)* vittata iacebat *v. 9*, mullum sex milibus emit *v. 15*, monstrum nulla virtute redemptum *v. 2*, matutino sudans amomo adest consilio Domitiani de mullo *v. 108*; iam princeps equitum *v. 32*, 'magister equitum Romanorum factus est' *perperam schol.* — Scripsit Martialis ad eum *epigr. 7, 99* ('tua Memphis' *v. 2*), de abolla eius subrepta *epigr. 8, 48*.

Origine ergo Aegyptius sub Domitiano potentia et opibus florebat, probabiliter ad munus superius nescio quod ordinis equestris promotus. Eum praetorianos rexisse haud certe coniecit Borghesi opp. V p. 513 sqq. falso opinatus purpuream abollam insigne praefecti praetorio fuisse, cum eam non nisi delicatis hominibus convenire aperte indicaret Martialis 8, 48, 6.

1298 Crispinus, origine Ravennas, στολάρχης *in t. sepulcrali versibus concepto Cyziceno CIG 3694 = Kaibel, Epigrammata graeca 337; praefectus classis Ponticae, quae inde ab Antonino Severi stationem Cyzici habebat cf. Marquardt, Staatsverwaltung II² p. 504 adn. 3.*

1299 Q. CRISPINVS, praetor a. 752 = 2 a. C. ludos edidit *Dio 55, 10*.

1300 A. Crispinus Caepionianus *VI 16587 t. sepulcralis; videtur infans generis nobilis.*

— M. ANTONIVS CRISPINVS.

— C. BRVTTIVS CRISPINVS.

— L. BRVTTIVS CRISPINVS.

— L. BRVTTIVS QVINTIVS CRISPINVS.

— CAEPIO CRISPINVS.

— A. CAEPIO CRISPINVS.

— C. CLODIVS CRISPINVS.

— [C]urtius Crispinus.

— ... NIVS GALLVS VECILIVS CRISPINVS MANSVANIVS MARCELLINVS NVMISIVS [S]ABINVS.

— L. LORENIVS CRISPINVS.

— L. NOVIVS CRISPINVS MARTIALIS SATVRNINVS.

— Plotius Crispinus.

— Procilius Crispinus.

— T. QVINCTIVS CRISPINVS SVLPICIANVS.

— T. QVINCTIVS CRISPINVS VALERIANVS.

— RVFRIVS CRISPINVS.

— RVTILIVS CRISPINVS.

— Tullius Crispinus.

— Varius Crispinus.

— (VETTIVS) CRISPINVS.

1301 CRISP[VS], consularis, maritus [Ni?]nus, pater Iuliae Valentillae *memoratur in titulo filiae Lydio graece scripto haud certae lectionis Lebas-Waddington 705.*

1302 Crispus, antiquus rhetor *Seneca controvers. 7, 4, 9.*

1303 Crispus, amicus Senecae, ad quem scripsit *epigr. 6 Sen. I p. 262 ed. Haase.*

1304 Crispus, centurio bello Iudaico *Ioseph. bell. 6, 2, 10.*

1305 Crispus, frater imperatoris Claudii (Gothici), pater Claudiae *vit. Claudii 13, 2. 9; homo fictus videtur.*

— ALBIVS CRISPVS.

— Catius Crispus.

— Iulius Crispus.

— C. Iulius Erucianus Crispus.

— Iunius Crispus.

— P. Marcius Crispus.

— Metilius Crispus.

— C. PASSIENVS CRISPVS.

— C. Sallustius Crispus.

— M. Servilius Sulpicius Victo[r] Crispus Considianus.

— M. TARQVITIVS CRISPVS FRONTO.

— Q. VIBIVS CRISPVS.

1306 Criton, medicus ut videtur aetate Domitiani *Martial. 11, 60, 6.*

1307 Criton, medicus domus imperatoriae *Galenus* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους *1, 3 XII p. 445 ed. Kühn;* imperatorem Traianum bello Dacico comitatus est *Lydus de magistr. 2, 28;* Ῥοῦφος, Ἐφέσιος, ἰατρὸς γεγονὼς ἐπὶ Τραιανοῦ σὺν Κρίτωνι *Suidas II p. 628 ed. Bernhardy.*

Ἔγραψε τέτταρα βιβλία κοσμητικῶν ἃ πάντες ἔχουσιν *Galen. l. l. 1, 3 XII p. 446 sqq., ubi Galenus conspectum quattuor librorum dedit, praeterea:* liber primus eorum citatur *id. l. l. 1, 2. 4. 5 XII p. 435. 452 sq. 458,* liber secundus *id.* περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη *7, 14 XIII p. 1040,* tertius *id.* περὶ συνθ. φαρμ. τῶν κατὰ τόπους *1, 2. 7; 5, 1. 2 XII p. 401. 463. 816 sq. 827.* Plures libros de medicamentis scripsit *id. l. l. 6, 9 XII p. 989,* περὶ συνθ. φαρμ. τ. κατὰ γένη *2, 1 XIII p. 463;* quinque libri τῆς τῶν φαρμάκων συνθέσεως memorantur *id. l. l. 5, 3 XIII p. 786,* liber primus περὶ φαρμάκων *id.* περὶ συνθ. φαρμ. τ. κατὰ τόπους *XII p. 587,* liber quartus *XIII p. 786 sqq.,* liber quartus περὶ ἁπλῶν φαρμάκων *id.* περὶ συνθ. φαρμ. τ. κατὰ γένη *6, 1 XIII p. 862,* liber tertius τῶν φαρμακιτίδων *id.* περὶ ἀντιδότων *1, 17 XIIII p. 103. Praeterea a Galeno memoratur* περὶ συνθ. φαρμ. τ. κατὰ τόπους *XII p. 402. 439. 588. 591. 593. 659. 825. 830. 880. 933. 934. 935. 953. 987. 991. 993 XIII p. 14. 35 sq. 38. 43. 257;* περὶ συνθ. φαρμ. τ. κατὰ γένη *XIII p. 483. 502. 515 sq. 708. 713–715. 809–813. 863. 867–873. 877. 882–884. 903. 905 sq.;* περὶ ἀντιδότων *XIV p. 89;* περὶ θηριακῆς *XIV p. 307. 310.*

Eundem esse Critonem qui Γετικά *scripsit, unde pauca quaedam a Suida afferuntur, coniecerunt Bernhardy ad Suidae l. l. et Müller*

Fragm. Histor. Graec. IV p. 373, fortasse recte, cum et Lydus l. l. quaedam de praedis belli Dacici e Critone afferret.

— Statilius Critonianus.

1308 Cronius (*pars librorum* Chronius), amator cercopitheci *Martial. 7, 87, 4.*

— Q. TERENTIVS CVLLEO.

— Q. Torins Culleo.

— Ventidius Cumanus.

1309 Cunobellinus, rex. *Nummi eius Evans, The coins of the ancient Britons p. 324 sqq., tab. IX–XIII cf. Supplement (1890) p. 557 sqq., Catalogue des monnaies Gauloises de la Bibl. nat. p. 223 sq., de la Tour, Atlas de monnaies Gauloises tab. XLIIII. XLV, Zeitschrift f. Num. XV (1887) p. 2, Academy 1890 n. 942 p. 358 sq.: I) ab altera parte inscripti* Cam. *vel* Camu. *vel* Camul, *ab altera* Cun., Cuno., Cunobelin. *Evans tab. IX 1–14, Catal. 9557–9563; II) in adversa* Cunobelinus (Cunobelini *tab. XII, 1, Cat. 9575, Zeitschrift l. l.*) *cum capite regis, in aversa* Tasciovani f. *Evans tab. XII 1. 2, Catal. 9569. 9575;* Cunob. ℞ Tasciovantis *Evans tab. XII 3, Catal. 9573, Academy n. 3; III)* Cunobelinus rex ℞ Tasc. *Evans tab. XII 5, Catal. 9574,* ℞ Tasciovanns *(sic, sed dubito num recte descriptus sit) Academy n. 1.*

Tasciovani (*vel* Tasciovantis) filius *nummi II. III.* Adminio Cynobellini regis Britannorum filio, qui pulsus a patre cum exigua manu ad Romanos transfugerat, in deditionem recepto imperator Gaius, quasi universa tradita insula. magnificas Romam litteras misit *Sueton. Calig. 44* (*inde Orosius 7, 5, 5, ubi traditur* Minocynobelinum Britannorum regis filium). Camulodunum τὸ τοῦ Κυνοβελλίνου βασίλειον *Dio 60, 21, nummi I.* Mortuus erat, cum A. Plautius in Britannium traiceret (anno 43) *id. 60, 20.* Filii: Adminius *v. supra,* Caratacus *cf. supra n. 355 a,* Togodumnus *Dio 60, 20.*

1310 C. Cupiennius Libo *(sic plene Porphyrio,* Cupiennius *Horatius),* mirator cunni albi *Horat. sat. 1, 2, 36;* Augusti familiaritate clarus, corporis sui diligentissimus fuit sectator matronarum concubitus *Porphyr. p. 192 ed. Meyer.* — C. Cupiennius Primitivus *quidam invenitur in titulo Cumano X 3699 v. 7.*

— HERENNIA CVPRESSENIA ETRVSCILLA AVGVSTA.

— Asudius Curianus.

1311 Curiatius, grammaticus citatur *Fest. p. 166 b 3, 170 b 27, 355 a 7, ceterum ignotus.*

1312 Curiatius, Tibure mortuus *Martial. 4, 60.*

1313 Curiatius Maternus (*sic plene Tac. dial. 2, ceterum* Maternus), orator et poeta aetate Neronis et Flaviorum *Tac. dial. 3 passimque;* 'ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem imperante Nerone (*traditur* in Neronem) improbam

Vatinii potentiam fregi et hodie, si quid nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum; ac iam me deiungere a forensi labore constitui nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutantium concupisco non magis quam aera aut imagines, quae etiam me nolente in domum meam inruperunt' *cum dicentem facit Tac. dial. 11.* Medea, Thyestes, Cato, Domitius tragoediae eius *ibd. 2. 3.* Interlocutor dialogi Taciti. — *Diversus videtur* Maternus rhetor (σοφιστής), qui cum contra tyrannos declamasset, a Domitiano anno 91 occisus est *Dio 67, 12 (Zonaras 11, 19).*

— M. CORNELIVS NIGRINVS CVRIATIVS MATERNVS.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS.

— L. OVINIVS CVRIVS PROCVLVS MODIANVS AFRICANVS.

— Caelius Cursor.

1314 T. CVRTILIVS MANCIA, consul suffectus anno 55 mense Decembri cum Cn. Lentulo Gaetulico. *In consulatu:* T. Curtilius M.... *VI 2037 corr. Ephem. ep. 8 p. 328,* T. Curtilius *tab. cer. Pomp. 7.* — T. Curtilius Mancia *Phlegon mir. 27,* Curtilius Mancia *alibi.*

Consul a. 55 *fasti;* legatus Germaniae superioris a. 56 *Phlegon l. l.,* a. 58 *Tac. a. 13, 56.* Perosus generum suum Domitium Lucanum filiam eius instituit heredem *Plin. epist. 8, 18, 4.*

1315 T. Curtisius, quondam praetoriae cohortis miles anno 24 primo coetibus clandestinis apud Brundisium et circumiecta oppida, mox positis propalam libellis ad libertatem vocabat agrestia servitia, sed paulo post oppressus et in urbem tractus est *Tac. a. 4, 27.*

1316 Curtius, eques Romanus, deliciis diffluens aetate Augusti *Macrob. sat. 2, 4, 22.*

1317 Curtius, causidicus *Iuvenal. 11, 34 cum schol.*

1318 Curtius Atticus, eques Romanus illustris, Tiberium anno 26 in Campaniam comitatus est *Tac. a. 4, 58;* Seianus Iulio Marino participe eum oppressit *ibd. 6, 10.*

1319 [C]urtius Crispinus *nescio quis recensetur in laterculo quodam urbano inedito una cum Quintillo, [Pi]sibanio Lepido, Cornelio Dext[ro].*

1320 Cn. Curtius Dexippus, curator (λογιστής) civitatis Chaeronensium *Inscriptiones Graeciae Septentr. I 3426 t. Chaeronensis.*

1321 C. CVRTIVS IVSTVS. *Tituli: ei positus est V 5809 (1) Mediolanensis mutilus, memoratur in t. veteranorum Viminacensi III S. 8110 (2) honesta missione missorum, qui militare coeperant a. 134 et 135.*

Plena nomina quamquam litteris mutilatis exhibet t. 1, Cur[tius Ius]tus *t. 2.* — C. f., tribu Pol. *t. 1.* — Consul *(suffectus sub Hadriano vel Pio),* sodalis Augustalis *t. 1;* legatus imp. Caes. T. Aelii Antonini Pii ...... *t. 1* = [leg. Aug.] pr. pr. (Moesiae superioris) *circa a. 155 vel paulo post t. 2.*

1322 CVRTIVS MONTANVS, probae iuventae, tamquam detestanda carmina fecisset, re vera quia protulerat ingenium, ab Eprio Marcello in senatu anno 66 accusatus, sed patri concessus est praedicto, ne in re publica haberetur *Tac. a. 16, 28. 29. 33; (postea restitutus)* anno 70 in senatu sententiam dixit *Tac. h. 4, 40,* contra Aquillium Regulum invectus est *ibd. 42. 43.*

1323 C. CVRTIVS [PROCVLVS?] *Titulus eius publice positus a colonia Sarmizegetusa III 1458, quamquam ab uno Zamosio falsario servatus, sincerus est, etiamsi lectio non ubique certa est, veluti prorsus dubia in cognomine, ubi traditur* TROGVS. *Patris nomen periit,* tribu Pollia.

[IIIIvir] viarum curandarum, ... quaestor urbanus, [adlectus] inter tribunicios a divo Hadriano, praetor peregrinus, IIIIIIvir equitum Romanorum turmis ducendis *(seviratus a Zamosio inepto loco interpolatus est),* praefectus frumenti dandi, curator viarum Clodiae Anniae Cassiae Ciminiae, legatus imperatoris Antonini Augusti Pii legionis XX Valeriae Victricis, proconsul provinciae ...... (GOLLIAE *traditur),* legatus imperatoris Antonini Augusti Pii provinciae Daciae; patronus Sarmizegetusensium *tit.* — *Filius huius videtur C. Curtius Rufinus.*

1324 P. Curtius [P]ropinquus ([Π]όπλιον Κούρτιον [Π]ρώπινκον) *publice honoratus a civitate Magnesia ad Maeandrum t. ibidem reperto Bulletin de correspondance Hellénique XVIII (1894) p. 12 n. 10. Fortasse homo nobilis.*

1325 C. CVRTIVS RVFINVS. *Tituli III 1459 (1) Sarmizegetusensis publice positus, V 5810 (2) Mediolanensis.*

C. Curtius Rufinus *t. 1. 2.* — C. f., tribu Pollia *t. 1, filius ut videtur C. Curtii (Proculi?).* — Tribunus militum (laticlavius *t. 2*) legionis XIII Geminae *t. 1. 2,* IIIvir aere argento auro flando feriundo *t. 1. 2,* VIvir turmis ducendis *t. 2,*

1326 CVRTIVS RVFVS, gladiatoris filius, ut quidam prodidere *Tac. a. 11, 21,* sectator et comes quaestoris provinciae Africae *Tac. l. l., Plin. ep. 7, 27, 2;* Romam degressus quaestor, praetor candidatus imperatoris Tiberii, consul *(suffectus anno incerto) Tac.;* legatus pro praetore Germaniae superioris indeque anno 47 ornamenta triumphalia adeptus *Tac. a. 11, 20. 21;* admodum senex proconsul Africae ibique mortuus est *Tac., Plin. epist. 7, 27, 2. 3.*

1327 Q. Curtius Rufus, rhetor *Sueton. ind. l. de rhet. p. 99 ed. Reifferscheid, ubi memoratur post M. Porcium Latronem, ante L. Valerium Romanum.* Idem est Q. Curtius Rufus *(sic in inscriptionibus librorum manu scriptorum)* auctor historiarum Alexandri. Ad initia imperii Claudii spectant verba *Curt. 10, 9, 3–6, ut recte plerique iam ponunt cf. Teuffel-Schwabe, Geschichte der Römischen Literatur § 292*^{5}*, 1.*

1328 Curtius Severus, praefectus equitum in Syria anno 52 *Tac. a. 12, 55.*

— P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus.

— CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS.

1329 M. CVSINIVS, M. Cusinii et Fictoriae filius, tribu Vel., aedilis plebis, aerario praefectus *(sub Augusto ut videtur intra a. 727/731 = 27/23 cf. Tac. a. 13, 29)*, praetor *XIV 2604 t. Tusculanus.*

1330 M. Cusinius, . . filius *(nomen patris periit)* tribu Vel., maritus Fictoriae, pater M. Cusinii et Cusiniae *XIV 2604.*

1331 Cusinia, M. Cusinii et Fictoriae filia, M. Cusinii praetorii soror *XIV 2604.*

— Caetronius Cus[p]ianus.

1332 CVSPIDIVS CELERINVS, senator anno 238 *vit. Maximini 26, 5 in actis senatus fictis.*

1333 CVSPIDIVS FLAMINIVS SEVERVS, legatus Cappadociae anno 238 Pupieno et Balbino Augustis, Gordiano Caesare *in miliariis Cappadociae III S. 6913. 6934. 6936. 6953;* Flaminius *nomen plus minusve in exemplis titulorum corruptum est.*

1334 CVSPIDI[VS] SEVE[RVS], [decemv]ir stl[itibus iudicandis] *fragmentum tituli urbani ineditum cf. Addenda ad CIL VI.*

1335 CVSPIDIA SEVERA, clarissima femina *t. sepulcralis urbanus ineditus cf. Addenda ad CIL VI.*

1336 C. Cuspius Fadus. *Praenomen exhibet t. liberti VI 16691:* C. Cuspius Fadi l. Euphemus, *ceterum* Cuspius Fadus. — Procurator Iudaeae a. 44—46 *Ioseph. bell. 2, 11, 6, ant. 15, 11, 4; 19, 9, 2; 20, 1, 1. 2; 20, 5, 1. 2 (inde Eusebius hist. eccl. 2, 11).*

1337 L. CVSPIVS PACTVMEIVS RVFINVS, consul *(suffectus anno incerto)*, origine Pergamenus, sacerdos Iovis Olympii *(Pergameni) honoratus titulo Pergameno graece scripto Fränkel, Inschriften von Pergamon n. 434.*

1338 L. CVSPIVS RVFINVS, consul anno 142 cum L. Statio Quadrato. *In consulatu:* L. Cuspius Rufinus *XIV 67, VI 160,* C. C. Ruf. *XV 1065 in tegulis;* Cuspius Rufinus *in t. Moesiae inferioris Archäologisch-Epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich XIV (1891) p. 30 n. 62 = III S. 12495, ceterum* Rufinus *fasti. — Fortasse homo polyonymus, qui duo praenomina habuit. Pater eius videtur qui sequitur.*

1339 L. CVSPIVS RVFINVS, consul anno 197 cum T. Sextio Laterano. *In consulatu:* L. Cuspius Rufinus *Boissieu, Inscriptions de Lyon p. 36 n. 26,* C. Cuspius Rufinus *VIII 8937 (cf. n. 1337), ceterum* Rufinus *fasti.*

Filius videtur consulis a. 142 qui praecedit, idem Cuspius Rufinus, ad quem divus Severus rescripsit *Modestinus Digest. 26, 6, 2, 2. Vel ad hunc vel ad patrem pertinet tegula Praenestina XIV 4091, 35 inscripta* ex fig. Cuspi Rufini Brittio *(= Bruttio)* cos.

1340 D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS. *Tituli Hispalenses II 1172 (1). 1173 (2) positi ei a parentibus. — Plena nomina exhibet t. 1,* Cutius Romulus *t. 2.* — Balbini et Priscae filius *t. 1. 2,* IIIIvir viarum curandarum *t. 1.*

1341 CVTIVS LVPVS, quaestor anno 24, cui provincia vetere ex more Cales (*traditur* colles) evenerant, coeptantem servitiorum apud Brundisium et circumiecta oppida coniurationem disiecit *Tac. a. 4, 27.*

1342 M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS. *Tituli Baetici: ipse dedicavit anno 128 Hadriano II 1371 (1), anno 147 Antonino Pio II 1282 a (2), ei dedicatus est II 1283 (3), memoratur II 1282 c (4).*

Plena nomina exhibent t. 2. 3, M. Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus *t. 1,* Aemilius Papus *t. 4.* — M. f., tribu Gal. *t. 3. [2].* Clarissimus vir *t. 4.*

IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis III Augustae (*in t. 3 falso* VII), quaestor pro pr. provinciae Africae, tribunus plebis, praetor peregrinus, curator viae Aureliae, legatus Augusti legionis XX Valeriae Victricis *t. 1. 3 (unde eum his honoribus ante a. 128 functum esse apparet);* praefectus aerarii Saturni *t. 3;* consul *(suffectus anno incerto intra a. 128/147) t. 2. 3;* legatus Augusti pro pr. provinciae Dalmatiae a. 147 *t. 2. 3.* — Sodalis Augustalis *(iam anno 128, scilicet post praeturam) t. 1. 3.*

— M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS.

1343 Cyane venalis, copa *Iuvenal. sat. 8, 162.*

1344 Cydas *memoratur Martial. 10, 83, 8 versu incertae explicationis cf. quae adnotavit Friedländer.*

— AVRELIA CYEREMA (?).

— ARIA CYRIACE.

— IVNIA CYRIACE.

— Licinius Cyriacus.

1345 Cyriades *vit. trig. tyr. 2, vide infra* Mareades.

— Aurelia Cyrilla.

— (FLAVIVS) CYRILLVS.

1346 Cytheris, Volumnii liberta *Serv. Verg. ecl. 10, 1;* mima a M. Bruto, Antonio, Cornelio Gallo amata *de vir. ill. 82, 2;* Gallus amavit Cytheridem meretricem, quae eo spreto Antonium euntem ad Gallias est secuta *Serv. l. l. Vide et supra in Cornelio Gallo p. 449.*

Pierer'sche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co. in Altenburg.